

Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Ἡ ΣΙΟΔΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

HESIODI ASCRÆI QUÆ EXTANT.

Cum Notis, ex probatiſſimis quibuſdam Autoribus, breviſſimis, ſelectiſſimiſque.

Acceſſit VIRI Clariſſimi,
LAMBERTI BARLÆI, *Græcæ Linguæ in Academia Lugduno-Batavâ Profeſſoris eximii, in ejuſdem* THEOGONIAM *Commentarius.*

Opera & ſtudio
CORNELII SCHREVELII.



LVGD. BATAVORVM,
Ex Officina FRANCISCI HACKII.
cIↃ IↃC LVIII.
Sumptibus Societatis.



ILLUSTRIBUS NOBILISSIMISQUE

DOMINIS,

D. AMELIO à BOUCHORST,
WIMMENUMI DOMINO, EQUESTRIS DIGNITATIS HOLLANDIÆ, PRÆFECTO AGGERUM RHENOLANDIÆ, ET PRÆTORI, &c.

D. GERHARDO SCHAEP,
EQUITI, CORTENHOEVII TOPARCHÆ, EXLEGATO, ET CONSULI AMSTELODAMENSI, &c.

D. CORNELIO à BEVEREN,
EQUITI, STREVELSHOECKII, WEST-YSELMONDÆ, ET DEVELSTEINII DOMINO, EXLEGATO, &c.

CURATORIBUS

ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ.

UT ET

MAGNIFICIS AMPLISSIMISQUE

DOMINIS,

D. CORNELIO à BUYTEVEST.

D. GULIELMO PAEDTS, J.C.
AGGERUM RHENOLANDIÆ CHOMARCHO.

D. PAULO à SWANENBURG, J.C.

D. JOHANNI MEERMAN, J.C.

INCLYTÆ URBIS LEYDENSIS

COSS.

D.D. CURATORUM COLLEGIS.

NEC NON,

AMPLISSIMO CONSULTISSIMOQUE

VIRO,

D. JOHANNI à WEVELICHOVEN,
J.C. ET HUJUS URBIS SYNDICO, AC DD. CURATT. A SECRETIS.

VIRI ILLUSTRES ET NOBILISSIMI,

TAM cumulata sunt in Parentem nostrum defunctũ vestra beneficia, uti

uti magnitudinem illorum neque animus capere poſſit, neq; exprimere voluntas. Quæ eò majora, quo ſapientia, prudentia, judicio magis polletis, atque beneficia veſtra pro meritis ponere conſueviſtis. Accedit & magnitudo veſtra, quæ nullum redhoſtimentum patitur, niſi ſolam gratitudinem. Nimirum animus excelſus, ſupra omnem fortunam poſitus, ad Deum immortalem proxi-

me accedit, qui largitur tantum beneficia, non recipit. Hæc est illa virtus, quam Heroïcam appellavit Aristoteles, quam in Vobis ipsa Lugdunensis Pallas obnoxie suspicit, & veneratur. Commentarium itaque hunc Parentis nostri, Viri optimi & eruditissimi, in Poëtam antiquissimum Hesiodum, Vobis devoto animo offerimus, DOMINI, in Academia hâc celeberrima, sanctissimoque Musarum

ſarum domicilio, natum; educatum, ideoque veſtrum, quia noſtrum amplius non eſt, quod Vobis debetur. Confidimus, itaque, niſi nos animi conjectura fallit, eo vultu hoc poſthumum opus, exactæ & ſingularis diffuſæq; eruditionis judicio Præſtantiſſimorũ virorum, accepturos, quo Parentem, dum in vivis eſſet, amplexi eſtis. Cujus virtus & eruditio eo major, quo extra faſtum mi-

minus oſtentabat, & interiore pectoris receſſu premebat. Nimirum nunquam altius mens humana aſſurgit, quam cum cæterorum ſecura ſua ſe virtute involvit. Valete, VIRI ILLUSTRES, & NOBILISSIMI, atque favore Veſtro nos porro proſequimini.

Veſtris Dignitatibus ad omne obſequium Devotæ

PUPILLÆ DEFUNCTI.

BENI-

BENIGNO LECTORI.

BEnigne Lector, cum in excudendis autoribus Typographi plus satis sudent, multique etiam inter illos sint, qui majorem gloriæ, quam pecuniæ famam aucupantes, immortale sibi nomen comparare studeant: non pauci tamen, in electione Autorum satis etiam incurioſi, quosvis sine discrimine arripiunt, lacerant; &, quocunque modo eosdem in lucem proferant, parum solliciti, modo suis commodis studeant, lucro tantum intenti. Hinc illæ lacrymæ! hinc est, quod Studioſi sæpenumero non sine ratione conquerantur, quod multi, egregii alias autores, tam Græci, quam Latini, tam vitioſe, multisque mendis scatentes in lucem prodeant; & nihil æquè eorum studiis officere, quodque magis eorum animos turbare possit, quam vitioſa lectio, quæ omnia reddit confusa & turbata. Huic ergò incommodo obviam ut eatur, nulla commodior via est, quam ut in edendis Autoribus diligentia, studiumque majus, quam antehac, adhibeatur, nec ullis sumptibus parcatur, modo illi Au-

tores, quos imprimendos ſuſcipimus, correctiſſimi, nitidiſſimique prodeant, ut ea ratione, ſi fieri poſſit, ad lectionem bonorum autorum Studioſos alliciamus & invitemus: quod an hac editione noſtra noviſſimâ præſtitum ſit, malim id alios judicare, quam propria laude ſordere. Saltem hoc polliceri auſim, nitidiorem, correctioremque autorem vix vel nunquam editum fuiſſe. Inſuper Notas quaſdam auctiores paulò addidimus ex ſelectiſſimis quibuſque autoribus, ſelectiſſimas, breviſſimas. Præterea etiam Indicem Paſoris, in gratiam Studioſæ Iuventutis & in uſum Scholarum, adjunximus; verum jam noviſſimè etiam ita auctum, emendatum & mutatum, ut prorſus novus videatur. Matthiæ itaque Paſori S.S. Theologiæ & Phil. Moral. Profeſſori, plurimum hæc noſtra noviſſima editio debet: tum quicquid fere auctarii loco Indici acceſſit: pro ſingulari enim ſua humanitate, duo exemplaria Heſiodi, Groninga ad me miſit; unum parentis piæ memoriæ, in quo plurima ſpicilegia non contemnenda in Indice annotata inveni: alterum, in quo propria manu quædam annotaverat; quæ ſimul congeſſi, & quæ commoda nobis videbantur, huic poſtremæ editioni inſerui. Hæc ſunt, benigne Lector, quæ te ſcire volui. Viere, fruere, & hiſce noſtris conatibus fave.

H E-

HESIODI VITA.

Ex Lilii Gyraldi, De Poëtarum Hiſtoria, Dialogo II.

DE Homero jam ſatis. A quo non longe abfuit ſenex, ruſticana agreſtique facie. Iamdudum, inquit Piſo, Heſiodum nobis affers. Ipſum, inquam, profecto Heſiodum, quem & aliquo tempore cum Homero floruiſſe accurati quidam prodidere ſcriptores, alicubi licet Cicero noſter Homerum longe faciat antiquiorem. Vetus certe diſceptatio inter Grammaticos, Gellio & Seneca & Pauſania teſtibus, uter ætate præceſſerit: qua de re & dialogos duos Ponticus Heraclides ſcripſit, & Cyrillus libro primo contra Iulianam Cæſarem, centeſimo, inquit, L X & quinto anno poſt captam Troiam, Homerum & Heſiodum fuiſſe dicunt. & reliqua. Tum paulo poſt ſubdit idem Cyrillus: Tradunt autem quidam, quod Homerus non fuit coætaneus Heſiodi, ſed in illis fuerit temporibus, reguantibus apud Hebræos Azaria & Ozia, apud Medos Arbace, apud Latinos autem Proca Sylvio, ante ſcilicet conſtitutionem Olympiadum. Quæ cum dixiſſem, Nos, inquit Piſo, ſummopere avemus de te audire, quæ tu aſſidua lectione ſuper hac re annotaveris. Quibus ego, Libenter ſic agam, inquam, remque ideo altius aliquanto repetam. Porphyrius enim & plerique alii, Heſiodum Homero juniorem annis centum faciunt, atque ante primam Olympiadem. Quam opinionem ſequi videtur Solinus, qui ita ſcribit: Inter Homerum & Heſiodum Poëtam, qui in auſpiciis Olympiadis primæ obiit, centum X X X anni interfuerunt. Alii eadem Homeri ætate floruiſſe ſcriptum reliquere. quam opinionem & Philoſtratus habuiſſe videtur. Et Velleius non damnandus hiſtoricus, (tametſi quidam inſulſe nullum fuiſſe Velleium ſuſpicantur) & M. Varro in primo de imaginibus, ut eſt apud Gellium, Non eſt, inquit, dubium,

quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Heſiodus: idque ex epigrammate comprobat, quod in tripode inſcriptum fuerat, qui in Helicone Muſis poſitus erat. Epigramma quod apud Dionem legi, & inter Græca epigrammata, tale eſt:

Heſiodus poſuit Muſis Heliconibus iſtum,
Cùm cantu vicit divinum in Chalcide Homerum.

Græcum vero ſi mavultis, hoc eſt:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκε,
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Verum ubi in hunc ſermonem incidimus, hanc vobis, utcunque meis verbis potero, hiſtoriam ex Plutarcho recitabo, qui eam tum in quinto Sympoſiacῶν attigit, tum in eo, quod Septem ſapientum convivium inſcribitur, copioſe explicavit. Homerus, inquit, & Heſiodus in Oelyci Theſſali exequiis & Amphidamantis Chalcidenſis, carminibus certarunt, qua in re dubia atque anceps judicum fuit ſententia. Converſi, inquit, ſunt ad hujuſmodi interrogationes, & propoſuerunt inanes, ut aiunt, quaſdam nugas. (ſi modo recte interpretamur, ὡς φασὶ λέχας, non ὡς φησὶ Λέχης, ut paſſim legitur: non tamen decerno, conſcius & Leſches nomen eſſe proprium Poëtæ Lesbii.) Homerus quidem ſic:

Muſa mihi referas, quæ non unquam ante fuêre,
Neve futura retro.

Tum vero ex tempore reſpondit Heſiodus:

Verum cornipedes quando Iovis ante ſepulcrum
Feſtinantes propter palmam plauſtra terebant?

Ob hoc ferunt Heſiodum maximæ omnibus fuiſſe admirationi, atque tripodis præmium aſſecutum. Sed Græca, inquit Piſo, ipſa carmina audire cupio: dure enim admodum & incondite ea vertiſſe videris. Audite ergo ea Græce, inquam. non enim eo inficias quod ais. Homerus quidem ita:

Μῶσά μοι ἔννεπε οἵνεκα τὰ πρὶν ἐλθόντε πάροιθεν,
Πρὶν ἔριν μετόπισθεν.

Sic vero Heſiodus:

Ἀλλ' ὅπερ ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήπεδες ἵπποι
Ἅρμασι συμβαλέοντες ἐπειγόμενοι ταχὺ νίκης.

Porro

Porro ne & hoc vos lateat, judicem inter Homerum & Heſiodum Panidem Chalcidis regem fuiſſe, res uſque in proverbium deducta oſtendit, Πανίδος ψῆφος, Panidæ ſuffragium: quod in eos ferri ſolet, qui inerudite minuſque ſapienter judicant. Pulchre, inquit Piſo, & ſane ſimul monſtraſti, eadem Homerum & Heſiodum ætate fuiſſe: ſed nihil vetat quo minus eadem diligentia reliquam ejus Poëtæ vitam, ab Atticis uſque literis (quod aiunt) nobis repetas. Faciam id libenter, inquam, quando parum hoc à noſtris hactenus hominibus eſt, quod ſciam, factum. Heſiodi igitur nomen, ut ab hoc incipiam, à caſte & pudice loquendo deductum videtur, ἀπὸ τοῦ ἥσυχα ἐδεῖν. Patria vero illi Cuma: quæ urbs inter Æolicas numeratur, ante Leſbum ſita. Num tu, inquit Piſo, Heſiodum Aſcræum fuiſſe negas? eo enim nomine à Græcis & Latinis vocatur. Recte tu quidem, inquam, ſed ſi me vos audire volueritis, qua id ratione factum intelligetis. Heſiodi quidem patria Cuma fuit Æolica, ut ab Herodoto, Strabone & Stephano traditum eſt. Valerius quoque Probus, non alium, quam Heſiodum intelligere Virgilium autumat, illo carmine:

Vltima Cumæi venit jam carminis ætas.

Quod ſcilicet Heſiodus Cumæus primus ætates ex metallis commentus eſt; ut liquido videtur in eo, quod Ἔργα inſcribitur, poëmate. Natus ergo Heſiodus Cumæ, patre Dio Ampelidis filio, qui ex Menalopo Ithagenæo Critonis filio natus erat, matre vero Pycimede: qui utique parentes ære alieno oppreſſi, cum unde diſſolverent nomina, non haberent, in Aſcram Bœotiæ vicum demigrarunt, ubi eſt puer Heſiodus educatus, atque inde Aſcræus cognominatus. Plutarchus ex Ephori Cumæi ſententia refert, Attelen, Mæona, & Dion, Cumæos, fratres fuiſſe, quorum Dius, quem nauticam exercuiſſe comperi, ob eam quam attulimus cauſam, in Aſcram migravit, ubi (ait) Pycimeden uxorem duxit, ex qua natum ferunt Heſiodum: qui dum paterna armenta puer cuſtodiret, à Muſis amatus fuiſſe perhibetur: quæ illi guſtandam laurum dedere: eam enim lauri naturam eſſe ſcribit ipſius Poëtæ interpres Proclus, & Iſaacius Zezes, ut qui eam mandunt, vates fiant: unde &

Lycophron Poëta ea causa δαφνηφάγον vatem nominat. Idem & in Cassandra Sophocles. Et noster Tibullus agens de Sibylla:

Vera cano, sic usque sacras innoxia laurus
Vescar, & aternum sit mihi virginitas.

Aphthonius quoque rhetor, laurum vaticinii symbolum esse prodidit: quare & laurum ipsam veteres μαντικὸν φυτὸν appellavêre, hoc est, Vaticinam plantam. Et Claudianus ait:

——— *Venturi præscia laurus.*

Eadem ratione Apollini sacra dicitur, qui vaticinii Deus à gentibus est creditus. Quin & hujus arboris foliorum crepitu, dum cremantur, antiqui futura (utinam non & hoc nostro tempore!) prædicebant: quod & Philosophus Porphyrius credidit. Si enim magno strepitu in igne crepuissent, felicitatem significabant: si siluissent, unde & tacita laurus est dicta, infelicitatem. Et perinde de illa idem Tibullus:

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.

Et Propertius:

Et tacet extincto laurus aduста foco.

Lauri insuper folia si noctu pulvino subjecta fuerint, somniorum veritatem conciliare produntur. Dictam autem Daphnen, prodit Eustathius, à δα particula intensiva, & φωνέω verbo, quod *voco* & *cano* significat, quod laurus in igne posita crepet & sonet: unde fortasse & ipsi nos Latini Laurum deduximus, à λα, ut δα, particula intensiva, & *uro*, ut si non voce, at significatu conveniat. Si plura vero de lauro discere cupitis, præter ea quæ à nostris traduntur, legite Parthenii librum Ἐρωτικῶν, & Constantini librum XI de re rustica, quo loco plura leguntur parum Latinis nota. Sed jam à lauro ad Hesiodum revertar, qui lauro gustata, hausta que Hippocrenes unda, repente Poëta prodiit. Id cum alii, tum ipse de se in Theogonia cecinit. Quam rem ita Maximus Tyrius interpretatur, ut Hesiodum putet voluisse, quæ sui ingenii & artis esset fœtura, in Deas referre, ut se Musis gratum testaretur: ut si quis æra jam calleat, Vulcano tamen sua assignet opera. Sed hac de re plura apud ipsum Maximum legetis. Delectatum quidem peregrinationi-

bus

bus Heſiodum legimus, ſicuti & Homerum: quam rem tamen in ſomnium quidam retulere. Alii, quod qui peregre proficiſcuntur, facilius prudentiam cæteraſque virtutes comparare exiſtimantur, quod mores ſcilicet hominum multorum videant. Vxorem quoque duxiſſe proditum eſt Ctemenen Phyſigei filiam, & ex ea Steſichorum Poëtam natum. Alii non uxorem fuiſſe, & ob hanc ipſum Heſiodum occiſum. Nam cum de ſe ſcitatum oraculum Delphos iviſſet, eique reſponſum foret, ut Nemeæi Iovis templum vitaret, quod ibi eſſet vitæ finem habiturus, cumque ea cauſa Nemeam Peloponneſi fugeret, forte in Oenconem Locridis pervenit, ubi Nemeæi Iovis templum fuerat, ut ſcribit Thucydides, quo in loco incautus ab Amphiphane & Ganetore Phyſigei liberis interemptus eſt, quod ab eo vitiatam ſororem Ctemenen crederent. Cadaver ab iis in pelagum projectum eſt: id quòd cum occulte feciſſent, ab Heſiodi cane facinus eſt proditum, ut ſcribit Plutarchus. Alicubi tamen non Phyſigei filii, ſed Ganyctoris Naucletii dicti ſunt, ut in illo eſt, cui titulus, Quænam animalia prudentiora, terreſtriane, an aquatilia. Pauſanias quoque in Bœoticis, Heſiodi interitum ita recitat: Filii, inquit, Ganyctoris, Ctimenus & Antiphus, in Molycrian ex Naupacto fugerunt ob Heſiodi necem, ubi in Neptunum impii exiſtimati ſunt, de illiſque eſt facta quæſtio. & cætera quæ ille proſequitur. Mortis Heſiodi cauſam Plutarchus ſic in Dioclis convivio explicat. Cum Mileſio, inquit, comite & Troïlo puero Heſiodus apud quendam hoſpitatus eſt: noctu Mileſius hoſpitis filiam vitiavit: rei conſcium Heſiodum rati puellæ fratres, illum inter paſcua cum puero occiderunt, & cadaver in mare projecerunt: pueri vero corpus in littore reliquerunt, à quo & loco nomen inditum. Ferunt, inquit, Deorum voluntate à delphinis cadaver ad littus delatum, ubi tum forte Neptunalia celebrabantur. Id ſcelus ubi incolæ intellexerunt, interfectorum domos diruerunt; vivos ipſos, qui facinus admiſerant, aquis ſuffocarunt. Alii poſt diem tertium à delphine in littus cadaver devectum tradunt. Re cognita, occiſores navigatione ſibi conſulere volentes, vi coortæ tempeſtatis ad unum omnes de-

 prehenſi,

prehenſi, naufragio periiſſe dicuntur. Poſt hæc Heſiodi corpus in Nemea Locridis ſepultum perhibetur, qua de re extat Alcæi Poëtæ carmen. Dein vero oraculo monente, ejus oſſa exportata ab Orchomeniis, & in medio foro, hoc addito elogio, tumulata:

Ἄσπρη μὲ παλεὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυᾶν κατέχει
Ἡσιόδου, ὃν πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν
Ἀνδρῶν κεκριμένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

Tum Picus puer: Cur non & hos Latine, ut alios verſus, nobis exprimis? Vt, inquam, noſter Piſo hos ipſe convertat, & ego interea ad memoriam cætera revocem. Et Piſo: Faciam equidem, inquit, utcunque potero: & non diu cunctatus, ſic cœpit:

Fertilis Aſcra quidem patria eſt: verum morientis
Pugnaces Minyæ condita membra tenent
Heſiodi, cujus ſupra omnes plurima laus eſt,
Spectatoſque viros judicio ſophia.

Quos cum Piſo recitaſſet, mirum eſt quanto ſit rubore ſuffuſus. quod animadvertens ego, cauſamque intelligens, ſtatim ſubdidi. Legimus & Græcum alterum Pindari, quod ita noſter Cælius Latine vertit:

Salve cui pubes, tumuluſque bis obtigit unus,
Tu ſapis Heſiode, quantum homini ſapere eſt.

Sed & Aldus ita prius:

Heſiode ante alios ſophia præſtantior omnes,
Salve, bis quondam qui puer atque ſenex.

Græcum Pindari, ſi vultis, ſic habet:

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, ᾧ δὶς πάρος ἀνθεμώσας
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Verum jam tempus eſt, inquam, ut quæ ab Heſiodo ſcripta ſint, commemoremus, ſi tamen prius illud unum, quod in Græcis commentariis reperi, attulero, ſuper ea in Ἔργοις verba, μήτ' ἐμοῦ ὁμοῦ. Filius, aiunt, Heſiodi Mnaſcas eſt. Philochorus vero Steſichorum dixit ex Clymene: ego tamen legendum puto, Cremene, ut jam oſtendi. Alii tamen ex Archiepe: quo

fit

fit ut eos mirer, qui ſcribunt, Heſiodum præter Steſichorum & filiam habuiſſe Mnaſeam nomine, quam Archiepen vocant alii. Porro ſexdecim Heſiodi legitima feruntur volumina: in primiſque Theogonia, à Philoſopho Zenone inter alios interpretata. Deinde Ἔργα καὶ Ἡμέραι, id eſt, Opera & Dies. In quo opere de re ruſtica præcepta tradit ad Perſen fratrem, quem & ipſum Poëtam aliqui ſcribunt. Sunt & qui putent, Ἠοίας μεγάλας, ſic vocata carmina, Heſiodi eſſe, ut Eunapius Græcus hiſtoricus, & in Bœoticis Pauſanias. quo loco & alia Heſiodi opera commemorat, de quibus jam ante plane meminimus. Poſthæc Aſtronomica ſcripſit, tum Hypothecas, quas tamen Fabius Quintilianus ex Ariſtophanis Grammatici ſententia, Heſiodi eſſe negavit. At vero Ariſtoteles & Grammatici nonnulli, ut Heſiodi legitimum opus in medium afferunt. Scripſit item Heroüm & Heroïdum Genealogias: ad hæc & de mulieribus: quo in opere Heroïdas multas induxit virorum fortium nuptias, ut ait Servius, optaſſe. Dion vero Chryſoſtomus ex Alexandri Macedonis ſententia, Heſiodum ea cauſa de mulieribus ſcripſiſſe dixit, quod Homero concederet, qui de heroïbus ante ſcripſiſſet. Et quidem Lucianus ait, Heſiodum mulierum virtutes concinuiſſe. Tradit Pauſanias, Heſiodum vaticinandi artem ab Acarnanibus edoctum, de ea carmina ſcripſiſſe. Scribit Nicocles, quod & in Pindarum Grammatici notant, Heſiodum primum ῥαψῳδῆσαι, hoc eſt, per rhapſodias carmina cecinisſe. At vero Heſiodus ipſe, ſe cum Homero, in Delo, in Apollinem hujuſmodi verſus primum concinuiſſe prodidit, dum ſic cecinit, ut pridie diximus:

In Delo tum primum ego Maonideſque Poëta
Luſimus, inque novis carmen cantavimus hymnis
Auricomum Phœbum, quem Latona edidit alma.

Sed videte, rogo, quam ille dulcius ſuaviuſque ſua lingua:

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον, ἐγὼ καὶ Ὅμηρος, ἀοιδοὶ
Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.

Scripſit item Heſiodus Pelei & Thetidis Epithalamium, ſicuti priore ſermone retulimus. Scripſit & de Dactylis Idæis. Item

Epice-

Epicedium in Batrachum amicum, & quod adhuc legitur poëma inſcriptum Herculis Scutum: quod tamen Ariſtophanes Grammaticus non Heſiodi eſſe ſuſpicatus eſt, ſed cujuſpiam alterius, qui Homericum ſit imitatus. Megacles autem Athenienſis, & Apollonius Rhodius, Steſichoruſque, ipſius Heſiodi legitimum carmen eſſe cenſuêre. Scripſit idem de Medicina. qua de re Plutarchus in Sympoſio Dioclis. Heſiodus, inquit, in Medicina plurimum valuit. quod manifeſte apparet, cum de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de fœminis, de temporum connexione, deque infantium ſtatu diſſerit. Et hæc quidem Cleodemus medicus apud Plutarchum. Sunt & qui Heſiodum De herbis ſcripſiſſe tradant. quod ex Plinio colligitur. Nec deſunt qui Heſiodum ſcribant autorem eorum apologorum qui Æſopi dicuntur. Quæ ego cum dixiſſem, Vide, inquit Piſo, quam paucis carminibus M. Manilius in ſecundo Aſtronomicῶn iſta fere omnia Heſiodi opera complectatur. Nam cum Homerum laudaſſet, mox ita de Heſiodo ſubjunxit:

——— *Sed proximus illi*
Heſiodus memorat divos, divúmque parentes,
Et chaos enixum terras, orbemque ſub illo
Infantem, & primum titubantia ſidera corpus,
Titanas juviſſe ſenis cunabula magni,
Et ſub fratre viri nomen ſine fratre parentis,
Atque iterum patris naſcentem corpora Bacchum,
Omniaque immenſo volitantia corpora mundo.
Quin etiam ruris leges cultuſque rogavit,
Militiamque ſoli, quod colles Bacchus amaret,
Quod fœcunda Ceres campos, quod Pallas utrunque,
Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis,
Sylvarumque Deos ſacrataque numina nymphas,
Pacis opus, magnos natura condit in uſus.

Cum recitaſſet hos verſus Piſo. Si velim, inquam ego, quæcunque omnia de Heſiodo legi, vobis in præſentia recenſere, in longum nimis noſter ſermo procederet: quædam tamen haud indigna relatu nequaquam præteribo. Scribit inprimis Dialo-

Dialogum Lucianus, qui Heſiodus inſcribitur, in quo Heſiodum ipſum de ſe multa narrantem inducit, eumque ipſe, ut ſolet, irridet. Sunt & inter Græca epigrammata, in Heſiodum multa. Extat & apud Græcos proverbium, de iis qui ſuperſeneſcunt, Heſiodia ſenectus: de quo & Pindari diſtichon legitur, quod ante ab Aldo & Cælio noſtro interpretatum attulimus. Pythagoram ſcribit Philoſophus Hieronymus, cum ad inferos deſcendiſſet, Heſiodi animam vidiſſe ad columnam æream ſuſpenſam aſtrictamque adeo, ut ſtridere videretur, & cum ea Homeri quoque animam ſerpentibus undique incinctam, ea videlicet ſolummodo cauſa, quod de Diis falſa ſuis carminibus confinxiſſent. Qua re factum puto, ut Ponticus Heraclides contra Homeri calumniatores librum illum ediderit, qui eſt inſcriptus, Allegoriæ in iis quæ de Diis ab Homero dicuntur, & reſponſiones in ejus calumniatores. Videri enim, inquit, poſſet Homerus, Salmoneus, vel Tantalus, immoderatam atque intemperatam linguam habens, ſi quæ de Diis cecinit ſub alia ſignificatione, non intelligerentur. Et quidem de Homero Heraclides, quod & de aliis Poëtis bonis, ut heſterna die diximus, intelligi poteſt. Sed tametſi excellentis ac prope divini ingenii fuerit Heſiodus, non tamen ideo obtrectatoribus illum caruiſſe accepimus: ſiquidem iniquas adverſum eum controverſias exercuiſſe Cercopem legimus: in tantum excellentiſſimus quiſque aliquo detractore eſt vexatus. Homerus quidem, ut Zoilum mittam, à Siagro Poëta laceſſitus, Pindarus ab Amphimane Coo, Simonides á Timocreonte. Nec Virgilio Horatioque noſtris, defuêre Parones, Mævii, Bavii atque Suffeni, aliique, de quibus in noſtris his ſermonibus ſparſim, ut feret locus, plura dicemus. Sed & hoc Homeromaſtigωn genus noſtro hoc tempore non minus, quam pridem, viget. Plures quidem nunc Critici & Zoili, quam verſificatores & Poëtæ. At de Heſiodo jam ſatis.

Ἐκ τῆς Σούδα.

Ἡσίοδος Κυμαῖος. γέγονε δὲ ἡμιθεὶς ὑπό τε πατρὸς Δίου, καὶ μητρὸς Πυκιμήδης, ἐν Ἀσκρῃ τῆς Βοιωτίας. Γενεαλογεῖται δὲ εἶναι τοῦ Δίου τοῦ Ἀμπελίδου τοῦ Μελανώπου. οὗ φασί τινες τοῦ Ὁμήρου πρωπάτορος εἶναι πάππον, ὡς ἀνεψιάδιον εἶναι Ἡσιόδου τοῦ Ὁμήρου. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος καταγωγήν. ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα, Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπὶς, Γυναικῶν κατάλογος ἐν βιβλίοις ε'. Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ. Περὶ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων. καὶ ἄλλα πολλά. Ἐτελεύτησε δὲ ἐπιξενωθεὶς παρ' Ἀνδίφῃ καὶ Κλεώνῃ· οἱ νύκτωρ δόξαντες ἀναιρεῖν φθορέα ἀδελφῆς ἑαυτῶν, ἀνεῖλον τὸν Ἡσίοδον ἀγνοήσαντες. ἦν δὲ ὁ Ὁμήρου κατά τινας πρεσβύτερος. κατ' ἄλλους, σύγχρονος. Πορφύριος καὶ ἄλλοι τριακοστὸν ἔτος ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀπ' αὐτοῦ ἀριθμοῦσι.

Ἐκ τοῦ Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως.

Ἡσίοδῳ μὲν γὰρ ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἁρμονίας.

Ex Suida.

HEsiodus Cumæus. Cæterum à patre Dio & Pycimede ejus matre, in Ascra, translatus eo, vixit. Genus ac familiam illius ab Ampelide Dio, Melanopi filio deducunt. Quem nonnulli Homeri abavum fuisse volunt. Vt Hesiodi consobrini filius fuerit Homerus. Vtrumque autem ab Atlante volunt oriundum esse. Ejus autem hæc sunt poëmata: Opera & Dies, Scutum, Mulierum Catalogus, libris quinque. Epicedium Batrachi, quem in deliciis habuit. De Dactylis Idæis. Alia item multa. Obiit autem, cum ad Antiphum & Ctimenum hospes divertisset. Qui cum noctu sororis suæ stupratorem tollere se existimarent, Hesiodum ignari sustulêre. Fuit autem Homero, ut quibusdam videtur, antiquior. Alii eadem tempestate vixisse autumant. Porphyrius, & alii, centum omnino post annis floruisse tradunt.

Ex Halicarnassensi Dionysio.

HEsiodo autem magna voluptatis fuit cura, tum æquabilem dictionem accuratamque amat compositionem.

Velleius Paterculus Hist. lib. I.

HVjus temporis æqualis Hesiodus fuit, circa CXX annos distinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus. ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit, ne in id, quod Homerus, incideret: patriamque & parentes testatus est. Sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime.

Fabius lib. X.

RAro assurgit Hesiodus, magnaque pars ejus in nominibus est occupata. tamen utiles circa præcepta sententiæ, lenitasque verborum & expositionis, probabilis: daturque ei palma in illo mediocri genere dicendi.

DANIELIS HEINSII
in Hesiodum
EPIGRAMMATA.

Δημῆτερ τελέθεις, σὺ μὲν πολυγηθέα καρπὸν
Ἀλδαίνειν σοφίης εἰκὸς, ἅτε ψυχύων.
Τὸν μὲν παῖς Δίοιο καὶ αἰσχύνου Πυκιμήδης,
Ἄσκρης συναίτης, εἶδεν ἀμησάμενον.
Ζεῦ γὰρ ὑπὸ τρηφθεὶς μεγαλώνυμε, χειρὶ δ' ἐχίτλῳ
Τὴν μὲν ἀειρόζων, τὴν δ' ἄρα δρέπανον,
Ἄρξω τ' οὐ παύλυμον, ἀείσια λιμὸν ἀμυῦναι,
Παυδίης καρυφλὼ θρέψατ' ἀπ' ἰθμοσύνης.
Τῶν δὲ σὺ ἀγλαόκαρπα θαλύσια δῶκε καμίζειν,
Μελπόμενον γλυκερῆς ἔργα γαπονίης·
Σωφροσύνῃ δ' ἐδίδαξε, καὶ ὡς τὸν ἥμισυ παντὸς,
Ἐκ Μουσέων σοφίης μέτρον διδασκομένου.
Ἀλλὰ γέρον μάλα χαῖρε, πανόλβιε· σοὶ γὰρ ἔπεσκε
Πολλῷ καὶ πιυτῷ γαῖα φυτευσαμένῳ.

In eundem.

Ἀμφιφάγου, γλυκύμυθου, ἀνὴρ φίλου ἐρανίδῃσι,
Γῆς λάτρις θείου δείκνυσιν Ἡσίοδου,
Πιερίδων γείτων πολυώνυμου. ὦ πόποι, ὦ Ζεῦ,
Ἦ γλαφυρᾶς τοὔτης ἄμπλο γειτονίης.

In eundem.

Πῆμα κακὸς γείτων· ὅσσον τ' ἀγαθὸς, μέγ' ὄνειαρ,
Αἱ σελίδες θείαι φάντο ποθ' Ἡσιόδῳ.
Ταῦτ' ἄρα φερεσταφάνου, γλυκερῆς φίλου ἦλθε Μούσης,
Γειτονίης αὐτῶν ἔμμορε Πιερίδων.

In eundem.

Ὦ μάκαρ, ὦ ξανθῆς Δημήτερος ἔργα καμίζων,
Βέλτερ' Εἰρωνίης πεῖ, γέρον Ἡσίοδε,
Δαίμοσιν οἷου ἔπεφνε νέμων σὺν βέντεσιν ὕλης
Ποίμνιλω ἠδ' ἀγέλλω τ' Ἐλικωνιάδου.
Ἔνθα σε βυκολίονα θεῶν καλὰ τέκνα θεοῖο,
Πιερίδ' σῇ φίλλω τερπόμενον κραδίλλῳ·

Ἦ πάγε

Ἦ πάλαι πεμπάζοντα βόας, καὶ μηκάδας αἶγας,
Ἦ πάλαι καὶ λεπτὰς πηγάμφορον δόναξας,
Ἔν τε πόης λαλαγοῦντα, καὶ ἄνθεσιν ἡδυνοῦσιν,
Οἷα φιλεῖ λιγυρῶν ἔθνεα μηλονόμων.
Καί τοι σκῆπτρον ἔδον Μουσέων βασιλῆα γεραίζ,
Αὐτοφυὲς θεῖον τῆμα δαημοσύνης.
Χαῖρε, πάτερ, τοίδεσσι, καὶ ἵλαος ἄμμι γένοιο,
Αἰπόλε μὲ σκέπτρον, νιὸν ὅ᾽ ἄρ᾽ ἀοιδοπόλε.

In eundem.

Ὑψαγόραν ποτ᾽ ἀοιδὸν ἀναζήλωντος Ἄρηος,
Ἡ φύσις ἀρχαῖον δείξαθ᾽ Μαιονίδην·
Δεινὸς Ἄρης μέγ᾽ ἔχαιρε, καὶ οἱ πολέμους τε, μάχας τε
Κέκλιθ᾽, καὶ δῖον μελπόμεν᾽ Αἰακίδην.
Τῷ δ᾽ ἄρα γινομένοιο πάλαι κλυτὰ πότνια Δηὼ,
Βῆ δ᾽ ἴμεν ὑψηλῆς ἄγκεα Πιερίης.
Ἔνθ᾽ ἄρα οἱ κλυτότοξος ἐναντίος ἦλθεν Ἀπόλλων,
Ὦκα μάλ᾽ Ἀσκραῖον δείξαθ᾽ Ἡσίοδον,
Ἡσίοδον φιλόμυθον, ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Γεινόμενον, Μουσῶν οὔνεκ᾽ Ἑλικωνιάδων.
Ὡς ὁ μὲν ἤδη μῆθον Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Καὶ ποταμῶν ὀρμὰς καὶ μυρίον ἠμιθέων·
Αὐτὰρ ὁ γῆς δρόμους, καὶ δρηπόμενα τοῖσι μάλιστα
Ἐκ Διὸς ἐρχομένῳ σήματα, τάς τ᾽ ἔριδας.
Ὡς ἐρίδων μεγάλων διατῶν ἀνὰ γαῖαν ἐόντων,
Ὅς γ᾽ ἐπιμωμητὸν ἤνεικεν, ὃς δ᾽ ἀγαθόν.

In eundem.

Χαῖρε θεῶν Ἀσκραῖε τοὶ ἐρχνὸν δῖρυν ἔχουσι
Μήδεα καὶ πολιὴν καὶ γλυκὺν ἐξανύσας·
Μουσάων ὑποφῆτα παλαιγλυὲς. ἦτοι ἔκλυθες
Πολλὰ πάτερ θυμῷ δίῳα καὶ φραπίδας,
Τείρεα πάντα μαθὼν, τάπερ ἐρχνὸς ἐστεφάνωται,
Καὶ Κρονίδα βυλὰς, καὶ φάος ἠελίου,
Τλώ τε Σελληϊάδος λιπαρὸν φλόγα, μαῖαν ὀρύρης,
Ἀγλαὸν ἀρχαίης σῆμα φυταλιάς.
Ἀρκάδες, ἱλήκοιτε· μέγος σφετέλλεται ἔσσω
Πάντα Σελληϊάδος γυὸς πέρι Ἡσίοδος.

ARGV-

ARGUMENTUM
IN
HESIODI ASCRÆI
OPERA ET DIES.

Ἡ'ΣΙΟ'ΔΟΥ.] *Super Homeri atque Heſiodi ætate, ait Gellius lib. 3. cap. 11. non conſentitur uter natu prior. dubium tamen non eſt, quin aliquo tempore eodem vixerint.*

Α'ΣΚΡΑΙ'ΟΥ.] *Sacerdos fuit templi Muſarum in Helicone monte Bœotiæ, in Aſcra pago ad radicem ejus montis. Inde Virgilius, quia hunc Poëtam è tot Georgicorum ſcriptoribus imitatus eſt, dixit, lib. 2. Georg. verſ. 176.*

Aſcræumque cano Romana per oppida carmen.

Ἔ'ργα κὴ Η'μέραι.] *Non dubium eſt, quin idem Virg. initio Georgicorum, hanc inſcriptionem expreſſerit, hoc verſu,*

Quid faciat lætas ſegetes: quo ſydere terram, &c.

Breviter autem ſummam rei complectitur hic titulus: nam per Opera *ſignificat, agriculturam eſſe artem, quæ non inerti otio, aut alieno ſumptu, ſed ipſa actione peragatur. Per* Dies *autem innuit, ſuo tempore ſingula facienda eſſe. In priori igitur* Operum *libro, ad laborem adhortatur agricolam futurum. Obiter etiam alia atque alia præcepta de moribus tradit, ad juſtitiam & pietatem colendam; injuſtitiam vero & ignaviam vitandam. In ſecundo autem artem agriculturæ tradit. Dio ergo agit; primum, ut voluntarium habeat agricolam: deinde, ut peritum.*

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Ἔργα καὶ Ἡμέραι.

Μοῦσαι Πιερίηθεν, ἀοιδῇσι κλείουσαι,
Δεῦτε δὴ, εὐεπέες, σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.
Οὗν τε λαοὶ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε,
Ῥηϊτοί τ' ἄρρητοί τε, Διὸς μεγάλοιο ἔκητι.
Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δ' βριάοντα χαλέπτει·
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει·
Ῥεῖα δὲ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
Κλῦθι ἰδὼν αἴσῃ τε· δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας
Τυτὼ· ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.

Οὐκ

---

1. Μοῦσαι.] Dores & Æoles dicunt Μῶσαι, quibus familiare eſt vertere σ in ω. Hinc appellatas volunt eas à verbo μῶ, quod eſt quæro, inveſtigo; nam inveſtigando diſciplinas aſſequimur. Adfert aliam rationem Plutarchus, forſitan probabiliorem. Is enim in commentario περὶ φιλαδελφίας, dicit μέσας nominatas, ut ὁμοῦ ὕσας, idque διὰ δύναιτο ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν, quæ ſcilicet vivunt in perpetua quadam benevolentia & mutua charitate. Vel denique inde habent nomen, quod Muſæ, hoc eſt, artes & diſciplinæ, tali inter ſe cognatione & nodo conjunctæ conglutinatæque ſint, ut altera ex altera pendeat, & altera ſine altera manca ſit. Πιερίηθεν, conſtruitur cum δεῦτε adverbio hortantis. Muſæ huc adeſte ad me ex Pieria. Θεν vero particula finalis, de loco. Μῶσαι.] Duplicem invocationem ponit: prior hæc ad Muſas: poſterior (verſ. 8.) ad Iovem dirigitur, ut in Perſe fratre docendo ſit auxiliator.

2. Δεῦτε δὴ.] Δεῦ legendum monet Euſtathius: quem ſequitur H. Steph. Δὴ mihi magis probatur, & ita omnes legiſſe interpretes veteres manifeſtum: Proclum dico, Tzetzen, Moſchopulum. & ita MS. Palatinæ Bibliothecæ. Sic Orpheus Hymnorum ſuorum initio, Μάνθανε δὴ Μουσῖε. Ὑμνείουσαι.] Id eſt, celebrantes. eſt activæ ſignificationis, quamquam aliqui neutraliter exponant, quæ eſtis celebres aut inclytæ.

3. Οὗν τε λαοὶ.] Enumerat pias quaſdam ſententias de Deo. Porro in ὃν poteſt intelligi, inquit Tzetzes, τρόπον, more Attico, ut ſit διὰ ὃν τρόπον, quomodo, cur: quod non-

HESIODI ASCRÆI
OPERA ET DIES.

Musa Pierides carminibus celebres,
Agite sane, dicite, vestrum patrem laudantes,
Et per quem mortales homines pariter obscurique sunt clarique,
Nobiles, ignobilesque, Iovis magni voluntate.
Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit:
Facile præclarum minuit, & obscurum adauget:
Facileque corrigit incurvum, & superbum contrahit
Iupiter altitonans, qui supremas domos incolit.
Audi intuens & auscultans, & justitiam in judiciis sequere
Tu: Ego vero Persa vera loquar.

Non

---

nonnulli interrogative; alii vero absque interrogatione intelligunt. Alii non minus commode exponunt, δι' ὃν, vel κατ' ὃν Δία, secundum quem Iovem gubernantur homines. Φατὸς & ῥητὸς differunt, ut apud Latinos loquor & dico. est enim φατὸς, de quo magna fama est. ῥητὸς autem honoratus, & ad certam functionem & dignitatem assumptus.

4. Διὸς μεγάλοιο.] Responsio Musarum. Sic apud Homerum Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Subintelligitur hîc γίγνεται, aut simile verbum. Διὸς.] Musarum responsio. vel ut alii volunt, poëta ipse respondet ceu à Musis edoctus.

5. Ῥέα μέν.] Contractio est in voce ῥέα, ut Iliad. ρ. Virgil. quoque dixit *alvaria* pro alvearia. Vide Guil. Canterum lib. 7. cap. 17. Æsopus (teste Laërtio) quum rogaretur quid ageret Deus; respondit: τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δ' ταπεινὰ ὑψοῖ. Ῥέα μὲν γὰρ.] Ratio est interrogationis, quare alii sint clari, alii obscuri. Dicuntur hæc à Musis.

6. Ἀρίζηλον.] Eum vocat, qui dignus est æmulatione atque imitatione.

9. Κλῦθι.] Invocatio ad Iovem. Θέμιστας vocat præcepta de moribus. Θέμις ἐπὶ θεῶν, δίκη vero ἐπὶ ἀνθρώπων.

10. Ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ.] Propositio est. Ego Persæ consulam optima. Iam κε potentialis particula ad μυθησαίμην referenda est, quasi dicat; Tum vera dixero fratri meo, ubi tu leges gubernaveris Iupiter, & affueris mihi præscribenti præcepta de moribus.

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινέσσειε νοήσας,
Ἡ δ' ἐπιμωμητή. Διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
Ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὴν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
Σχετλίη· οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτός, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
Τὴν δ' ἑτέρην, προτέρην μὲν ἐγείναθο νὺξ ἐρεβεννή,
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι, καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω.
Ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
Εἰς ἕτερον γάρ τις τε ἰδὼν ἔργοιο κατίζων
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμεναί ἠδὲ φυτεύειν,
Οἰκόν τ' εὖ θέσθαι· ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων,
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Ὦ Πέρση, σὺ δ' ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ·
Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι
Νείκεσ' ὀπιπεύοντ', ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
Ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,

Ὧι

---

11. Οὐκ ἄρα.] Duplicem narrat contentionem augendæ rei familiaris: alteram vituperandam, quum per injuriam & scelus cumulantur opes: alteram dignam laude. ἴλαω, λῶ, pro ὄξιν, Attice.

15. Οὔτις τὴν γε φιλεῖ] Ostendit non fieri per se, ut hæc contentio tantopere diligatur ab hominibus, cum tamen sit noxia: sed per accidens, quia scilicet non possint discernere à verè expetendis, ea, quæ falso boni speciem præ se ferunt: idque naturæ quodam fato.

17. Προτέρην.] Lege Πρότερον. Νὺξ ἐρεβεννή.] Per noctem, incomprehensibilem quandam æternitatem rerum intelligit.

19. Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι.] Interpretibus autem, qui verba illa ad Iovem referunt, non ad τὴν ἔριν, nescio quid in mentem venerit.

20. Ἀπάλαμον.] Inertem, qui manus nulli operi admovet. παλάμη enim & manum, & ipsum opus significat.

24. Ἀγαθὴ δ' ἔρις.] Probat artificum inter se æmulationes. Hos duos versus Plato in Lysíde, & Arist. 5. Polit. & 2. Rhet. & Galen. ad priorem noxiam contentionem referunt. Plutarchus autem bonæ illi & salutari cum Poëta nostro attribuit.

25. Κοτέει, φθονέει.] Verba hæc pertinent hîc ad laudem: probat enim

Non ſane unum eſt contentionum genus, ſed in terra
Sunt duo: alterum quidem probaverit ſapiens,
Altera vituperio eſt digna. in diverſa autem animum diſtrahunt.
Nam hæc bellum exitioſum, & diſcordiam auget,
Noxia: nullus hanc amat mortalis, ſed neceſſario
Immortalium conſiliis litem colunt moleſtam.
Alteram vero, priorem genuit nox obſcura,
Poſuit vero ipſam Saturnius ſublimis, in æthere habitans,
Terræ in radicibus, hominibus longe meliorem.
Hæc quantumvis inertem, tamen ad opus excitat.
In alterum enim quiſpiam intuens opere vacans,
Divitem, qui feſtinat arare atque plantare,
Domumque recte gubernare, æmulatur vicinum vicinus,
Ad divitias feſtinantem: bona ergo hæc contentio hominibus.
Et figulus figulo ſuccenſet, & fabro faber,
Et mendicus mendico invidet, cantorque cantori.
O Perſa, tu vero hæc tuo repone in animo:
Neque malis gaudens contentio animum tuum ab opere abducat,
Lites ſpectantem, foriique auſcultatorem exiſtentem.
Parum enim ei temporis eſt, quod litibus & foro impendat,

Cui

---

enim, illam æmulationem artificum, qua alter altero citius diteſcere conatur. Mira hujus loci ſuavitas dum artifices aliquot nominatim exprimit.

27. Ὦ Πέρση.] Alloquitur fratrem, & jam traditam doctrinam ad ejus emendationem accommodat: eumque dehortatur à contentionibus forenſibus, quia infeliciter circa eas verſetur, cui ſingulis temporibus ſui proventus non adfuerint.

28. Κακόχαρ[illegible].] Epitheton aptiſſimum inhoneſtæ contentionis, quia malis gaudeat, vel quod mali ea gaudeant. ambigua enim hujus vocis ſignificatio.

30. Ὥρη.] Aitiologia eſt præcedentis adhortationis. Ille forum & litigium vitare debet, qui ſibi non eſt conſcius magnarum divitiarum. Non abſurdum ergo erit legere ὥρη cum aſpiratione, ut ſignificet tempus. & ſenſus tum erit: Ille lites diu ſuſtentare non poterit, cui non eſt bene inſtructa & opulenta domus. Ὥρη.] Abſque aſpiratione, pro φρονὶς. Sed Stephano non videtur ſatis convenire cum præcedentibus; niſi ὥρη ὀλίγη πλέτεϊ accipiamus, pro ὀλίγῳ ὥρῳ δεῖ πλεῖσθαι. non enim negat Heſiodus id fieri (quum potius de hoc ipſo fratrem reprehendat) ſed debere fieri negat.

Ὦ Πέρση μὴ βίον ἔνδον ἐπισσωρὸς καλάσσεται
Ὡραῖον, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν.
Τοῦ κε κορεσσάμενος, νείκεα κὴ δῆριν ὀφέλλοις
Κτήμασ' ἐπ' ἀλλοτρίοις. σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον ἔσται
Ὧδ' ἔρδειν· ἀλλ' αὖθι διακρινώμεσθα νεῖκος
Ἰθείῃσι δίκῃσι, αἵτ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεσθ'· ἄλλα τε πολλὰ
Ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἱ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσσαι,
Νήπιοι· οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε κὴ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.
Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
Ῥηϊδίως γάρ κεν κὴ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
Ὥς τέ σε καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἔχειν, κὴ ἀεργὸν ἐόντα.
Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσαιο,
Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο κὴ ἡμιόνων ταλαεργῶν.

Ἀλλὰ

32. Δημήτερος ἀκτήν.] Idem quod βίον, id est, victus, cibus. Δημήτηρ autem dicitur Ceres, quasi γημήτηρ, hoc est, terræ mater, mutata γ in δ.

33. Τοῦ κε κορεσσάμενος.] Concessio ironica: Quando ditatus es, & abundas jam re familiari, nec animus à malo revocari potest, age per me licebit, litiges quamdiu voles.

34. Σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον.] Antiqui, cum strictè aliquem cogerent, unam conditionem proponebant, cui adstringebant eum: cum minus cogerent, sed plus permitterent, secundam statuebant, usitatâ formulâ, τοῦτο δεύτερον ἔσται: id est, si primum non placet, licebit & secundum. Δεύτερόν ἐστι, nihil aliud est, quam ἔξεστιν, & potentiam denotat, seu licentiam potius.

36. Ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.] Ita enim sensérunt viri sapientes, esse animis nostris innatam rationem æqui & boni.

38. Βασιλῆας.] Βασιλῆας vocat præfectos singularum urbium, quemadmodum & Homerus.

40. Νήπιοι.] Mediocritatem commendat, ac redarguit judices & gubernatores, qui indulgent suis cupiditatibus & à vitæ frugalitate digrediuntur ad πλεονεξίαν injustam: & ostendit primum ipsos ignorare vim & utilitatem justitiæ longè potiorem, quam injustitiæ & πλεονεξίας: deinde etiam non considerare, quanta sit commoditas tenuis & frugalis victus. Intelligit ergò per ἥμισυ, medium inter lucrum & damnum, quod est justum, & honestius

Cui non eſt victus domi in annum repoſitus,
Tempeſtivus, quem terra fert, Cereris munus.
Quo ſatiatus lites ac rixam moveas
De facultatibus alienis. Tibi vero non amplius licebit
Sic facere: ſed in poſterum diſcernamus litem
Rectis judiciis, quæ ex Jove ſunt optima.
Nam nuper quidem patrimonium diviſimus: alia autem multa
Rapiens ferebas, valde demulcens reges
Donivoros, qui hanc litem volunt judicaſſe,
Stulti: neque ſciunt, quanto plus dimidium ſit toto,
Neque quam magnum in malva & aſphodelo bonum.
Occultarunt enim Dii victum hominibus.
Facile enim alioqui vel uno die tantum operatus eſſes,
Vt in annum quoque ſatis haberes, etiam ocioſus.
Statimque temonem quidem in fumo poneres,
Opera vero boum ceſſarent mulorumque laborioſorum.

Sed

ſtius atque utilius πανσῶς, id eſt, toto: quo & ſua pars retinetur, & alterius ad ſe pertrahitur. Plato 5. Polit. & 3. Legum, intelligit de mediocritate in ſtatibus civilibus amplectenda.

42. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι.] Pro ἔκρυψαν, Atticè, occuluerunt. Cauſam hujus ignorantiæ oſtendit eſſe voluntatem Dei, qui voluerit abſcondi ab intelligentia communi hominum, hanc faciliorem vitæ rationem.

43. Ῥηϊδίως.] Illius primæ & melioris vitæ rationem commendat, ita ut oſtendat in ea ſervata, poſſe facile quemque non admodum induſtrium, vel unius diei labore efficere, quod ſufficiat in integrum annum. Innuit ergò Poëta facilitatem victus quærendi apud priſcos: illi non arabant, uno die tantum colligebant, quantum per totum annum erat neceſſarium. Erant autem frugaliſſimi, malva & aſphodelo contenti: verum poſteri homines ad voluptatem proni, nec quibuſlibet contenti, laborioſiſſimam ſibi ipſis vitam compararunt, dum undique ventri grata quærunt.

44. Ὡς τό σοί κ' εἰς.] Venuſtiſſimo idiomate. οἱ εἰς ἐνιαυτὸν ἔχοντες dicuntur οἱ πλέονοι, quibus opponebantur οἱ εἰς ἡμέραν ἔχοντες.

45. Πηδάλιον.] Quidam non pro navis gubernaculo, ſed pro ſtiva, ſtivamque pro aratro accipiunt. Solent autem ruſtici inſtrumenta lignea ſuper fumoſa laquearia collocare, ut fumus ea corroboret & induret.

Ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ἦσιν,
Οὕνεκα μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
Τεύχει ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Κρύψε δ' ἄρα πῦρ· τὸ μὲν αὖθις ἐὺς πάις Ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς πρὸ μηδόεντος,
Ἐν κοίλῃ νάρθηκι, λαφὼν Δία τερπικέραυνον.
Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας;
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κῆρ ὃν μὸν, ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ὣς ἔφατ'· ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Ἤφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν
Καὶ σθένος, ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἐίσκειν
Παρθενικῆς καλὸν εἶδος ἐπήρατον· αὐτὰρ Ἀθήνῃ,
Ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἰστὸν ὑφαίνειν·
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ, χρυσῇ Ἀφροδίτῃ,

Καὶ

---

47. Ἀλλὰ Ζεὺς.] Longam fabulam recenſet de Pandora, qua docet, Iovem iratum abdidiſſe ignem, id eſt, veritatem, quæ penitus abſtruſa eſt in natura. Sed cum Prometheus oſtendiſſet hominibus recta & honeſta, miſit Iupiter Pandoram, id eſt, voluptatem, quæ multis rebus opus habet, augetque quotidie ſumptus, & quamvis multis modis adblandiatur, malorum tamen ommium, morborumque cauſa eſt. Prometheus autem, id eſt, ſapiens aliquis monitor vel ratio, vetat recipere voluptatem: & Epimetheus, id eſt, ſenſus, non auſcultans rationi, noxiam voluptatem incautus recipit, ſed ſero recepiſſe pœnitet. Nonnulli paulo aliter exponunt. Προμηθεὺς, quaſi προμηδόμενος, proſpiciens, ſolers, induſtrius, eoque nomine ſecundum quoſdam intelligitur vis humani ingenii.

48. Ἀγκυλομήτης.] Lege Ποικιλομήτης. Sed alteram præfert Proclus, auctorem Plutarchum laudans.

50. Κρύψε.] Iupiter abſcondit ignem, cujus beneficio fere omnes artes exercentur. Vel ignem, id eſt, mentis vim ſolertem, ut ſimplicius viverent homines.

52. Ἐν κοίλῳ.] Ignem ferulis optimè ſervari, auctor eſt Plin. l. 13. c. 22.

55. Χαίρεις.] Eſt quædam νεμεσητικὴ approbatio. Pulchrè hîc notatur ingenioſorum ſtudium, & inconſi-

Sed Iupiter abſcondit, iratus animo ſuo,
Quia ipſum decepit Prometheus verſutus.
Quocirca hominibus paravit triſtia mala.
Abſcondit vero ignem: quem rurſus bonus Iapeti puer
Surripuit ad hominum uſum, Iove à conſulto,
In cava ferula, fallens Iovem fulminibus gaudentem.
Huncque indignatus affatus eſt nubicoga Iupiter:
Iapetionide, omnium maxime verſute,
Gaudes ignem furatus, quodque animum meum deceperis?
Quod tibique ipſi magnum erit malum, & poſteris.
Ipſis namque pro igni dabo malum, quo omnes
Se oblectent animo, ſuum malum amplectentes.
Sic ait: riſitque pater hominumque Deumque.
Vulcanum vero inſignem juſſit quam celerrime
Terram aqua miſcere, hominiſque imponere vocem,
Et robur, immortalibus vero Deabus facie aſſimilare
Virginibus pulchram formam peramabilem: at Minervam,
Opera docere, ingenioſe telam texere:
Et venuſtatem circumfundere capiti, auream Venerem,

Et

---

conſiderata in ſucceſſu ſuorum conatuum lætitia.

58. Ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.] Ea ferè eſt humanarum rerum conditio, ut illæ ipſæ cupiditates, quæ omnis generis mala ſecum trahunt, nos delectent.

60. Ἧιαιστον.] Recenſet jam quomodo Pandora condita ſit. M. Garbitius ſenſum hujus fabulæ ſic explicat. Hominem prius habuiſſe ſinceriorem & puriorem naturam, ſimpliciuſque vixiſſe. Poſtquam verò laſcivia mentis ipſius contra voluntatem Dei ſibi vendicarit ingenii & cognitionis vim exercitatiorem, inde quaſi transformatum in gliam naturam, & κρᾶσιν corpoream, & illam quidem excellentem virtutibus cœleſtibus, ſed quibus corporea fæce contaminatis, mens humana & ipſa ex conſortio contaminata, variè abutatur ad laſciviam & luxuriam variarum artium & inventionum: & hoc ſub ſpe & ſpecie boni & vitæ melioris; ſed quam omnem induſtriam ſuam poſteriore conſideratione, & eventu ſtultorum magiſtro, experiatur contrariam eſſe ſuis effectis, ſolaque ſpe reliqua ſuſtentetur in perpetua anxietate animi. Cæterum ſi de voluptate hæc potius libeat intelligere, dicemus Poëtam hic ſignificare, non unum eſſe genus voluptatis.

62. Ἀθανάτοις ἢ θνητοῖς εἰς ὦπα ἰδέσθαι.] M. S. Palat. Παρθενικῆς, id eſt παρθένε, ut habent gloſſæ.

Καὶ πόθεν ἀργαλέον, ἢ γυιοκόρους μελεδῶνας·
Ἐν ᾗ θήμῃ κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Ἑρμείῃ ἔπνυσε, Διάκτορον Ἀργειφόντῃ.
Ὣς ἔφατ'. οἱ δ' ἐπίθοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.
Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσατο κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, Κρονίδεω διὰ βουλάς.
Ζῶσε δ' καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
Ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ τήν γε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
Πάντα δ' οἱ χροὶ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.
Ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι Διάκτορος Ἀργειφόντης
Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου. ἐν δ' ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κῆρυξ. ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην· ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῆσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
Εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν Ἀργειφόντην,
Δῶρον ἄγοντα, θεῶν ταχὺν ἄγγελον. οὐδ' Ἐπιμηθεὺς

Ἐφρά-

66. Καὶ πόθεν.] Indefeſſam cupiditatem ſuperandi alios: vel (ſecundum quoſdam) deſiderium vehemens, ut vehementer ametur. Γυιοκόρους, vox apta meditationibus & curis, quæ ad ſatietatem uſque arrodunt & abſumunt membra: ſicut fere videre eſt ingenioſos, pallidos & extenuatos eſſe. Aliam etiam interpretationem addit Proclus, quam nonnullos aſſequutos non eſſe animadverto: γυιοκόρους μελεδῶνας, inquit, ὡς τὰ γῆια κοσμήσας. τὸ γὰρ κοσμεῖν καὶ καλλύνειν οἱ παλαιοὶ κόρειν ἔλεγον. de curatura, quæ bonam virginum naturam corrumpit ἐν τῷ καλλωπίζειν, Proclum agere exiſtimo. Stephanus mallet leg. γυιοβόρους. Illa enim etymologia nimium longè petita eſſe videtur, τὰς τὰ μέλη ἀθρόως ἄχει κόρυς.

67. Ἐν ᾗ θήμῃ.] Impudentiam intelligit, quæ utrique interpretationi quam attulimus, commodè applicari poteſt. Solent enim homines voluptatibus dediti, nullam prorſus honeſtatis rationem habere: itemque negotiatores & πλεονέκται variis artibus & dolis lucrum captare.

68. Ἑρμείῃ ἔπνυσε.] Mercurium finxerunt nuntium Deorum, quod ejus motus ſit maximè admirabilis, & quod ejus varia ratio ſit in genituris.

72. Ζῶσε.] Hoc poteſt de bellicis dotibus intelligi.

73. Πό-

Et deſiderium moleſtum, & membra fatigantes curas:
Imponere vero impudentem mentem, & fallaces mores
Mercurium juſſit, nuncium Argicidam.
Sic dixit. illi autem obtemperarunt Iovi Saturnio regi.
Moxque ex terra finxit inclytus Ambiclaudus
Virgini verecundæ ſimilem, Iovis conſiliis.
Cinxit vero & ornavit Dea glaucocula Minerva.
Circum vero Chariteſque Dea, & veneranda Suada,
Monilia aurea impoſuerunt corpori. ipſam porro
Horæ pulchricomæ coronarunt floribus vernis.
Omnem vero illius corpori ornatum adaptavit Pallas Minerva.
At in pectore illi nuncius Argicida
Mendacia blandoſque ſermones, & doloſos mores
Fecit, Iovis conſiliis graviſtrepi. ſed vocem illi
Impoſuit Deorum præco. appellavit autem mulierem hancce
Pandoram: quia omnes cœleſtium domorum incolæ
Donum contulerunt, detrimentum hominibus induſtriis.
At poſtquam dolum pernicioſum & inevitabilem abſolvit,
Ad Epimethea miſit pater inclytum Argicidam,
Munus ferentem, Deorum celerem nuncium. neque Epimetheus
Cogi-

---

73. Πείθω.] Eloquentiæ Dea ab antiquis habita, quam Græci peculiari templo & ceremoniis colebant.

81. Παιδοφιλίαν.] Quidam (ut ante monuimus) voluptatem exponunt. Alii variam quandam ingenii & mentis induſtriam propoſitam, quam admirantur homines tanquam magnum ſuum bonum, cum ſit ipſorum malum. Quod mirum eſt, cum mens humana tam divinis dotibus ſit exornata: ſed hoc fit per accidens, vitio naturæ.

82. Ἀλφηστῆσιν.] Intelligit ſolertes, qui diſcedunt à ſimplicitatis rectitudine; & qui curioſi ſunt. Ἀλφησταὶ indagatores exponunt. ſed id accipiendum eſt in malam partem pro curioſis, quia ſic ſunt hominum ingenia, ut præſentia faſtidiant, cupiant & adfectent alia. ſicut & piſces, ἀλφησταὶ vocant, quia ſtatim adnatare ſolent, ſi quid abjeceris in piſcinam. Porrò graviſſime iſta curioſitas reprehenditur ab Horat. lib. 1. Epiſt. 14. verſ. pen.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

85. Οὐδ' Ἐπιμηθῆος.] Mittitur donum ad Epimethea, & recipitur. Nam pars inferior cupiditatum & affectionum, quæ eſt iſte Epimetheus, id eſt, vis animi humani in-

conſi-

Ἐφράσατ' ὡς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς, μήποτε δῶρον
Δέξασθ' παὰ Ζηνὸς ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν
Ἐξοπίσω, μήπως τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησε.
Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ὀχθαλίων, αἵτ' ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι, πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα,
Ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι
Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
Αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο.
Ἄλλα δ' μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται.
Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ
Αὐτόμαται φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι
Σιγῇ· ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
Οὕτως οὔ πῃ σοὶ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.
Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον εὖ κατορύσσω
Εὖ δὲ καὶ ἐπιφραδέως· σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.

Ὡς

---

considerata & præceps, non obsequitur plerumque parti superiori meliorique mentis & rationis, quæ est εὐμηθὴς animi hominis. Ideoque specie hujus boni deceptus, postea noxium comperiens, sero recepisse pœnitet. Rectè ergò Horatius,

—— *Nocet empta dolore voluptas.*

91. Νόσφιν ἄτερ τε.] Hæ duæ particulæ quamvis idem denotent, intendunt tamen hic significationem. Vel hinc magna incuria librariorum deprehendi potest, qui Νόσφιν ἄτερ κακῶν reliquerint: quum paulò post, v. 113. Νόσφιν ἄτερ τε πόνων, ponant.

93. Αἶψα.] Κακότης hic pro malo externo accipitur.

94. Ἀλλὰ γυνὴ.] Proverb. Γυναικῶν ὄλεθρος. Mulier, id est, appetitiva & fœminea affectio, & publica indulgentia · δημαγωγικὴ & ψυχαγωγικὴ atque συρφετώδης, unde laxatur disciplina severior. Hinc deinde sublata disciplina tanquam operculo Pandoræ, id est, corporis & animi humani, statim quasi ex antro Æoli venti & impetus affectuum,

Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant,

&

Cogitavit quod illi præcepisset Prometheus, ne quando munus
Susciperet à Iove Olympio, sed remitteret
Retro, necubi mali quippiam mortalibus eveniret.
Verum ille recepto eo, cum jam malum haberet, sensit.
Prius namque in terra vivebant familiæ hominum
Seorsim à malis & absque iis, & sine difficili labore,
Morbisque molestis, qui hominibus senectam afferunt.
Statim enim in afflictione mortales consenescunt.
Sed mulier manibus, vasis magnum operculum cum dimovisset,
Dispersit: hominibus autem machinata est curas graves.
Sola vero illic spes infracta in domo
Intus mansit, dolii sub labris, neque foras
Evolavit. prius enim injecit operculum dolii,
Ægiochi consilio Iovis nubicogæ.
Alia vero innumera mala inter homines errant.
Plena enim terra est malis, plenumque mare.
Morbi autem hominibus tam interdiu quam noctu
Ultro oberrant, mala mortalibus ferentes
Tacite: nam vocem exemit prudens Iupiter.
Sic nusquam licet Iovis mentem evitare.
Cæterum si voles, alium tibi sermonem paucis absolvam
Belle ac scienter: tu vero præcordiis imponito tuis.

Vt

& nusquam non pervadunt, & nihil non moliuntur. Quod tamen spes remansit, significat neminem tam desperatis rebus esse, quin aliquando speret. Ovid.

Vivere spe vidi, qui moriturus erat.

98. Πρόθυρα πίθου.] Ratio solius spei in pyxide relictæ. Magnum certe Dei donum spes, quo solo affectu homines inter tot ærumnas sustentantur & aluntur, & sine cujus condimento omnia non solum fatua, sed etiam insuavissima sunt.

104. Σιγῇ· ἐπεὶ φαυλῶ.] Verissimè contrà Hesiodum dicit Plutarchus in præceptis sanitatis; non omnes morbos solere tacite & furtim invadere ipsos homines; sed plurimi καθάπερ ὠφαλγήλας καὶ ὠφαδρόμους, καὶ κύρηκας; ἔχουσιν ἀπορίας καὶ δυσκινησίας.

106. Εἰ δ' ἐθέλεις.] Quinque ætates jam fingit: quo commento significat naturam & mores subinde deteriores fieri, & vitia hominum augeri. Hanc descriptionem ætatum omnes fere Latini Poëtæ imitati sunt. ἐκπορυφόω, significat expositionem ordine factam & integram, neque tamen prolixam.

108. Ὡς

Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθανάτοι ποίησαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.
Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·
Ὡς τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ οἰζύος· οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν· αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοθεν ἁπάντων.
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο, σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.
Αὖτὰρ ἐπεὶ κεῦτο γαῖα κάλυψεν,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα εἰματόεντες, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.

Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ἄρρησεν ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Χρυσέῃ ὅτε φυλὴ σιδήρεον ὅτε νόημα.
Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀπάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ·

Ἀλλ'

---

108. Ὡς ὁμόθεν γεγάασι.] Sequitur ætatum descriptio, qua monstrat omnia fatis in pejus ruere.

109. Χρύσεον.] Aureum, ut inquit Plato, propter præstantiam naturæ, morum & vitæ.

112. Ὡς τε.] Cognoverat fortasse Poëta aliquid de vita primorum parentum in paradiso: & ideo respiciens eo, hæc dicit: Θεοὶ δ' ἔζωον. Lege Θεοὶ ζώεσκον. Vt paulo ante v. 90.

115. Ἐν θαλίῃσι.] Ἑορταῖς, sacris epulis. Græci enim sæpenumero totam τὴν ἀθανασίαν voce θαλία designant, quod Latini *Divûm epulas* dicunt. Vocant enim θαλίας, sacras epulas, ἀπὸ τοῦ θάλλειν, id est, florere. Est autem non vulgare tranquillitatis & pacis encomium, quod dicit delectatos fuisse sine omnibus malis, & suaviter omnibus convixisse.

117. Καρπὸν δ' ἔφερε.] Sic Virgil. 1. Georg. vers. 127.

—ipsa-

Vt ſimul nati ſunt Dii, mortaleſque homines,
Aureum primo genus diverſiloquentium hominum
Dii fecerunt, cœleſtium domorum incola.
Et ii quidem ſub Saturno erant, cum in cœlo regnaret:
Et ut Dii vivebant, ſecuro animo praditi,
Plane abſque laboribus & arumna: neque moleſta
Senecta aderat: ſemper vero pedibus ac manibus ſimiles
Delectabantur in conviviis, extra mala omnia.
Moriebantur autem ceu ſomno domiti: bona vero omnia
Illis erant: fructum autem ferebat fertile arvum
Sponte ſua multumque & copioſum: ipſique ultro
Quieti partis fruebantur, cum bonis multis.
Verum poſtquam hoc genus terra abſcondit,
Ii quidem dæmones facti ſunt, Iovis magni conſilio,
Boni, in terris verſantes, cuſtodes mortalium hominum:
Qui quidem obſervant & juſta & prava opera,
Caligine involuti, paſſim oberrantes per terram,
Opum datores. atque hoc munus regale conſecuti ſunt.
Secundum inde genus multo deterius poſtea
Argenteum fecerunt cœleſtium domorum incola,
Aureo neque corporis proceritate ſimile, neque intellectu.
Sed centum annis puer apud matrem ſedulam
Nutriebatur creſcens, valde rudis, domi ſuæ:

Cum

——— *ipſaque tellus*
Omnia liberius nullo poſcente ferebat.

Ζείδωρος, elegans epitheton terræ, quod vitæ neceſſaria det. Sic etiam Venus dicitur Ζείδωρος. Plinius vult ſic terram dictam, quod zeam proferat.

121. Δαίμονες.] Hæc omnia non multum diſcrepant ab iis, quæ ſacra ſcriptura tradit de bonis Angelis. Δαίμονες, quaſi δαήμονες, quod Dii omnia ſciant. Vide Macrobium Saturnal. 1. cap. 23.

125. Πλουτοδόται.] Dicti ſunt Dii, qui τῷ ὄντι ἀφθονίαν promoverent, & quocunque modo terræ præeſſent.

126. Δεύτερον.] Alterum ſeculum deſcribit per ſuas circumſtantias, quod Argenteum vocat: & eo deterius priore fuiſſe oſtendit, quo argentum eſt vilius auro.

129. Ἀλλ' ἑκατὸν μὲ παῖς.] Ἀλλὰ eleganter hoc loco pro ἀλλ' ὅμως ponitur.

Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε, καὶ ἥβης μέτρον ἵκηται
Παιδείδιον ζώειεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες
Ἀφραδίας. οὔ τοι γὰρ ἀπάλαθαλον οὐκ ἐδύναντο
Ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
Ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς, 135
Ἧι θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε, χολούμενος οὕνεκα μακὰς
Οὐκ ἐδίδυν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Αὖτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν νῦν χθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται 140
Δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς ὃ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
Χάλκειον ποίησε, οὐκ ἀργυρῷ οὐδὲν ὁμοῖον,
Ἐκ μελιάων, δεινόν τε καὶ ὄμβριμον· οἷσιν Ἄρηος
Ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες· οὐδέ τι σῖτον 145
Ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κραταιφρονα θυμὸν,
Ἄπλατοι· μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν.
Τοῖς δ' ἐν χαλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος. 150
Καί τοι μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες
Βῆσαν ἐς ἀρρῶδιον δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο,
Νώνυμοι· θάνατος δὲ καὶ ἐσκαφέας περ ἐόντας
Εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.

Αὖτὰρ

131. Ἥβης μέτρον.] Vocat mediam ætatem, quæ Græcis ἀκμὴ dicitur.

135. Οὐδ' ἔρδειν.] Ἔρδειν, non rarò apud Græcos capitur pro ſacrificare, ut facere apud Latinos. Virgil. *Cum faciam vitula pro frugibus.*

137. Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε.] Significat propter impietatem & neglectam religionem mortuos eſſe: docetque ob id factum, ut non converterentur quidem in divinos ſpiritus, ut illi priores, ſed tamen eſſent beati, & ſub terra degerent.

140. Χθόνιοι.] Lege Ἐπιχθόνιοι.

142. Ζεὺς ὃ.] Tertium genus hominum æri comparat, immanè, ferox, & omnino Martium. fortaſſe Gigantes intelligit.

144. Ἐκ μελιάων.] Fingit natos ex arboribus, ut ſignificet duritiem & feritatem animorum, utpote qui toto impetu ad armorum & bellicorum inſtrumentorum uſum ferebantur.

145. Οὐδέ τι σῖτον.] Non frumentum

Cum vero adoleviſſet, & pubertatis terminum attigiſſet,
Pauxillum vivebant ad tempus, dolores habentes
Ob ſtultitias. injuriam enim pravam non poterant
A ſe mutuo abſtinere, neque Deos colere
Volebant, neque ſacrificare beatorum ſacris in aris,
Vt fas hominibus ex more. Hos quidem deinde
Iupiter Saturnius abſcondit iratus: quia honores
Non dabant beatis Diis, qui olympum habitant.
At poſtquam & hoc genus terra occultavit,
Hi quidem ſubterranei beati mortales vocantur
Secundi: ſed tamen honor etiam hos ſequitur.
Iupiter vero pater tertium aliud genus hominum
Æneum fecit, omnino argenteo diſſimile,
E fraxinis, vehemens & robuſtum: quibus Martis
Opera cura erant luctuoſa, ac injuria: neque ullum cibum
Edebant, ſed ex adamante habebant durum animum,
Feroces: magna vero vis & manus invicta
Ex humeris naſcebantur in validis membris.
His erant anea arma, aneaque domus:
Ære vero operabantur: nigrum enim nondum erat ferrum.
Et hi quidem manibus propriis interfecti,
Deſcenderunt amplam in domum frigidi inferni,
Ignobiles: mors vero, tametſi ſtupendi eſſent,
Invaſit atra, ſplendidumque liquerunt lumen ſolis.

Sed

---

mentum ederunt, ſed primi pecudes laniarunt, & carne veſci cœperunt, quod antea magnum nefas eſt creditum. Sic enim de bove aratore, ait Varro: *Ab hoc antiqui ita manus abſtineri voluerunt, ut capite ſancierint, ſi quis occidiſſet.* Et apud Homerum, cum ſocii Vlyſſis, boves Solis mactaſſe dicuntur, intelligi debent, boves aratores, quos violare, impietas erat.

146. Ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον.] Pulchra deſcriptio virium corporis eſt, & volebat ſignificare mirabilem duritiem in illorum animis fuiſſe, quod à civilibus diſcordiis, quæ florentiſſimas reſpublicas evertere ſolent, impias manus non cohibuerint.

149. Τοῖς δ' ὑπὸ &c.] Vidi Vett. codd. in quibus & ipſis ita ſcriptum eſſet: ſed quamvis paulò ante in ἔτια producatur α, ut producendum erit in τθύχια poſt σωίζηϛιν, credibile eſt tamen, Heſiodum τθύχη ſcripſiſſe.

152. Εὐεφύτλα.] Gataker mallet

Αὐτὰρ ἐπεὶ κὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον,
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι, προτέρη γενεὴ, κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ,
Τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηίδι γαίῃ,
Ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο·
Τοὺς δὴ καὶ νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
Εἰς Τροίην ἀγαγὼν, Ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο·
Ἔνθ' ἤτοι τοὺς μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε.
Τοῖς δ' ἀπὸ χωρὶς ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσας
Ζεὺς Κρονίδης κατέναστε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης.
Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς ἔτεος θάλλουσα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον· οὐδέ ποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου καὶ ὀιζύος, οὐδέ κ νύκτωρ

Φθειρό-

---

hoc verti, *situ obsitum* potius, quam *latum*.

155. Αὐτὰρ ἐπεὶ.] Iam ante dictum est, hoc consilio ætatum differentias recensèri, ut describeret Poëta, quomodo vitia hominum aucta sint.

158. Ἀνδρῶν.] Quartam ætatem Heroïcam appellat, quando Hercules, Iason & alii Argonautæ vixerunt, qui Heroës vocati sunt, quod virtute communi hominum naturæ præstarent: & semidei, vel quod altero tantum parente deo nati essent, vel quia in natura humana, virtute divina præditi essent.

161. Τοὺς μὲν ἐφ'.] Heroïca ætas continet Argonautas, & res gestas ad Thebas, & Trojanam historiam. Posteriora tantum tempora recensèt. Ἑπταπύλῳ.] Ad differentiam Thebarum Ægyptiarum, quæ dicebantur ἑκατόμπυλοι, & illarum quæ dictæ sunt ὑποπλάκιοι, à monte sub quo sitæ sunt in Cilicia.

162. Μήλων.] Id est, propter regnum ac potentiam: nam prisci reges pecoribus divitias suas metiebantur. Eteocles & Polynices filii Oedipi, monomachia de regno decertan-

Sed poſtquam & hoc genus terra operuit,
Rurſum aliud quartum in terra multorum altrice
Iupiter Saturnius fecit, juſtius & melius,
Virorum heroüm divinum genus, qui vocantur
Semidei, priori generatione, per immenſam terram.
Hos quoque bellumque malum & pugna gravis,
Alios quidem ad ſeptiportes Thebas, Cadmeam terram,
Perdidit pugnantes propter oves Oedipi;
Alios vero in navibus per ingentem maris vaſtitatem
Ad Trojam ducens, Helena gratia pulchricoma:
Vbi mors quoque circumdedit ipſos.
Iis autem ſeorſim ab hominibus victum & ſedem tribuens
Iupiter Saturnius pater conſtituit eos ad terra fines.
Et hi quidem habitant ſecurum animum habentes
In beatorum inſulis, juxta Oceanum profundum,
Felices heroës: his dulcem fructum
Ter quotannis florentem profert fœcunda tellus.
O utinam ego quinto non intereſſem
Hominum generi, ſed aut mortuus eſſem prius, aut poſtea natus.
Nunc enim genus eſt ferreum: neque unquam aut die
Quieſcent à labore & miſeria, aut nocte

Cor-

---

certantes, ambo mutuis vulneribus ſonciderunt.

169. Ἐν μακάρεσσι.] De Fortunatis inſulis vide Plinium lib. 6. c. 23. & Homerum Odyſſeæ δ'. Πρὸς Ὠκεανὸν βαθυδίνην. Heſiodus hoc libro injuſtitiæ pœnam conſtituit & Ὠκεανὸν, tanquam neceſſariam, à quo etiam juſtos ſeparat: quibus hoc præmium proponit, futurum, ut ne Oceano quidem opus habeant. Sicut enim ante ὀπιδυμίαν & τὸ ὀπιδυμιλικὸν, Oceanus ignotus erat, aut ſemotus: ita Heroum ἐν τοῖς μακάρεσσι animæ ultra Oceanum conſtituuntur, quod extra ὀπιδυμίαν ſint; qua qui carent, ῥᾳδίως ζώειν dicuntur.

171. Τοῖς τῆ ἔτος.] Elegantius Palatinus: Τοῖς ἔτεος, id eſt, πολλοῖς, inquit interpres. Et ſic τοὶς, infrà verſ. 594.

172. Μηκέτ'.] Deſcriptio poſtremæ & ferreæ ætatis, quæ moribus eſt peſſimis, impiis & depravatiſſimis, vitæque curſu calamitoſiſſimo. vox ὄφελον uſurpatur adverbialiter ſignificatione oprandi, & tamen formatur ut verbum, tribus perſonis.

Φθειρόμενοι· χαλεπὰς δ' ἦτοι δώσουσι μερίμνας.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσῃ καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.
Οὐδὲ πατὴρ παισὶν ὁμοίιος, οὐδὲ τι παῖδες, 180
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάροιθεν·
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ' ἐπέεσσι
Σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες. οὐδὲ μὰ οἵγε 185
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν,
Χειροδίκαι. ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει·
Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου,
Οὔτ' ἀγαθοῦ. μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν
Ἀνέρα τιμήσουσι. δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς 190
Οὐκ ἔσται. βλάψει δὲ ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα,
Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
Δυσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσῃ, συνοπάων.
Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης, 195
Λευκῇσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν,
Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον, καταλείποντ' ἀνθρώπους,
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. τοὶ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ

Θνητοῖς

---

181. Οὐδὲ ξεῖνος.] Eleganter hunc locũ expressit Ovid. lib. 1. Met.

— *Non hospes ab hospite tutus,*
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

184. Βάζοντ'.] Ita MS. Palat. Βάζοντε ἀντὶ τῦ Βάζοντες, dualis pro plurali, inquit Tzetzes. ut apud Homer.

Ὦ Λύκιοι, πόσε φεύγετον; αἰδὼς.
νωῒ θοοὶ ἔστε.

Alii, βάζοντες ἐπέεσσι, & ita legisse videtur Moschopulus: qui alias in grammaticis istis observationibus nimius est. alii ἔπεσσι.

185. Θεῶν ὄπιν.] Ὄπις Poëtæ usurpant pro intuitu, & præcipue Dei, & hominum in imperio constitutorum: hinc pro gubernatione divina: ex hoc pro metu, reverentia, & cultu. Hinc ergo illi erunt protervi, quia nulla reverentia erga Deum nec parentes præditi sint.

186. Γηράντεσσι.] Athenis capitale fuit, θρεπτήρια non persolvere parentibus.

187. Χειροδίκαι.] Violenti, quibus jus est in manibus, qui neque jus neque leges norunt.

189. Τὸν

Corrupti: graves vero Dii dabunt curas.
Sed tamen & hisce admiscebuntur bona malis.
Iupiter autem perdet etiam hoc genus varie loquentium hominum,
Postquam facti circa tempora cani fuerint.
Neque pater liberis similis, neque liberi patri,
Neque hospes hospiti, neque amicus amico,
Neque frater amicus erit, ut antehac:
Statim vero senescentes dehonorabunt parentes.
Incusabunt autem illos molestis alloquentes verbis
Impii, neque Deorum oculum veriti. neque hi sane
Senibus parentibus educationis pramia reddent,
Violenti. alter vero alterius civitatem diripiet:
Neque ulla pii gratia erit, neque justi,
Neque boni. magis vero malefícum & injurium
Virum colent. Iustitia vero in manibus & pudor
Non erit. Ladetque malus melíorem virum,
Verbis injustis alloquens, perjurium vero jurabit.
Livor autem homines miseros omnes
Malos rumores spargens, malis gaudens, comitabitur, invíso vultu.
Tum demum ad cœlum à terra spatiosa,
Candidis vestibus tecta corpus pulchrum,
Deorum ad familiam abierunt, relictis hominibus,
Pudor & Nemesis. relinquentur autem dolores graves

Mor-

---

189. Υ̓βριν.] Pro ὕβρισιν, ut Latinis *scelus* pro scelesto.

192. Ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖτας.] Vbi notandum est, non jungi præpositionem cum verbo, sed cum nomine: & licet ὅρκον scribatur, tanquam sit nomen per se, nullam tamen significationem, nisi cum ἐπὶ jungatur, habere. Est enim ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖτας, pro ὀμεῖτας δ' ἐπίορκον, ut infra vers. 280.

193. Ζῆλος.] Iam redit ad primam propositionem de litibus. Posteaquam vero præclare affectum invidiæ, epithetis suis descripsit, fingit Pudorem & Nemesim Deas, reliquisse terras, id est, nec pudore bonos absterreri amplius à turpitudine, neque improbos metu vindictæ. Nemesis enim hîc significat justitiam quæ ulciscitur malefacta flagitiosorum. Locus hic vere philosophicus etiam à Platone in Protagora tractatus fuit.

197. Ἴτον.] MS. Pal. Ἴτην.

Θνητοῖς ἀνθρώποισι. κακὴ δ' ὧδε ἔσσεται αἰεί.
Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω φρονέουσι καὶ αὐτοῖς.
Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,
Ὑψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων, ὀνύχεσσι μεμαρπώς.
Ἡ δ' ἐλεὸν, γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,
Μύρετο. τὴν δ' ὀγ' ἐπικραταίως προὸς μῦθον ἔειπε·
Δαιμονίη, τί λέλακας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων.
Τῆδ' εἰς, ἢ σ' ἂν ἐγὼ προφέρω, καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν.
Δεῖπνον δ' αἴκ' ἐθέλω ποιήσομαι, ἢὲ μεθήσω.
Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι προὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν·
Νίκης τε στέρεται, προὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.
Ὡς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, παναισίπτερος ὄρνις,
Ὦ Πέρση· σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε.
Ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ. οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
Ῥηϊδίως φερέμεν δυνάσεται, βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς,
Ἐσφάλη δ' ἄτῃσιν· ὁδὸς δ' ἐπὶ θάτερα πρεσθεῖν
Κρείσσων ἐς τὸ δίκαια· δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἔχει,
Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα· πατὴρ δέ τε νήπιος ἔγνω.
Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὄρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν.

Τῆς

---

199. Κακὴ δ' ὧδε ἔσσεται αἰεί.] Id est, in tantum malitia invalescet, ut planè nullum vel remedium vel auxilium hisce tantis malis exspectandum. (id enim αἰεὶ significat.) Et perspexerunt sapientes omnia in rebus humanis mala corrigi non posse, nec *jus civile corrigit omnia*. Multa enim toleranda & dissimulanda veniunt, non quod laudem mereantur; sed & quod sine maximo incommodo è medio tolli nequeant.

200. Νῦν δ' αἶνον.] Narrat apologum, quo notat potentiorum mores adversus inferiores. αἶνος fabulam ejusmodi significat quæ figurate & tecte contineat admonitionem seriam & gravem, & ex usu vitæ petitam. Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ'.] Propositio est. Tradam nunc præcepta Regibus & Magistratibus: & dicit Magistratum nil minus decere, quam vi grassari more bestiarum.

201. Ἀηδόνα.] Per Lusciniam intelligit doctos homines & sapientes. vocat hanc aviculam, ποικιλόδειρον, gutture vario, propter soni & vocis varietatem.

205. Δαιμονίη, τῆδ' εἰς.] Tyrannica vox, plane proverbialis, de alterius vita pro libidine statuentis. Quasi dicat, quantumvis justa sint ea quæ postules, tamen penes me est jus de te statuendi quid velim.

208. Ἄ-

Mortalibus hominibus. mali vero non erit remedium.
Sed nunc fabulam à brutis desumptam regibus narrabo quamvis ratione praditis.
Sic accipiter affatus est luscinium canoram,
Alte in nubibus ferens, unguibus correptam.
Illa vero misere, curvis confixa unguibus,
Lugebat. eam autem violento ille sermone allocutus est:
Infelix, quid strepis? habet te multo fortior.
Hac vadis, qua te duco, licet sis cantatrix.
Vtrum vero libet, vel epulabor te, vel dimittam.
Imprudens autem, quicunque velit cum potentioribus contendere:
Quippe victoria privatur, & præter convitia dolores patitur.
Sic ait velox accipiter, latis alis pradita avis,
O Persa: tu vero audi justitiam, neque injuriam fove.
Injuria enim perniciosa est misero homini. nam nec bonus
Facile ferre eam potest, gravaturque ab ipsa,
Quoties in damna incidit. Via vero altera perveniendi
Melior ad justa: Iustitia enim super injuriam valet,
Ad finem progressa: stultus vero cum malo suo discit:
Continuo enim sequitur perjurium injusta judicia.

Iusti-

---

208. Ἄφρον.] Epiphonema seu ἐπιμύθιον hujus fabulæ, quod monet non esse reluctandum potentioribus.

211. Ὦ Πέρση.] Primum præceptum, quo fratrem ad justitiam colendam, & injustitiam vitandam adhortatur. ὕβρις opponit justitiæ, quia pro injustitia universali hæc vox usurpatur: quamvis tamen sæpius accipiatur pro insolentia, quæ comitatur divitias.

215. Δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει.] Ratio præcepti est, quare sit satius sequi justitiam, quia ad bonum finem perduci non potest, si quis injuria afficiat alium. Nam ut veritas laborare non potest, extingui non potest, ita nec justitia. Atque hoc significare voluit, cum inquit, εἰς τέλος ἐλθεῖν. ἴσχειν verò est prævalere, obtinere.

216. Παθών.] Proverbialis locutio, quæ significat miserrimam esse prudentiam, quæ ex malis nostris perdiscitur.

217. Αὐτίκα.] Commoratur in collatione justitiæ & injustitiæ, ut hominibus metum incutiat, ne contra justitiam faciant. Per ὅρκον intelligit omnem fidei violationem: per δίκας σκολιὰς, lites iniquas, quæ falso intenduntur per calumnias & fraudes.

Τῆς ᾗ Δίκης ῥόθος ἑλκομένης ἢ κ' ἄνδρες ἄγωσι
Δωροφάγοι, σκολιῇσι ᾗ δίκαις κρίνωσι θέμιστας.
Ἣ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν τε ᾗ ἤθεα λαῶν,
Ἠέρα εἰσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
Οἵ τέ μιν ἐξελάσωσι, ᾗ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.
Οἱ ᾗ δίκας ξείνοισι ᾗ ἐνδήμοισι δίδῶσιν
Ἰθείας, ᾗ μή τι παρεκβαίνωσι δικαίης,
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθοῦσιν ἐν αὐτῇ·
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς,
Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
Οὐδ' ἄτη· θαλίης ᾗ μεμέληται ἔργα νέμονται.
Τοῖσι φέρῃ μὲν γαῖα πολὺν βίον· ὄρεσι ᾗ δρῦς
Ἄκρη μέν τε φέρῃ βαλάνους, μέση ᾗ μελίσσας·
Εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι·
Τίκτωσιν ᾗ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν·
Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
Νίσονται· καρπὸν ᾗ φέρῃ ζείδωρος ἄρουρα.
Οἷς δ' ὕβριες τε μέμηλε κακαὶ, ᾗ σχέτλια ἔργα,
Τοῖσδε δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.
Πολλάκι ᾗ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνῃ, ᾗ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
Λιμὸν ὁμοῦ ᾗ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι ᾗ λαοί·
Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν· μινύθουσι ᾗ οἶκοι,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου. ἄλλοτε δ' αὖτε
Ἢ τῶγε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν, ἢ τόγε τεῖχος,

Ἢ νέας

218. Ῥόθος.] Tractus violentus, quo justitia ducitur coacta, pro fraudibus accusantium, & judicum

220. Ἣ δ' ἕπεται.] Subintelligendum fortassis κακὰ ἤθεα, id est, cœtus, conventus, statuta, & alia prava quæ sunt in consuetudine civili.

223. Οἱ ᾗ δίκας.] Eruditissime insignia justitiæ præmia & commoda enumerat. Eadem fere recensèt Homerus in clypeo Achillis.

229. Θαλίης.] Vterque codex Palatinus.

236. Οἷς δ' ὕβρις.] Antithesi quadam confert injustorum pœnas ad præmia justorum. Sunt autem omnia illa nata ex legibus naturæ; quia recta ratio dictat, sceleratis & flagitiosis hominibus nullum malum

Iustitia vero strepitus excitatur tracta quocunque homines duxerint
Donivori, pravisque iudiciis iudicarint causas.
Hæc vero sequitur deflens urbemque & mores populorum,
Caligine involuta, malum hominibus adferens,
Quique ipsum expellunt, neque recte distribuunt.
At qui jura tam hospitibus quam popularibus dant
Recta, neque à justo quicquam exorbitant,
Iis viget urbs, populique florent in ipsa:
Pax vero per terram alma, neque unquam ipsis
Molestum bellum parat late cernens Iupiter,
Nec umquam justos inter homines fames versatur,
Neque noxa: in convivüis autem partis opibus fruuntur.
Fert quippe iis terra multum victum: in montibus vero quercus
Summa quidem fert glandes, media vero apes:
Lanigeræ autem oves velleribus onustæ sunt:
Pariunt verò mulieres similes parentibus liberos:
Florentque bonis perpetuo: neque navibus
Navigant: fructum vero profert fœcundus ager.
Quibus vero injuria mala cura est, pravaque opera,
Iis pœnam Saturnius parat late cernens Iupiter.
Sæpeque universa civitas malum ob virum punitur,
Qui peccat, & iniqua machinatur.
Illis autem calitus magnum adduxit malum Saturnius,
Famem simul & pestem: intereunt vero populi;
Neque mulieres pariunt; decrescuntque familiæ,
Iovis Olympii consilio. interdum vero rursus
Aut horum exercitum ingentem perdidit, aut murum,

Aut

---

lum fore impunitum, & mala non esse committenda.

238. Πολλάκι.] Hæc sententia totidem fere verbis est in Ecclesiaste: *Sæpe universa civitas mali viri pœnam luit.* Ἐπαυρεῖν, dicitur luere peccata. Ἐπαυρεῖ] Apud Æschinem in oratione adversus Cresiphontem legitur ἀπούρας. Eustathius item in lib. a. Iliad. legit, docens, Homerum ἐπαυρεῖν ponere pro eodem, ubi dicit, ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος. Tzetzes quoque, & ver. cod Palatinus, ut & Eustathius, ἀπούρας scribunt.

241. Λιμὸν ὁμῶς καὶ λοιμόν.] Poëtæ constanter observarunt, semper pestilitatem sequi caritatem annonæ.

244. Ἢ τῶνγε.] Hæc & similia procul dubio ab Hebræis & doctrina Mosis & Prophetarum desumpta

Ἢ νέας ἐν πόντῳ Κρονίδης ἀποπίνυται αὐτῶν.
Ὦ βασιλῆες, ὑμεῖς ἢ καλαφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
Τὴνδε δίκην. ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
Ἀθάνατοι λάσσονται, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
Ἀλλήλους τείβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι Ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων·
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα εἰματόεντες, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
Ἥ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι,
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἀδίκην νόον· ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοέοντες
Ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.
Ταῦτα φυλασσόμενοι, βασιλῆες, ἰθύνετε μύθους,
Δωροφάγοι, σκολιῶν ἢ δικέων ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε.
Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων·
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας,
Καί νυ τάδ', αἴκ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται· οὐδέ ἑ λήθει
Οἵη δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.
Νῦν ἢ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ κακὸν, ἄνδρα δίκαιον

Ἐ μμει-

---

sumpta sunt, apud quos crebræ sunt hujusmodi comminationes.

249. Τείβεσι.] Emphasis hujus vocis significat ejusmodi odio inter se mutuo exasperari homines, ut potentior impotentiorem plane conterat, & ad nihilum redigat.

254. Ἥ δέ τε παρθένος.] Facit nunc prosopopœiam, cum fingit justitiam sedere juxta Iovem, atque illum adhortari, ut justis det præmia, de sceleratis verò sumat pœnas.

259. Βασιλήων.] Synizesis τῶ ῃ καὶ τὸ ω. in Palat. supra ῃ adscriptum erat ε.

261. Ταῦτα φυλασσόμενοι.] Apostrophe ad judices, ut rectè judicent; neque frustra est quod hæc sæpius iterando inculcat. Nam eam esse humanæ mentis malitiam, ut difficillimè ad ea quæ recta sunt, feratur, omnes passim viri sapientes viderunt. Et subjecit gnomas aliquot, quas dubium non est, ex legibus naturæ,

Aut naves in ponto Saturnius punit ipſorum.
O reges, vos autem conſiderate etiam ipſi
Iuſtitiam hanc. prope enim inter homines verſantes
Dii vident, quotquot pravis judiciis
Se mutuo atterunt, nullam Deorum reverentiam curantes.
Ter enim decies mille ſunt in terra multorum altrice,
Dii Iovis, cuſtodes mortalium hominum:
Qui judicia obſervant, & prava opera,
Caligine involuti, paſſim oberrantes per terram.
Virgo autem eſt Iuſtitia, Iove prognata,
Claraque & veneranda Diis qui cœlum habitant.
Et certe, cum quis ipſam laſerit, injuſte conviciando,
Statim apud Iovem patrem conſidens Saturnium,
Conqueritur hominum iniquam mentem: ut luat
Populus peccata regum, qui prava cogitantes
Alio deflectunt judicia, injuſte ſententiam pronuntiantes.
Hac caventes, ô reges, corrigite ea quæ dicitis,
Donivori, injuſtorumque judiciorum prorſus oblivi ſcamini.
Sibi ipſi mala fabricatur vir, alii mala fabricans:
Malumque conſilium ei qui concepit, peſſimum.
Omnia videns Iovis oculus, omniaque intelligens,
Et hæc (ſiquidem vult) inſpicit: neque ipſum latet
Qualenam hoc quoque judicium civitas intus exerceat.
Ego porro nec ipſe nunc inter homines juſtus
Sim, nec meus filius: quando malum eſt, juſtum

Eſſe:

---

turæ, tanquam ex fonte promanaſſe. Ταῦτα.] Principes dehortatur ab injuſtitia, tribus peculiaribus argumentis, quorum primum eſt

263. Οἱ αὐτῷ.] Quæ ſententia mire convenit cum iſta,

Incidit in foveam quam fecit.

Alterum, v. 22. à prudentia & animadverſione divina. Tertium, v. 24. ab abſurdo, & indignitate rei.

268. Νῦν ὃ ἐγὼ μήτ', &c.] Ἄτοπον argumentum, id eſt, ab abſurdo, quaſi dicat, nihil referret quales eſſemus, ſi non eſſent conſtitutæ pœnæ & præmia. Atqui ſunt pœnæ & præmia. Itaque multum refert. In vulg. edit. Νῦν δ' ἐγὼ] Quo errore deceptus Ceporinus, putat in ἐγὼ litteram ſ, miniſterio δ' adjutam produci. Idem verò ex multis aliis mendis, quæ in vulg. Heſiodi editionibus habentur, regulas colligit falſas.

Ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκλω ἀδικώτερος ἔξῃ.
Ἀλλὰ τάχ' ἂν πως ἔολπα τελεῖν Διὶ τερπικέραυνον.
Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων.
Ἰχθύσι μὲν κὴν θηρσὶ κὴν οἰωνοῖς πτερόεσσιν,
Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκλω, ἣ πολὺ φέρτη
Γίνεται. εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
Γινώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς·
Ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
Ψεύσεται, ὃς δὴ δίκλω βλάψας, νήκεστον ἀάσθη,
Τοῦδέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται·
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.
Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση.
Τὴν μέν τοι κακότητα κὴ ἱλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὁλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ κὴ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη οἱ ἔπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα.
Οὗτος μὲν παναέριος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,

Φράσσα-

272. Ὦ Πέρση.] Denuo fratrem ad juſtitiam colendam adhortatur, argumento ſumpto à natura hominis.

273. Καί νυ δίκης, &c.] Dicit, hominibus quaſdam ſententias eſſe inſitas, ſeu divinitus inſcriptas in animis, quæ doceant nos recta: in beſtiis non ſunt ejuſmodi ſententiæ, quæ indicent, quid ſit faciendum.

282. Ἀμαυροτέρη γενεή.] Poſteritas quæ propemodum obliteratur. Neque enim tantum ſumitur ſupplicium de ipſo; ſed de ipſius etiam liberis: nam illi poſtea deterius habebunt.

284. Σοὶ δ'.] In ſequentibus Poëta laboris & induſtriæ fructus, incommoda vero & opprobria ignaviæ, variis argumentis declarat. Hortatur ergo ad laborem, & ita eum proponit, ut ſit conjunctus cum virtute & juſtitia. Eſtque egregia hæc ſententia: *Mala, & improbitas, ubique pro foribus ſunt.*

285. Κακότητα.] Hic pro malo interno accipitur.

287. Τῆς δ'.] Argumentum à natura

Esse, siquidem plus juris injustior habebit.
Sed hac nondum arbitror facturum Iovem fulmine gaudentem.
O Persa, caterum tu hac in animo tuo repone,
Et justitia quidem animum adjice, violentia vero oblivisce prorsus.
Namque hanc hominibus legem posuit Saturnius.
Piscibus quidem & feris & avibus volucribus,
Se mutuo ut devorent, quandoquidem justitia carent.
Hominibus autem dedit justitiam, qua multo optima
Est. Si quis enim velit justa in publico dicere
Qua novit, ei opes largitur late videns Iupiter:
Qui vero testimoniis volens perjurium jurando
Mentietur, adversus justitiam delinquens, immedicabiliter laditur,
Atque ejus obscurior posteritas postea relinquitur:
Viri autem justi generatio apud posteros præstantior.
Caterum tibi ego bene cupiens dicam, stultissime Persa.
Malitiam quidem cumulatim etiam capere
Facile est: brevis quippe via est, & in proximo habitat.
Ante virtutem vero sudorem Dii posuerunt
Immortales. longa vero atque ardua via est ad ipsam,
Primumque aspera: ubi vero ad summum ventum fuerit,
Facilis deinceps est, quantumvis difficilis fuerit.
Ille quidem optimus est, qui sibi ipsi per omnia sapit,

Cogi-

---

natura virtutis. Ita enim laborem proponit, ut conjungat cum virtute & justitia. Hunc locum imitatus est, qui literam Pythagoræ descripsit.

288. Μακρὸς ὁ καὶ ἔρθιος οἶμος.] Oportet enim, ut quod justum est, simplex, planum & perspicuum sit. Nam & veritatis oratio simplex est, & rectum sibi per omnia constat.

289. Εἰς ἄκρον ἵκηται.] Duplex lectio est. Sunt enim qui ἵκηαι: sunt qui ἵκηται legant. Quodsi legas ἵκηται, tunc impersonaliter erit exponendum.

291. Οὗτος.] Tria hominum genera describit. Livius in Fabio & Minucio hunc locum pene ad verbum expressit: Sæpe ego audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quod in rem sit: secundum, eum, qui bene monenti obediat: Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse.

296. Ἀλλὰ

Φράσσαιμθ. τά κ' ἔπειτα νὴ ἐς πλοῦτον ἤσιν ἀμείνων.
Εὖ θλὸς δὴ αὖ κἀκεῖνος, ὃς ἀμφὶ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁδ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ. 295
Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς
Ἔργάζου, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρά σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δ' ἐὐστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὸν πίμπλησι καλιήν.
Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί. 300
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, νὴ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κηθέεσσιν ἴκελος ὁρμήν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ
Ἔδμεναι· σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔσσω μέτρια κοσμεῖν,
Ὡς κέ τοι ὡραίης βιότου πλήθωσι καλιαί. 305
Ἐξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.
Καί τ' ἐργαζόμενον, πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
Ἔσσεαι ἠδὲ βροτοῖς. μάλα γὰρ στυγέουσιν ἀεργούς.
Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς 310
Πλουτεύνδ'· τῷ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.
Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα. τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον,
Εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυμὸν
Εἰς ἔργον τρέψας, μελετᾷς βίον ὥς σε κελεύω.
Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει· 315

Αἰδὼς

---

296. Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης, &c.] Hæc demum eſt de labore propoſitio. Labora, ut poſſis effugere famem. Et argumentatur à locis honeſtatis, quod & Diis & hominibus ſint cari homines ſolertes. Oderunt autem Dii ignavos. Addidit quoque ſimilitudinem, qua vitam inertium fucis comparat.

298. Φιλέῃ ὃ ἐὐστέφανος.] Alii: δέ σ' ἐὐστέφανος.

302. Κοθούροις.] Κόθυρος, à κεύθω, abſcondo, & οὐρά, cauda, quod aculeum non exerant fuci, vel propter ignaviam, vel quia non habeant; fucorum enim alii aculeos habent, alii non, ut Plato docet.

304. Σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔσσω μέτρια κοσμεῖν.] Philoſophi ſæpe μέτριον dicunt, id quod in unaquaque re bona maximum eſt. Sic & apud Platonem μετρίως λέγειν, ubique eſt optime & veriſſime dicere: μέτριον σοφίης, multum ſapientiæ. Id enim quod

Cogitans quæcunque dein & ad finem usque sint meliora.
Sed & ille bonus est, qui bene monenti paruerit.
Qui vero nec sibi sapit, neque alium audiens
Id in animum admittit, ille contra homo inutilis est.
Verum tu nostri semper præcepti memor,
Operare, ô Persa, divinum genus, ut te fames
Oderit, amet autem pulchre coronata Ceres
Veneranda, victuque tuam impleat casam.
Fames namque semper ignavo comes est viro.
Atque eundem & Dii oderunt, & homines, quicunque otiosus
Vivit, fucis aculeo carentibus similis studio,
Qui apum laborem absumunt ociosi
Vorantes: tibi vero opera mediocria obire gratum sit,
Vt tibi tempestivo victu impleantur horrea.
Ex laboribus autem viri evadunt pecorosi & opulenti.
Et laborans, multo etiam carior jam immortalibus
Eris ac hominibus. valde enim oderunt ociosos.
Operari autem non est dedecus, sed ignavia dedecus est.
Quodsi laboraveris, mox te æmulabitur & otiosus
Ditescentem: divitias vero virtus & gloria comitatur.
Deo autem similis fueris. Laborare inquam melius,
Si quidem ab alienis facultatibus stolidum animum
Ad opus convertens, de victu sis sollicitus sicut te jubeo.
Pudor autem non bonus indigentem virum tenet:

Pudor

---

quod optimum est, extra mediocritatem esse non potest, quia alias ad vitium deflecteret.

309. Ἔργον.] Est occupatio contra fratris & multorum stultam opinionem.

312. Δαίμονι.] Occurrit objectioni de paupertate.

313. Ἀσπάρνα θυμόν.] Hesychius μαλακόφρονα exponit, ὀκνίας ἔχων τὰς φρένας.

315. Αἰδὼς.] Occupatio item est, non esse turpe laborare, præsertim egenti. Citatur hic versus proverbialiter, mendicos debere esse impudentes: verum hæc neutiquam Hesiodi sententia est. Est enim duplex verecundia. Prodest in loco pudor: obest, si eo ignaviam nostram prætexamus. Pudorem ergo inertium improbat, quos vocat Virgil. *Degeneres animos*. Hunc versum, sicut & proximè sequentem, ex Homero insertum esse, Plutarchi testimonio confirmat Proclus. Priorem Odyss. ρ. posteriorem Il. ω.

317. Ἀγρο-

Αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.
Αἰδὼς τοι κακὸς ἀνολβίη, θάρσος δ' ἐσθλὸς ὄλβῳ.
Χρήματα δ' οὐχ' ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης λήϊσεται, (οἷά τε πολλὰ
Γίνεται, οὐδ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων, αἰδὼ δέ τ' ἀναιδείη καθυπαίζῃ)
Ῥεῖά τ' ἐμὲν μαύρωσι θεοὶ, μινύθουσι δ' ὀπηδεῖ.
Ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.
Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ·
Ὅς τε κασιγνήτοιο ἔῃ ἀνὰ δίμνια βαίνοι
Κρυπτάδιος δούνῃς ἀλόχου, σφῶϊν κακίεια ῥέζων·
Ὅς τέ τοῦ ἀφραδίῃς ἀλιθαίνεται ὀρφανὰ τέκνα·
Ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
Νείκεϊ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δ' ὀπίσσω
Ἔργων αἶψ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπίθηκεν ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ σὺ τῆ μὲ πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμὸν,
Καδδώσαμιν δ' ἔρδειν ἱερὰ μακάρτοισι θεοῖσιν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καῖειν·
Ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θύεσσί τε ἱλάσκεσθαι,
Ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ·
Ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν·

Ὄφρ'

---

317. Ἀνολζίη.] Vet. Palat. Θάρσος δ' ὠφελὲς ὄλβον. in altero tamen dandi casu.

318. Χρήματα δ' οὐχ' ἁρπακτά.] Est in omnium ore hæc sententia: *Male parta, male dilabuntur:* honestè parta durant apud hæredes.

319. Εἰ γάρ τις.] Duo genera injuriæ facit. Sunt qui alienas facultates vi rapiant. Alii per fraudem & perjuria ditescere cupiunt.

323. Ῥεῖά τ' ἐμὲν μαύρωσι.] Validissimum argumentum est, quo absterrentur homines à malefactis, videlicet metu pœnarum.

324. Παύρον.] *Male partum, male disperit.* Et, *De male quæsitis non gaudet tertius hæres.*

325. Ἶσον.] Supplicem antiquitus nefas erat non solum lædere, sed & ope privare. Ius etiam hospitii sacrosanctum habebatur: unde Iupiter ξενίου. Sequitur catalogus præceptorum de variis officiis.

328. Ὅς

Pudor qui viros valde & ladit & juvat.
Pudor quidem paupertati adsit, audacia vero divitiis.
Opes vero non rapienda: divinitus enim data, multo meliores.
Si quis namque & manibus per vim magnas opes traxerit,
Aut lingua spoliarit, (qualia multa
Fiunt, quam primum lucri amor mentem deceperit
Hominum: pudorem vero impudentia expulerit)
Facile & illum obscurant Dii, minuuntur vero familia
Viro illi: exiguum vero ad tempus divitiæ adsunt.
Par est delictum, si quis supplicem & hospitem malo afficiat:
Quique fratris sui cubilia ascenderit,
Secreti causa lecti uxoris, scelerata patrans:
Quique mala cujuspiam fraude deceperit orphanos liberos:
Quique parentem senem misero in senecta limine
Probris affecerit, gravibus incessens verbis:
Huic certe Iupiter irascitur. ad extremum vero
Pro operibus iniquis gravem exhibet talionem.
Verum tu quidem ab his omnino cohibe stultum animum.
Pro virili autem sacra facito immortalibus Diis
Caste & pure, splendidaque femora adurito.
Interdum certe libaminibus atque hostiis placa,
Et quando cubitum ieris, & quando matutinum tempus venerit;
Vt benevolum erga te cor atque animum habeant;

Vt

328. Ὅς τέ τιν' ἀτεμβόμενος.] Et sacra scriptura horrendum supplicium iis minatur, qui pueros lædunt. Est enim alioqui ea ætas obnoxia malo. Bis autem peccant, qui lædunt orphanos. Ἀλιτραίνειν.] In v. Pal. in alio ἀλιταίνων.

329. Κακὸν ἐπὶ γήραος οὐδῷ.] Antithesi quadam, præcepta decalogi refert. Nam cum in decalogo doceamur, parentes esse honorandos, eamque ob causam addita sit promissio: nihil præcipitur hic aliud, quam non esse contumelia & probris afficiendos. Est autem elegans metaphora, ἐπὶ γήραος οὐδῷ, id est, in limine senectæ, pro extrema senecta.

334. Καὶ δ' ὠὰ μῆρα.] Præceptum de cultu divino. Primus est, hostiarum femora pinguedine obducta cremare Secundus, libare, cum vinum effunditur. Tertius, suffitum facere.

Ὄφρ' ἄλλων ωὐῆ κλῆρον, μὴ ἅψ τεὸν ἄμμε.
Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.
Τὸν ϑ' μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέϑεν ἐγγύϑι ναίει.
Εἰ γάρ τοι κἠ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσανϑο ϑ' ὁπλοτέρω.
Πῆμα κακὸς γείτων; ὅσσον τ' ἀγαϑὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσϑαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δυνηαι·
Ὡς ἂν χρηίζῃς, καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἀτίζειν.
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.
Καὶ δόμῳ ὄσκεν δοῦναι, καὶ μὴ δόμῳ ὄσκεν μὴ δοῦναι.
Δώτην μιν τις ἔδωκεν, ἀδώτην δ' ὄτις ἔδωκεν.
Δῶς ἀγαθῇ, ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δότειρα.
Ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὄγε καὶ μέγα δῴη,
Χαίρῃ τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.
Ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται, ἀναιδείῃφι πιθήσας,
Καί τε σμικρὸν ἐὸν, τότ' ἐπάχνωσεν φίλον κῆρ.
Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Ὃς

339. Ὄφρ' ἄλλων ωὐῆ κλῆρον.] Hoc est, ut aliorum juves rem familiarem, possessionem, &c.

340. Τὸν φιλέοντ', &c.] Adjicit quædam præcepta liberalitatis, sed tamen alieniora à primis illis justitiæ gradibus. Sic & Cicero in Officiis facit.

341. Τὸν ϑ' μάλιστα καλεῖν, &c.] Admonet, vicinum studiosè colendum esse. Cum enim tota nostra vita ad societatem comparata sit, nemo ignorat quam ingens bonum sit, bonum habere vicinum. Nec poëta hanc sententiam temerè multis rationibus amplificat, ubi vicinorum & cognatorum sedulitatem in negotiis obeundis, & officiis præstandis ita confert, ut quam longissimè cognatos, si opus sit alieno auxilio, vicini antecellant.

342. Εἰ γάρ.] Hoc intelligendum de difficultatibus insuetis & improvisis. Ἐγχώριον ἄλλο.] Elegantissimum est illud ἄλλο: quo hoc loco ea ratione usus est, qua frequenter scriptores Attici τῷ ἄλλως.

343. Ἄζω-

Vt aliorum emas ſortem, non tuam alius.
Amicum ad convivium vocato, inimicum vero relinque.
Eum vero potiſſimum vocato, quicunque te prope habitat.
Si enim res aliqua fortuita eveniat,
Vicini diſcincti accurrunt, cinguntur autem cognati.
Noxa tam magna eſt malus vicinus, quantum bonus commodum.
Nactus eſt rem bonam, quicunque nactus eſt vicinum bonum.
Neque bos interierit, niſi vicinus malus ſit.
Recta quidem menſura à vicino mutuum accipe, rectaque reddè,
Eadem menſura, & amplius, ſi quidem poſſis:
Vt indigens, etiam in poſterum promptum invenias.
Ne mala lucra captes: mala lucra æqualia damnis.
Amantem te ama, & juvantem te juva.
Et da ei qui dederit, neque da qui non dederit.
Datori namque eſt qui dat, non danti vero nemo dat.
Donatio bona, rapina vero mala atque lethifera.
Quicunque etenim vir ſponte ſua dat, etſi multum dederit;
Gaudet donando, & delectatur ſuo in animo.
Qui vero ipſe rapuerit, impudentia fretus,
Quamvis id ſit exiguum, tamen conſtringit earum animum.
Siquidem enim parvum parvo addideris,
Et frequenter iſtud feceris, mox magnum & hoc evaſerit.

Qui

---

343. Ἄζωστοι.] Id eſt, ſine mora. Affines autem cunctantius adſunt, & non tam prompte.

345. Τιμῆς.] Id eſt, famam, honorem.

347. Εὖ μέν.] De gratitudine præcipit in referendo beneficio. Μετρεῖσθαι, dimenſum accipere, vel mutuo.

354. Δὸς ἀγαθῇ, &c.] Liberalitatis præceptum eſt. Quamquam autem nullæ leges cogant hominem ad liberalitatem præſtandam, ipſa tamen humanitas obtinet & cogit nos, ut benefaciamus bonis viris, & communem ſocietatem juvemus.

359. Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν.] Ad multa utilis erit hæc ſententia. Verum non ineptè ad ſtudia literarum referri queat. Commendat autem nobis diligentiam & aſſiduitatem. Eſt enim jucundum præſenti copia frui, & ſemper aliquid habere præ manu. Ἐπὶ σμικρῷ.] Malim cum vet. & recentiore Palatin. quum apud Platonem & Plutarchum ita legatur.

Ὃς δ' ἐπ' ἠόνι φέρῃ, ὃδ' ἀλύξεται αἶθοπα λιμόν.
Οὐδὲ τόγ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδῃ.
Οἶκοι βέλτερον εἶναι ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.
Ἐσθλὸν μέν, παρεόντ' ἐλέαιρ· πῆμα δ' ἤμωρ,
Χρήιζειν ἀπεόντ', ἄ σε φρεσὶν ἄνωγα.
Ἀρχομένῳ δ' πίθι καὶ λήγοντι κορέσαι,
Μέσσῳ φειδέαι· δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ.
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἅρκιος ἔστω.
Καί τε καὶ συγγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Πίστις δ' ἀνδράσιν οὐμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Μηδὲ γυνή σε νόον τυγεροῦλον ἐξαπατάτω,
Αἰμύλα κωτίλλουσα, τελὼ δίφωτα καλιεύ.
Ὃς δ' γυναικὶ πέποιθε, πέπιθ' ὅγε φιλήτῃσι.
Μισοκερδὴς δ' πόλις σώζοι πατρώιον οἶκον
Φερβόμενος· ὡς γὰρ κάρτιστον ἀέξεται ἐν μεγάροισι.
Γηραιὸς δ' ἥνοις ἕτερον παῖδ' ἐκκαλέεσθαι.
Ῥεῖα δέ κεν πολέεσσι πόροι Ζεὺς ἄφενος ἦλθον.
Πλείων μὲν πολέων μελέτη μείζων δ' ἐπιθήκη·
Σοὶ δ' εἰ πολὺ θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ἧσιν,
Ὧδ' ἔρδειν. ἔργον δ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.

B 1

361. Αἶθοπα λιμόν.] Sic vocat famem ab effectu, quod nigrum aut luridum colorem inducat.

366. Ἀρχομένῳ.] Extrema liberalitatis fugienda monet, ut neque sis prodigus, neque sordidus. Vinum in summo tenuius est, quod sit proximum aëri: in imo fæculentum est: in medio autem purum. Ergo in medio probatur parsimonia.

367. Δειλὴ.] Proverbium in eos qui omissis demum occasionibus incipiunt sapere. Δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ. Alii legunt δείη. Sed sicut Poëtis δειλότερον μὴ πλοιαρμῦ l'avarice est δειλότερον: sic δειλὸν μὴ συλλοπῆς, idem est, quod *servum*.

368. Μισθὸς δ' ἀνδρὶ.] Mercenarios benigne tractandos dicit; mercedemque sufficientem solvendam iis, quos conduxisti; ita illi vicissim operam dabunt, ut respondeant in laborando.

369. Καί τε.] Non temere ulli fidendum monet, ita ut etiam cum fratre jocans, testem adhibeas. Vel, secundum quosdam, ut etiam cum fratre caute agas, fide quadam interposita, non aperte quidem, sed quasi per jocum, sine offensione fratris,

Qui vero partis adjicit, is vitabit atram famem.
Neque vero quod domi repositum est, virum ladit.
Domi melius esse: quoniam noxium quod foris est.
Bonum quidem, de praesenti capere: noxa vero, animo
Egere absente: id quod te cogitare jubeo.
Incipiente vero dolio & desinente, saturato te,
Medio parce: sera vero in fundo parcimonia.
Merces autem viro amico constituta sufficiens esto.
Etiam cum fratre ludens, testem adhibeto.
Credulitas pariter ac diffidentia perdunt homines.
Ne vero mulier te animo nates succincta decipiat,
Blande garriens, tuum inquirens tugurium.
Qui namque mulieri confidit, confidit is furibus.
Vnicus vero filius servarit paternam domum
Pascendo: ita enim opulentia crescet in aedibus.
Senex autem moriaris, alium filium relinquens.
Facile vero & pluribus praebuerit Iupiter ingentes opes.
Major autem pluritm cura, major quoque accessio.
Tibi vero si opes animus appetit intra sese,
Sic facito. operamque opera subinde addito.

LIBER

---

fratris, & aliqua diffidentiæ tuæ indicatione.

371. Πυγοστόλος.] De meretrice intelligit, quæ immodicæ elegantiæ cultus sit dedita.

374. Μυνοχωὴς ὃ παῖς σαόφρων.] Eo admonemur, juxta vetus proverbium: *Oculo domini saginari equum.*

375. Φερέμβιος.] Pueri φερέμβιοι dicuntur, dum in tenera illa ætate sunt, qua crescunt, nutriunturque, ut & βόσκιοι. Tum Heinsius vult, ut sequens versus huic anteponatur.

376. Γηροβοσκὸς ὃ θαμινός.] Duplex sensus horum versuum. Prior ratio est, quo major liberorum grex relinquitur, hoc felicius procedere rem familiarem. Altera est, quod res domestica non unius tantum opera potest augeri. Si quidem *unus vir, nullus vir*, ut habet proverbium.

379. Σοὶ δ'.] Conclusio generalis, vel προτρεπτικὴ ad doctrinam sequentis libri. Assiduitate ditesces, inquit, sis sedulus in opere tuo: *Gutta enim cavat lapidem, non vi, sed sape cadendo.*

BIBLION β'.

Nescio quo judicio vulgatæ editiones hunc librum secundum Hesiodi constituant; quum si hîc sit initium secundi, illud Ἦμαρ δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος, tertii initium esse oporteat: quod tamen illæ dicere ausæ non sunt, licet & hanc partem à præcedentibus distinguentes. Stephanus certè considerans titulum hujus opusculi esse Ἔργα καὶ ἡμέραι, & ita in duas tantum partes esse divisum; illis editionibus assentire non potuit, quæ librum secundum hinc incipere volunt; (nam alioquin tres esse libros necessarios

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων,
Ἄρχεσθ' ἀμήτου, δρέπεσθαι δ' ὁπότε ξίφος ὀξύνειν.
Αἱ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα πεντήκοντα
Κεκρύφαται· αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
Φαίνονται, πρῶτα χαραδρομένοιο σιδήρου.
Οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης
Ἔγγυθι ναιετάουσ', οἵ τ' ἄγκεα βησσήεντα
Πόλλ' ὑλήεντ' ἐνέπουσι, λιπαρὸν πίονα χῶρον
Ναίουσιν. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι, εἴ κ' ὥρια πάντ' ἐθέλῃσθα
Ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος· ὡς τοι ἕκαστα
Ὥρῃ' ἀέξηται, μή πως τὸ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.

Ὡς

In II. Librum.

381. Πληϊάδων.] Hic secundus liber continet præcepta de agricultura & administratione rei familiaris. Hoc autem loco primum per ortum & occasum Pleiadum ostenditur tempus messis & arationis, tam pro locis maritimis, quam à mari remotis. Sunt autem Pleiades, septem stellæ in tergo Tauri. Latini Vergilias vocant. Siderum autem ortum & occasum tribus modis advertit agricola. Quod Soli orienti cooritur cooccidítque, κοσμικῶς oriri vel cadere dicitur. Quod Soli occidenti, ἑωϊκῶς. Quod autem Solis adventu abitúve occultatur aut emergit, ἡλιακῶς. Quando igitur Pleiades mane ante Solis ortum conspiciuntur, quod fit mense Junio, messem inchoari vult. Quando autem mane sub terram descendunt (quod fit mense Novembri) arationis tempus adesse dicit.

383. Αἱ δή.] Occultantur 40 dies &

LIBER II.

neceſſe foret) ſed ſatis eſſe putavit, ſi litteris majuſculis oſtenderet, poëtam ad alterum prioris libri membrum tranſire. Quum enim hortatus antea ſit fratrem ad ſuſcipiendos labores, præſertim ruſticos, (multa interim ſalubria ad inſtituendam vitam conſilia admiſcens) nunc de iis & in tempore, & certa arte ſuſcipiendis præcepta tradit: adeo ut quæ præcedunt ad hunc uſque locum, veluti præfationis cujuſdam vicem obtinere videri poſſint. *Steph.*

Pleiadibus Atlante natis exorientibus,
Incipe meſſem; arationem vero, occidentibus.
Hæ quidem noctesque & dies quadraginta
Latent: rurſum vero circumvolvente ſe anno
Apparent, primum ut acuitur ferrum.
Hæc utique arvorum eſt regula, quique mare
Prope habitant, quique valles flexuoſas
Mari fluctuante procul pinguem regionem
Habitant. Nudus ſerito, nudusque arato,
Nudus quoque metito, ſi quidem tempeſtiva omnia voles
Opera ferre Cereris: ut tibi ſingula
Tempeſtiva creſcant, ne quando interim egens
Mendices ad alienas domos, nihilque efficias.

Sicut

& noctes propter vicinitatem Solis, Taurum & Geminos peragrantis: quod eſt à Maio uſque ad Iunium. Poſt menſes ergo duos manè cernuntur, ubi longius jam Sol diſceſſerit à Tauro. Deinde menſe Octobri poſt matutinum occaſum, noctu rurſus cernuntur. Neque eſt ſic accipiendum, quod poſt occaſum matutinum, poſt autumnum lateant, nam ita noctu cernerentur. Nunc Poëta nec noctu, nec interdiu conſpici dicit. Id fit in æſtate, dum Sol propius Taurum verſatur.

384. Πειπλομένης.] Epith. anni, à πέλομαι, ideſt, exiſto: vel πολέω, verto: vel à περιπλέομαι. Gellius 3. c. 16.

386. Οὔτός τοι πεδίων.] Elliptica oratio eſt. vult enim dicere, illis, qui prope mare habitant, quique valles concavas, &c. hæc lex ſervanda eſt.

387. Ἄγχια.] Paluſtrem terram ſignificat.

389. Γυμνὸν.] Vult ut hos labores perficiat mature & ante ſævitiem hyemis,

Ὡς κῆ νωῒν ἐπ' ἐμὶ ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι σὸν ἐπιδέξω,
Οὐδ' ἐπιμετρήσω. ἐρχάζου, νήπιε Πέρση,
Ἔργα, πάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διέκριναν ἄρηρα.
Μή ποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων,
Ζητοίης βίοτον κῆν γείτοσιν, οἱ δ' ἀμελῶσιν.
Δὶς μέν γὰρ κῆ τεὸς πάρα τοὔξεται· ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
Χρῆμα μὲ ὑπερέξεις, σὺ δ' ἐπώσεαι πολλ' ἀγορεύσεις,
Ἀχρεῖον δ' ἔσται ἐπέων νομός. ἀλλά σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.
Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Κτητὸν ὑ γαμετητὸν, ἥτις κῆ βουσὶν ἕποιτο,
Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι·
Μὴ σὺ μὲ αἰτῇς ἄλλον, ὁ δ' ἀρνῆται, σὺ δ' ἀπαλεῖ.
Ἠδ' ἄρη ὠφελιμείδηται, μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
Μηδ' ἀνυβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον, ἐς τ' ἔνηφιν.
Οὐ γὰρ ἐπιζαφελὴς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος. μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.
Ἦμος δὴ λήγει μὲν ὀπὶς ἠελίοιο
Καύματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος

Ζηνὸς

hyemis, atque ſollicite & feſtinanter, ad egeſtatem & ejus moleſtias vitandas. Hic verſus in Homeri & Heſiodi certamine, ab H. Steph. edito, ita legitur: Γυμνὸν τ' ἀμέσειν ὅταν ὥρια πάντα πέλωνται. in M S. P. ἀμέσειν, id eſt, σωαθροίζειν ἢ συλλέξειν. Εἰ χ' ὥρια πάντ'.] Ὥριον non eſt ſemper τὸ κατ' ὥραν; ſed & τὸ ἐντελὲς in fructibus.

396. Ἔργα, πάτ' ἀνθρώποισι.] Cauſſa quare ſit laborandum. Quia homo factus & ordinatus eſt ad labores. Neque fruſtra eſt, quod hoc tam ſedulò inculcat & urget Poëta. Nam præterquam quod Dei voluntas eſt laborare, etiam hoc ſignificare Poëta voluit, non poſſe fieri, ut quis honeſtè vivat, niſi ſimul laboret. Διαλεχμαίεσθαι, eſt ordino, conſtituo.

401. Νομός.] Alii fortaſſe melius νόμῳ legunt, id eſt, oratio vel ſeries verborum ad perſuadendum appoſita: nonnulli etiam de modulis & cantu mendicorum intelligunt.

403. Οἶκον μὲν πρώτιστα.] Primus verſus hujus libri continebat propoſitionem, complectens ſummam agriculturæ, meſſis videlicet & arationis: Nunc narrationem contexit, quæ generalia quædam præcepta continet, de conſtituenda re familiari.

404. Κτη-

Sicut & nunc ad me venisti: ego vero tibi non amplius dabo,
Neque amplius mutuo tradam. Labora, stolide Perſa,
Opera qua hominibus Dii deſtinarunt:
Ne quando cum liberis uxoreque animo dolens
Quaras victum per vicinos, hi vero negligant.
Bis enim & ter forſitan conſequeris: ſi vero amplius moleſtus fueris,
Rem quidem non facies, tu vero inania multa dices.
Inutilis autem erit verborum copia. Sed te jubeo
Cogitare debitique ſolutionem, famiſque evitationem.
Domum quidem primum, uxoremque bovemque aratorem,
Famulam non nuptam, qua & boves ſequatur,
Vtenſilia vero domi omnia apta facito:
Ne tu quidem petas ab alio, illeque recuſet, tu vero careas,
Tempus autem pratereat, minuaturque tibi opus.
Ne vero differas inque craſtinum, inque perendinum.
Non enim laboris fugitans vir implet horreum,
Neque procraſtinator. Cura vero tibi opes auget.
Semper autem dilator operum vir cum damnis luctatur.
Quum itaque jam deſinit robur acuti Solis
A calore humido, per autumnum pluente

Iove

404. Κτητὸν.] Famulam intelligit jure acquiſitam: Ariſtoteles tamen, initio Oeconomici ſui, ad uxorem refert. Κτητὸν ϗ.] Notarunt jam olim viri docti, Philoſophum in Oeconomicis etiam τὸν κλητὸν pro conjuge ſumere. In jure certe Attico etiam conjux inter τὰ κτήματα numerabatur, & maritus ὁ κύριος appellabatur.

405. Κτήματα δ' εἰν οἴκῳ.] Commendat ordinem & curam in re domeſtica hoc præceptum. Columella enim nihil magis prodeſſe dicit, quam ſi ſervetur ordo.

407. Ἦ δ' ὥρη ἐπιμείδεται.] Oportet agricolam diligenter obſervare occaſionem, quia non levis jactura eſt in mutuo accipiendo: dum enim mutuum petis, perdis temporis occaſionem.

408. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι.] Sunt hæc communia præcepta de non cunctando. Rectè Ovidius in hanc ſententiam dixit l. 1. de Rem. Am.:

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

Ἔνησιν.] Ab ἔνη, id eſt, poſtremus dies menſis.

412. Ἦμος δὴ λήγῃ.] Secundum præceptum, de aratro faciendo, & quando cædenda ſit materia ad rem ruſticam. Orditur autem à chronographia. Ἰδμαλιμον καῦμα, τὸ ἰδεκτικὸν exponunt, id eſt, æſtus, qui ſudorem ciet.

Ζλωὸς ἐελδεινέος, μὴ ἢ τρίπετραι βρότεος χρὼς
Πολλὸν ἐλαφρότερος. (δὴ γὰρ τότε σειρὸς ἀέτης
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηλητρίφιον ἀνθρώπων
Ἔρχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ.)
Ἦμος ἀδηκεστοίτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
Ὕλη, φύλλα δ' ἔραζε χέει, πεφόρηκέ τε λιγνὺς
Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὦκα ἐέργειν.
Οὖλον μὲν τετράπεδλον τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπεχυν,
Ἄξονα δ' ἑπταπόδην· μάλα γάρ νύ τοι ὧδε φέρηθρον ἔπῃ.
Εἰ δέ κεν ὀκταπόδην ἀπὸ κῆς σφύρης τε τάμῃσιν,
Τελσσίβοιον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ·
Πολλ' ἐπὶ καμπύλα κῶλα· φέρειν δὲ γύαλα, ὅτ' ἂν δρῦς,
Εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος, ἢ κατ' ἄρουραν,
Πελώτιον. ὃς γὰρ βουσὶν ἀρῆν ἐκυρώτατός ἐστιν·
Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δημῶδες ἐλύμασι πήξας
Γόμφοισιν πελάσσας ἁρμοσσαμένῃσι ἰσοδμῇ.
Δοιὰ δὲ φάλε ἄροτρα, πονησάμενος κατ' οἶκον,
Αὐτόγυον καὶ πηκτόν· ἐπεὶ πολὺ λώιον ἔπῃ.
Εἴ κ' ἕτερον γ' ἄξαις, ἕτερον γ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.
Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἰσοδμέες.
Δρυὸς ἔλυμα, σφῆνε γύαλα. βόε δὲ συναέτῃρα
Ἄρσενε κεκτῆσθαι (τὼ γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν)
Ἡβώοντε μέτρον ἔχοντε. τὼ ἐργάζεσθαι ἄρίστω.
Οὐκ ἂν τώ γ' ἐθέλοιτε ἐν αὐλακι καμμόνω ἄροτρον
Ἄξαιτον, τὸ δ' ἔργον ἐτώσιον αὖθι λιπεῖν.
Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακοντάετὴς αἰζηὸς ἕποιτο,

Ἄρξῃ

414. Μετὰ ἢ τρίπετραι, &c.] Id est, remisso æstu respirat corpus. Nam propter æstum & calorem corpora torpent.

415. Σειρὸς.] Stella est in ore canis majoris, ad latus Austri, vicina Leoni, dicta quod nimio calore exiccet & debilitet vires humanas.

417. Πλεῖον.] Vbi sol accesserit Scorpium, Canicula mane aliquantisper ante solem, ortu Heliaco, conspicitur: orto autem sole statim labitur sub terram.

418. Ἦμος ἀδηκεστοίτη.] Describit commodum tempus secandi ligna. Durant enim hæc longo tempore, nec sunt obnoxia corrosioni. Hoc significat ἀδηκεστοίτη, id est, incorruptissima, à δήκω, id est, mordeo, quæ non mordentur à vermibus.

421. Οὖλον τετράπεδλον.] Per ὄλμον τετράπεδλον quidam intelligunt morta-

Jove præpotente, mutatur humanum corpus
Multo levius. (nam tunc Solis ſtella
Pauliſper ſupra caput fato obnoxiorum hominum
Venit interdiu, magis autem nocte fruitur.)
Quando incorrupta eſt caſa ferro
Sylva, folia autem humi fundit, ab ramiſque ceſſat:
Tunc ſane ligna ſecare tempeſtivum eſſe opus memento.
Mortarium quidem tripedale ſeca, piſtillum vero tricubitale,
Axemque ſeptempedalem: valde enim certe conveniens ſic.
Si vero octopedalem & malleum inde ſecueris,
Trium palmorum curvaturam rota ſecato decem palmorum currui,
Multa præterea curva ligna: ferto autem dentale, cum inveneris,
Domum, ſive in monte quærens, ſive in agro,
Iligneum. hoc enim bobus ad arandum firmiſſimum eſt:
Nempe quum Attica Cereris famulus temoni infigens
Clavis adjunctum ſtiva adaptaverit.
Bina vero diſponito aratra, laborans domi,
Dentatum & compactum: quoniam multo optimum ſic.
Si quidem alterum fregeris, alterum bobus injicias.
E lauro autem vel ulmo firmiſſima ſtivæ ſunt.
E quercu temonem, ex ilice dentale. boves vero duos novennes
Maſculos comparato (horum enim robur non imbecillum eſt)
Adoleſcentiæ menſuram habentes. hi ad laborandum optimi.
Non utique hi contendentes in ſulco aratrum
Fregerint, opus vero imperfectum reliquerint.
Hos autem ſimul quadragenarius juvenis ſequatur,

Panem

---

mortarium trium pedum, quo veteres uſi ſunt pro mola.

424. Δικαδώρῳ.] A δῶρον, id eſt, palmus, quod munerum datio δῶρον appelletur: id autem geritur per palmam manus.

428. Ἀθηναίης.] Sic vocat Cererem, quod ipſa Athenienſes, adeoque omnes homines, de frugibus docuerit.

430. Διὰ ὃ θέμις ἐστίν.] Indicat, patremfamilias oportere bene inſtructum eſſe, ne quis caſus per inopiam ſupellectilis remoretur ruſticum laborem.

431. Αὐτόγυον.] Aratrum quod habet dentale ſolidum & adnatum, non affixum: vel quod non ſit plane elaboratum, ſed uſque ad dentale.

439. Τοῖς δ' ἅμα πεντηκοντα-ετὴς.] Habes hoc loco præceptum de miniſtro, qua hunc ætate & moribus

Ἄρξῃ δειπνήσας τετράτυφον, ὀκτάβλωμον·
Οὐκ' ἔργῳ μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
Μηκέτι παπταίνων μετ' ὀμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
Θυμὸν ἔχων. τῷδ' ὕπνος ἀκηδέστατος ἀμύνει
Σπέρμασι δώσασθαι, καὶ ἐπασσοτέλειαν ἀλέασθαι.
Κηρότερος γὰρ ἀνὴρ μετ' ὀμήλικας ἐτράπετο.
Φράζεσθαι δ' ὅτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς
Ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης·
Ἥ τ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην
Δεικνύει ὀμβρήεντος· καρδίην δ' ἔδακε βοῶτου.
Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βόας ἐνδον ἐόντας·
Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, βόε δός τε καὶ ἅμαξαν·
Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι παρά τ' ἔργα βόεσσιν.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἄφρειος πήξασθαι ἄμαξαν,
Νήπιος· οὐδὲ τόγ' οἶδ', ἑκατὸν δέ τε δούρατ' ἀμάξης.
Τῶν σοφόν ἐστι μελέτημ' ἐχέμεν, οἰκήια θέσθαι.
Εὖ τ' ἂν ἧ πρῶτ' ἄροσις γηθοῖσι φανεῖη,
Δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι, ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτός,
Αὔῳ καὶ διερῷ ἀρόων, ἀρότοιο καθ' ὥρην,
Πρωΐ μάλα σπουδῇ ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
Εἴαρι πολλεῖν· θέρεος δὲ νεωμόρῃ ἔστ' ἀπατήσῃ.
Νειὸν δ' σπείρειν ἐπὶ κυφίζουσαν ἄρουραν.

Νειὸς

---

ribus præditum esse oporteat. Si hoc in ministro requirit Hesiodus, ut juvenem bobus præficere noluerit, quanto minus Ecclesiasticis & rebus publicis præficeret?

440. Ὀκτάβλωμον.] Octo morsuum, à βλωμὸς morsus, ita tamen ut unum frustum habeat binos morsus. Servum intelligit robustum, qui integrum panem in 4 partes divisum absumat in cœna: vel cui opus sit pane, cujus quadrantes octonis bolis seu partibus constent.

441. Οὐκ'.] Ætatis quam in servo requirit, rationes addit admodum graves, sentitque multum situm esse in maturitate ætatis.

444. Ἐπασσοτέλειαν.] Quasi superseminatio, quæ usurpari solet, cum prior sementis non est rite peracta.

446. Φράζεσθαι.] Tempus arandi indicat per clangorem gruum avolantium, idque (ut Poëtæ fingunt) in Ægyptum, ubi belligerantur cum Pygmæis.

449. Ὀμβρήεντος.] MS. Palat. & alii, ὀμβρηρῦ. Καρδίην δ' ἔδακε βοῶτου.] Id est, terret eum cui non sunt boves, propterea quod jam instat tempus postremæ arationi.

451. Ῥηΐ-

Panem cœnatus quadrifidum, octo morſuum;
Qui quidem opus curans rectum ſulcum ducat,
Non amplius reſpectans ad coætaneos, ſed in opere
Animum habens. Hoc vero neque junior alius melior
Ad ſpargendum ſemina, & iteratam ſationem evitandum.
Iunior enim vir ad coætaneos evolat animo.
Conſidera vero, cum vocem gruis audieris
Alte ex nubibus quotannis clangentis;
Qua & arationis ſignum affert, & hyemis tempus
Indicat pluvia: cor autem rodit viri bobus carentis.
Tunc ſane paſce curvos boves, domi manentes.
Facile enim dictu eſt, par boum da & plauſtrum:
Facile autem recuſare, & dicere, boves occupati ſunt.
Conſtituit autem homo, qui opinione ſua dives eſt, fabricare currum,
Stultus: & hoc neſcit, centum eſſe ligna plauſtri.
Horum ante curam habere oportet, domi reponendo.
Cum primum igitur aratio mortalibus apparuerit,
Tunc aggredere, ſimul & ſervi & tu ipſe,
Siccam & humidam arans, arationis ad tempus,
Summo mane feſtinans, ut impleantur tibi arva.
Vere vertito, æſtate vero iterata non te fallat.
Novalem vero ſerito adhuc levem terram.

Nova-

---

451. Πʼιδίον.] Occupatione, negligentiam & inſcitiam ruſticorum taxat, qui non conſiderant quibus opus habeant, ſed in alienam opem ſunt intenti. Reſpondet ergo eadem opera poſſe aliquem petere & negare.

456. Εὖτ' ἂν.] Docet diligentiam, quæ eſt adhibenda in aratione. Addit verſu 458. ſigna & circumſtantias, qualis terra ſit aranda, ſicca ſcilicet & humida, id eſt, non lutoſa, & tamen madefacta.

460. Εἶαρος.] Modus & ratio arandi traditur. Pingue ſolum ſolet quater arari: Qui vero tenuius ſolum habent, ter arant. Prima aratio eſt proſciſſio: ſecunda fit menſe Iunio, quæ eſt iteratio: tertia, cum ante ſementem aratur, quæ eſt tertiatio.

461. Νέον.] Concedendum eſt ſuum intervallum terræ, quo interquieſcat, ut deinde copioſiorem fructum ferat. Eſt autem Novale, ager qui alternis annis ſeritur. Κνεζόμενον, id eſt, recens aratam, adhuc elevatam.

462. Ἀλε-

Νειὸς ἀλεξιάρη, πειδὼν δυκηλήτειρα.
Εὔχαλ' ἰὴ Διΐ χθονίῳ, Δημήτερί θ' ἁγνῇ,
Εὐκλεέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν.
Ἀρχόμενος τιπτῶτ' ὀρόταξε, ὅταν ἄκρον ἐχέτλης
Χειρὶ λαβὼν, ὄρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτον ἴκηαι
Ἔνδρυον ἑλκήτων μεσσόθι. ἡ δ' ὑπὸ τυτθὸς ὄπιθεν
Δμωὸς, ἔχων μακέλλαν, πόνον ὀρνίθεσσι πιθέσθαι,
Σπέρμα θ' ἁλυκρυπίων. σὺν ἡμοσύνη γὰρ ἄρίστη
Θνητοῖς ἀνθρώποις· κακοθημοσύνη δὲ κακίστη.
Ὣδέ κεν ἀθρασύνῃ στιχνὸς νόσιον ἔρυζε,
Εἰ τέλος αὐτὸς ὄπιθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι.
Ἐκ δ' ἀζηνῶν ἐλάσειας δρέπεσθαι· καί σε ἔολπα
Γηθήσειν, βιότοιο ἐρεύθμιον ἔνδον ἐόντα.
Εὐοχέων δ' ἴξεαι πολιὸν ἔαρ· οὐδέ σε ἄλλος
Αὐγάσεται· στεῖο δ' ἄλλου ἀνὴρ κεχρημένος ἔσται.
Εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπαῖς δρέπῃς χθόνα δῖαν,
Ἤμενος ἀμήσεις, ὀλίγην σὺν χειρὸς ἐέργων,
Ἀντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαίρων.
Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ· παῦροι δέ σε θηήσονται.

Ἄλλοτε

462. Ἀλεξιάρη.] Pellens execrationem. Solent enim agricolæ maledicere quando fructus ex ſententia non proveniunt. Εὐκηλήτειρα, liberos exhilarans, utpote quibus ſuppeditet copioſum victum.

464. Ἱερὸν.] Id eſt, aram. Alludit enim ad Eleuſina Cereris ſacra, quæ Athenis fiebant, & vocabantur myſteria. Videntur mihi fuiſſe conſpirationes & fœdera, quibus ſe adſtrinxerant cives ad civilia officia. Erant autem majora & minora ſacra, & hæc ſub autumnum fiebant.

465. Ἀρχόμενος.] Quomodo ſit arandum. Ἐχέτλη, ſtiva, quia αὐτὴς ἔχεται ὁ ἀρότης, quod eam manu teneat arator.

467. Ἔνδρυον.] Καρδία δένδρου, καὶ τὸ μέσον, inquit Heſych. Vett. Codd. Palatin. ἔνδρυον, id eſt, δρύϊνον, vel αὐτὸν τὸν ἰσοδοίαν, lignum eſſe dicunt quod eſt proximum temoni.

469. Εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη.] Epiphonema eſt. Crede mihi, multum commodi affert induſtria. Homo ignavus vix unquam diteſcet. Solet autem ſic Poëta ſubinde ſpargere ſententias de diligentia, quod ſine ea nemo quicquam laude dignum efficere poteſt.

472. Εἰ τέλος αὐτὸς.] Egregia hæc ſententia eſt, quam nemo negare poteſt ex patrum religione promanaſſe, veluti per manus traditam

Novalis imprecationum expultrix, liberorum placatrix est.
Supplica vero Iovi terrestri, Cererique castæ,
Proventum ut impleant, Cereris sacrum munus.
Vt primum incipias arare, cum extremum stiva
Manu capiens, stimulo boum terga attigeris
Quernum temonem trahentium loro. juvenis autem ponè
Servus, ligonem tenens, negotium avibus faceſſat,
Semina abſcondens. Induſtria enim optima
Mortalibus hominibus eſt; ignavia vero peſſima.
Sic quidem ubertate ſpicæ nutabunt ad terram,
Si finem ipſe poſtea Iupiter bonum præbuerit.
E vaſis autem ejicies araneas: teque arbitror
Gaviſurum, victu potitum intus repoſito.
Latus autem pervenies ad canum ver. neque ad alios
Reſpicies: tui vero alius vir indigus erit.
Si vero ad ſolis converſionem araveris terram almam,
Sedens metes, pauxillum manu comprehendens,
Obverſim manipulans cum labore, nec valde gaudens.
Feres autem in ſporta: pauci vero te ſuſpicient.

Alias

---

ditam esse. Convenit enim cum primo Decalogi præcepto, quo jubemur Deum honorare ac illi fidere: & ne in prosperis insolescamus vel in adversis dejiciamur. Ad hunc modum Hesiodus Agriculturam & quicquid est laborum, nobis commendat. Vult ut pro se quisque aeriter in laborem animum intendat: verum finem laborum, & ut nos vocamus benedictionem, non nisi à Deo exspectet.

473. Ἐκ δέ.] Quia scilicet omnia sepositoria & vasa repleta sint.

474. Ἐρεύμενον.] Cum inquisitione & delectu capientem.

475. Πολιὸν ἦμαρ.] Epitheton veris, quod adhuc ab hyeme & pruinis canescit. Et διωχέων cum ω in antepenultima scribendum. concidit autem rursus longa brevem, ut sæpe jam suprà.

477. Εἰ δέ.] Improbat hic arationem dilatam ad solstitium hybernum.

478. Ἦμαρ.] Ob culmorum brevitatem scilicet & paucitatem. Singula verba significanter hîc ponuntur ad declarandum tristem eventum tardæ arationis.

480. Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ.] Extenuatio est: Donum portabis, non vehes: opus tibi erit calatho, non onusto plaustro: habebis enim multum culmorum & parum granorum. Φορμὸς enim dicitur, quidquid consutum est. φόρμιον, stragulum factum ex junceis.

481. Ἀλ-

Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος Αἰγιόχοιο·
Ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι καὶ ἀθανάτοισι νοῆσαι.
Εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη·
Ἦμος κόκκυξ κοκκύζῃ δρυὸς ἐν πετάλοισι
Τερπόμενος, τέρπῃ τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν·
Τῶν Ζεὺς ὕσι τελέσσῃ ἡμαρ, μήδ' ἀπολήγῃ,
Μήτ' ἄρ' ὑποβρέχων βοὸς ὀπλὴν, μήτ' ἀπολείπων·
Οὕτω κ' ὀψαρότης προθερήτρη ἰσοφαρίζῃ.
Ἐν θυμῷ δ' οὗ πάντα φυλάσσεο· μηδέ σε λήθοι
Μήτ' ἔαρ γινόμενον πολιὸν, μήθ' ὥριον ὄμβρον.
Πάρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέα λέχεο,
Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργει
Ἰσχάνει· ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγα οἶκον ὀφέλλοι.
Μή σε κακὸς χειμὼν ἀμηχανίη καταμάρψῃ
Σὺν πενίῃ· λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χερσὶ πίεζοις.
Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ, κενεὸν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
Χρήιζων βιότοιο, κακὰ συμφορέεται θυμῷ.
Ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
Ἥτις δειλὸν ἐόντα, τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
Δείκνυε δ' ἐργάτῃσι, θεοὺς ἔπι μέτρα ἐοῦσα,

Οὐκ

---

481. Ἄλλοτε.] Ἀνθυποφορὰ, & mitigatio præcepti de tarda aratione, quod tempestates variæ sint pro voluntate Iovis.

483. Εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς.] Si verò sero araveris, hoc poterit esse remedio, & verna aratio tum felix esse poterit, si pluerit ad tertium usque diem, ita ut pluvia neque superet ungulam bovis, neque desistat: in summa, ut impleat vestigia. Et quia humor est principium vitæ, hinc fit, quod humor tam facile non lædit quam siccitas.

489. Ἐν θυμῷ δ' οὗ πάντα.] Admonet rursus diligentiæ: solet enim Poëta subinde morales sententias aspergere, præcipue de sedulitate, cujus usus & vis in omnes vitæ partes se extendit. Nam, ut res diligentia crescunt, ita socordia decrescunt.

491. Πὰρ δ' ἴθι.] Id est, παράγε, παρέρχου, ut gloss. & *Præteri* interpretandum potius, quam *accede*: licet utramque interpretationem Proclus admittere videatur. Monet enim diligentem agricolam, ne vel tempus hibernum, more vulgi, ociosis & inanibus confabulationibus transigat, sed tum etiam rem familiarem promovere studeat. Per χάλκειον θῶκον intelligit officinas ferrarias, in quas antiqui-

tus

Alias vero alia Iovis mens Ægiochi:
Sed mortalibus hominibus eam deprehendere difficile.
Sin autem ſero araveris, hoc quidem tibi remedium fuerit.
Quando cuculus canit quercus in frondibus
Primum, delectatque mortales in immenſa terra,
Tunc Iupiter pluat triduo, neque deſinat,
Non utique ſupra bovis ungulam, neque infra:
Ita & ſerotina aratio tempeſtivæ æqualis fuerit,
Animo autem bene omnia reconde: neque te lateat
Neque ver exoriens canum, neque tempeſtiva pluvia.
Præterea autem aneam ſedem, & calidam tabernam,
Tempore hyberno, cum frigus homines vehemens
Detinet: tunc ſane impiger vir valde domum auget.
Ne te mala hyemis difficultas opprimat
Cum paupertate, macilenta vero craſſum pedem manu premas;
Multa vero ignavus vir vanam ob ſpem expectans,
Egens victus, mala animum ſuum increpat:
Spes vero non bona indigentem virum fovet,
Sedentem in taberna, cui victus non ſufficiens ſit:
Dic autem ſervis, æſtate adhuc media exiſtente,

Non

---

tus in Græcia pauperiores & ocioſi ſolebant convenire ad collocutiones frivolas, ſicut apud Romanos in tonſtrinis. Pro ἐπ' ἀλίᾳ, ut conſtet verſus, quidam legunt, ἐπ' ἀλίαι, neutro genere, *in locu calidi*, ab ἀλεός. doctiſſ. G. Canterus ἐπαλίαι uno verbo. quem vide lib. 5. c. 23. Λίσχαι quondam dicebantur conventicula Philoſophorum: deinde quia inter ipſos plerumque de rebus leviſſimis agitabatur, factum eſt, ut mendicorum conventus etiam hoc nomine vocarentur: atque inde etiam ipſæ nugæ λίσχαι dictæ ſunt. E'π' ἀλίαι.] Euſtathii lectionem ἐπ' ἀλίᾳ, *propter tepotem*, ſeu *teporis captandi gratia*, confirmat ſimile hemiſtichium infra.

495. Λεπτὴ ὄ.] Ariſtot. 1. ſect. Problem. ſcribit, fame diutina laborantibus pedes intumeſcere. Superiores autem partes eadem ratione extenuantur & macreſcunt. Huc alludit Poëta cum jubet cavere, ne pedem tumefactum tenui manu demulcere oporteat.

496. Πολλὰ.] Veriſſimum eſt Columellæ dictum, *Homines nihil agendo, male agere diſcunt.*

500. Δείκνυσι δ' ἀμώεται.] Spargit rem in perſonas, atque ita à temporis circumſtantia auget. In media æſtate certa opera præſcri-

 Sed

Οὐκ αἰεὶ ϑέρος ἐστὶν, ποιεῖσθε καλιάς.
Μῆνα γ' Λωαιῶνα, καὶ ἡμαθόεντα, βάδρον παῦρα,
Τῆτον ἀλδήσαντ· ἢ πηγάδας, αὖτ', ἐπὶ γαῖαν
Πνοιὴ βορείαο, δοχμηγενὲς τελέϑουσιν·
Ὅστε διὰ Θρήκης ἱπποτρόφου εὐρεῖαν πόντου
Ἐμπνεύσας ἤελλε· μέμυκε γὰρ γαῖα καὶ ὕλη·
Πολλὰς γὰρ δρῦς ὑψικόμους, ἐλάτας τε παχείας,
Οὔρεος ἐν βήσσῃς πιλνᾷ, χθονὶ πυκνὸς ἐείσας
Ἐμπίπλων, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.
Θῆρες δ' φρίσσουσ', ἀνὰ δ' οὐρὸν μίξε' ἔϑεντο,
Τῶν καὶ λάχνη δέρμα κατάσκιον, ἀλλά νυ καὶ τῶν
Ψυχρὸς ἐὼν διάησι, διασταδὸν ὡς ἐόντων.
Καί τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται, οὐδέ μιν ἴσχει·
Καί τε δι' αἰγὸς ἔησι πανύτριχα· πώεα δ' οὔπω
Οὔνιχ' ὑπεστυφέλιξε διὰ τρίχας αὐτῶν, ἀήσιν
Ἷς ἀνέμου βορέω· τροχαλὸν δ' γέροντα πέφνοι.
Καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος ἀμφὶς ἀήσιν,
Ἥτε δόμων ἔνδοϑι φίλῃ ὑπὸ μητέρι μίμνῃ,
Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης·
Εὖ τε λοισσαμένην τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ
Χεισαμένην, νυχίη καταλέξεται ἔνδοϑεν οἴκου
Ἥμαθι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστου μὲν πόδα τίνδῃ,
Ἐν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ, καὶ ἐν ἤϑεσι λαυκανέουσιν.
Οὐ γὰρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ἐρεμνὸν ἰόντι·
Ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε

Στρω-

---

be. Sequitur ratio, quia non ſemper æſtas erit. Hæc ſententia ſpeciem proverbii habet, qua monemur, occaſionem temporis non eſſe negligendam.

502. Μῆνα.] Hyemis tempus, & menſem Boreali frigore graviſſimum copioſe & eleganter deſcribit. Λωαιών, menſis Ianuarius eſt. Lenæa enim Bacchi feriæ & Pythia ſub id tempus agebantur, cum vini primitias libabant. Βάδρα vocat frigora, quæ adurunt & excoriant, etiam ipſos boves.

505. Ὅστε.] Naturam vini, effectus Boreæ, prolixe declarat.

516. Τροχαλὸν.] Inclinatum, contractum vel properantem in inceſſu, quamlibet alioqui tardum. Τροχαλὸν.] Diſtributione quadam hyemis incommoda recenſet, & aptiſſimè dicit incurvum ſenem, Boreæ

Non ſemper æſtas erit, facite nidos.
Menſem vero Ianuarium, malos dies, bobus nocentes omnes,
Hunc vitate: & glacies, quæ quidem, ſuper terram
Flante borea, moleſta exiſtunt:
Qui per Thraciam equorum altricem late mari
Inſpirans illud movet: remugit autem terra & ſylva:
Multas vero quercus alticomas, abieteſque denſas,
Montis in vallibus dejicit, ad terram multos paſcentem
Incumbens, & omnis reboat tunc ingens ſylva.
Fera autem horrent, caudaſque ſub pudenda ponunt,
Ea etiam quarum vellere cutis denſa eſt, quas nihilominus
Frigidus exiſtens perflat, hirſuta licet pectora habentes.
Quinetiam per bovis pellem penetrat, neque ipſum cohibet.
Etiamque per capram flat hirſutam: ovium autem greges non item:
Eo quod annui ipſarum villi ſunt, non perflat
Vis venti borea: incurvum vero ſenem facit.
Et per tenelli corporis virginem non perflat,
Quæ in ædibus caram apud matrem manet,
Nondum opera ſciens aureæ Veneris:
Beneque lota tenerum corpus, & pingui oleo
Vncta, noctu cubat intra domum
Tempore hyberno, quando exoſſis polypus *ſuum pedem arrodit,*
Inque frigida domo, & in habitaculis triſtibus.
Non enim illi Sol oſtendit pabulum ut invadat:
Sed ſuper nigrorum hominum populumque & urbem

Ver-

Boreæ injuriis obnoxium, quod hæc ætas omnium maximè gaudeat ſole & fugiat frigus; unde notum eſt illud: *aprici meminiſſe ſenes.*

518. Ἤτε δόμων.] Curam virginum in honeſtioribus familiis exponit, quæ domi aſſervabantur, nec in publicum prodibant.

522. Ὅτ' ἀνόστῳ.] Polypi hæc natura eſt, teſte Plin. lib. 9. c. 19. ut fame laborans ſibi pedes arrodat; quo maxima hyemis ſævitia notatur: & quia vehementer frigore læditur, latet plurimum in antro ſuo. Vocat hanc ſpeciem polyporum ἀνόστον, quod cartilaginem pro ſpina habeat.

525. Ἀλλ' ὅτε.] Sol tum, cum eſt in Sagittario, diutius verſatur apud Æthiopas, qui ſunt meridionales, quam apud Græcos.

Στρωφᾶται, βεβόλιον ἢ πανελλήνεσσι φανείη.
Καὶ τότε δὴ κεφαλαὶ καὶ νήκεροι ὑληγῖται
Λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρύα βησσήεντα
Φεύγουσιν· καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν,
Οἱ σκέπα μαιόωνται, πυκινὰς κνυθμῶνας ἔχουσι,
Καὶ γλαφυρὰ πετρῆεν· τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι,
Οὔτ' ἐπὶ νῶτα ἔχει, κάρη δ' εἰς ἴδνια ὀρθοῖ·
Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν, ἀλευόμενοι νίφα λευκήν.
Καὶ τότε ἔσσασθαι ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω,
Χλαῖναί τε μαλακαὶ, καὶ τερμιόεντα χιτῶνα.
Στήμονι δ' ἐν παύρῃ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι.
Τὴν ὠφελέσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμίωσι,
Μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν, ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.
Ἀμφὶ δ' ποσὶ πέδιλα βοὸς ἴφι κταμένοιο
Ἄρσαι δήσασθαι, πίλοις ἔνθεν τυκήσας.
Περθορέων δ' ἐρίφων, ὁπότ' ἂν κρύος ὦκα γένηται,
Δέρματα συρράπτειν νώτῳ βοός, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ
Ὑετὸν ἀμφιβάλῃ ἀλεγεινόν. κεφαλῇφι δ' ὕπερθεν
Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν', ὦτα μὴ καταδεύῃ·
Ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλεται βορέαο πεσόντος·
Ἠῶθεν δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' ἠερίης ἀερόεντος
Ἀὴρ πυροφόρος τέτυται μακάρων ἐπὶ ἔργοις·
Ὅς τε δρυσκάμπου πολεμῶν ἀπὸ ἀετάοντων,
Ὑψοῦ ἰὼν ἐς γαῖαν ὀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ,
Ἄλλοτε μὲν θ' ὕῃ ποτὶ ἔσπερον, ἄλλοτ' ἄῃσι,
Πυκνὰ Θρηϊκίου βορέω νέφεα κλονέοντος.

Τὸν

528. Μυλιόωντες.] Μύλη dentem molarem significat, à quo fit verbum μυλιάω, quod significat, dentes concutio, strideo propter frigus.

531. Γλαφυρ.] Pro γλαφυρὴν. Τρίποδι βροτῷ, homini seni, tertio jam pedi, nempe bacillo, innitenti. Vide proverb. *Baetica aenigmata.*

534. Καὶ τότε ἔσσασθαι.] Versatur per omnes circumstantias corporis, & monet, propter frigus arcendum, crasso panno & multis pilis intertextis utendum esse.

535. Χλαῖναί τε.] Χιτὼν interior vestis erat, supra quam utebantur pallio.

536. Κρόκα.] Pro κρόκιδα.

539. Ἴφι κταμένοιο.] Quem fuit difficile prosternere: vel qui fuit robustus cum prosterneretur.

543. Ὑετῷ.]

Vertitur, tardius autem universis Gracis lucet.
Et tunc sane cornuta bestia & incornuta silvicuba
Misere dentibus stridentes per quercetum vallosum
Fugiunt; & passim omnibus id cura est,
Qua tecta inquirentes, densas latebras habent,
Et cavernas petrosas: tunc utique tripodi homini similes,
Cujus & humeri fracti sunt, & caput pavimentum spectat:
Huic similes incedunt vitantes nivem albam.
Et tunc indue munimentem corporis, ut te jubeo,
Chlanamque mollem, & talarem tunicam.
Stamine vero in pauco multam tramam intexe.
Hanc circuminduito, ut tibi pili non tremant,
Neque erecti horreant, arrecti per corpus.
Circum vero pedes calceos bovis fortiter occisi
Aptos ligato, pilis intus condensans.
Primogenitorum vero hœdorum, cum frigus tempestivum veneris,
Pelles consuito nervo bovis, ut super humerum.
Pluuia arceas teporem. supra caput vero
Pileum habeto elaboratum, ut aures ne humescant:
Frigida enim aurora est Borea cadente:
Matutinus vero super terram à cœlo stellifero
Aër frugifer extensus est beatorum super opera:
Qui hauriens è fluminibus semper fluentibus,
Alte supra terram levatus venti procella,
Interdum quidem pluit ad vesperam, interdum flat,
Densas Thracio Borea nubes excitante.

Hunc

543. Υ'ετῶ.] Ad pluviam propulsandam: ut ἀλεὶ sit ab ἀλιδίεσθαι. Gloss. M. S. Palat. Ἢ ὀμβρῶ ἀφειθῆς ἀλεωμένῳ, ad propulsandam pluviam. Quare expungenda erit illa interpretatio, quæ habet ἀλέω, *teporem*.

545. Ψυχρὴ γάρ τ' ἀὼς.] Enumerat jam causas pluviæ. Quemadmodum enim vapor ex olla in operculo repercussus in aquam resolvitur: sic vapor ex terra in nubibus repercussus in aquam resolvitur, & deinde decidit. Postea quid ventus sit dicit, nimirum nubium agitatio.

547. Ἀὴρ πυρροβόρος.] Vapor ex terra in nubibus repercussus, & in aquam resolutus, decidit: humectat autem aër sata & arva.

Τὸν φθάμενον, ἔργα τελέσας, οἰκῆι δὲ νέεσθαι,
Μή ποτέ σ' ἠρεμέοντα σκολόεις νὺξ ἀμφικαλύψῃ,
Χρῶτά τε μυδαλέον θείη, καθαὶ δ' εἵματα δύσῃ.
Ἀλλ' ἐπαλδύεσθαι. μεὶς γὰρ χαλεπώτατός ἐστιν
Χειμέριος, χαλεπὸς τροφόεσσις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.
Τῆμος θήμιζυ βεῦ', ἐπὶ δ' ἀνίεσι κὴ πλέον εἶη
Ἁρμαλιῆς· μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι δύφρόναι εἰσί.
Ταῦτα φυλασσόμενος, τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν
Ἴσθαι νύκτας τε κὴ ἤματα, εἰσόκεν αὖθις
Γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.
Εὖτ' ἂν δ' ἐξήκοντα μετ' τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα, δὴ τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτῖνος, προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο,
Πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρονύφαιος.
Τόνδε μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὤρτο χελιδὼν
Ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
Τὴν φθάμενον, οἴνας τροφαμένεμεν· ὡς γὰρ ἄμεινον.
Ἀλλ' ὁπότ' ἂν φερέοικος ὑπὸ χθονὸς ἐν φυλὰ βαίνῃ,
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκαφὸς ὧκέα οἴνου
Ἀλλ' ἅρπας τε χαροστέμβειν, κὴ δμωὰς ἐγείρειν.
Φεύγειν ἠῶ σιεροὺς ἀῶτας, κὴ ἐπ' ἠῶ κῆτιν,

Ὥρη.

555. Μεὶς γὰρ.] Repetit admonitionem de vitando hoc menſe Ianuario: cujus difficultates hactenus deſcripſit.

557. Τῆμος.] Bobus dimidiam partem pabuli detrahendam, viro vero aliquid addendum: in noctem ſcilicet. Nam Græci homines tantum cœnabant, & largius quidem.

558. Εὐρέοιαι.] Sic vocant Poëtæ noctem, ὡς ἀπὸ τοῦ δύ φορεῖν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ, vel, ἀπὸ τοῦ δύφραίνειν τὸ σῶμα ἀπὸ τ' ἀναπαύσεως.

559. Ταῦτα φυλασσόμενος.] Abſolvit hactenus deſcriptionem hyemis, nunc autem veris deſcriptionem hoc caput continet. Eſtque primum ſignum, quando Iupiter ſexaginta dies, id eſt, duos menſes, Ianuarium videlicet & Februarium, confecerit, poſt brumam, vel converſionem Solis: tum ſtella Arcturus, nuncia veris, primum apparere incipit.

564. Ἀρκτῖνος.] Stella eſt ſub zona Bootæ: oritur veſpere initio veris.

566. Πανδιονὶς.] Hirundinem intelligit: reſpicit autem ad fabulam

Hunc antevertens, opere perfecto, domum redi,
Ne quando te calitus tenebrosa nubes circumtegat,
Corpusque madidum faciat, vesteſque humectet.
Sed evitato. mensis enim difficillimus hic
Hybernus, difficilis ovibus, difficiliſque hominibus.
Tunc medium bobus, homini vero amplius adsit
Alimonia: longa enim noctes succurrunt illis,
Hac observans, perfectum in annum
Æquato nocteſque & dies, donec rursum
Terra omnium mater fructum omnigenum proferat.
Quum autem sexaginta post versiones Solis
Hybernos perfecerit Iupiter dies, tunc sane stella
Arcturus, relinquens immensum fluctum Oceani,
Primus totus apparens exorietur vespertinus.
Post hunc mane lugens Pandionis prorumpit hirundo
Ad lucem hominibus, vere nuper cœpto.
Hanc prævertens, vites incidito: sic enim melius.
At cum domiporta testudo à terra plantas ascenderit,
Pleiades fugiens, tunc non amplius fodienda vites:
Sed falceſque acuito, servoſque excitato.
Fugito vero umbrosas sedes, & matutinum somnum,

Tem-

---

lam de Progne & Philomela, Pandionis filiabus.

567. Εἰς φάος.] Poëta videtur in ea opinione esse, ut putet, hirundines hieme latere quasi mortuas in suis nidis. Alii putant, eas avolare in regiones tepidiores.

569. Ἀλλ' ὅπότ'.] Messis tempus describit. Per φερέοικον intelligit testudinem, quod domum suam circumferat. Alii aliud animalculum intelligunt, quod pro vitando Solis æstu solebat ascendere plantas & virgulta.

572. Φεύγειν.] Prohibet tempore messis somnum ad multam lucem protrahere. Καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον.] Vbi ut quinta versus regio spondeum habet pro dactylo, ita in superiori hemistichio anapæstum habet pro dactylo seu spondeo: quomodo & prima regio apud Homerum, Βορέης καὶ Ζέφυρος: item, Πλειόνες οἱ μνηστῆρες: & apud Virgilium,

Fluviorum rex Eridanus.

Quamquam & synizesis in istis potest statui; ut in Homerico illo,

Θώρηκας ῥήξειν δηίων ἀμφὶ στήθεσσι.

Qua de re monuit etiam Hephæstio.

Ὧρη σὺν ἀμητῷ, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα καίρῃ.
Τημῦτος ἀσκάδιον, καὶ οἴκαδε καρπὸν ἀγείρειν,
Ὄφρα ἀνιστάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρχιος εἴη.
Ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τελίτλῳ ἀπομείρεται αἶσαν.
Ἠὼς τοι σοφίῃ μὲν ὁδὸν, σοφίῃ δὲ καὶ ἔργα·
Ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολίας ἐπίβησι χιλούθοις
Ἀνθρώπους, πολλοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ πιθήσιν.
Ἧμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
Τῆμος πιότατοί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος,
Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρόταροι δέ τε ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.
Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη
Εἴη πετραίη τε σκιὴ, καὶ βύβλινος οἶνος,
Μάζα τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμφάων,
Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τοκάσσης,
Πρωτογόνων τ' ἐρίφων. ἐπὶ δ' αὐθόπα πίνεμεν οἶνον,
Ἐν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς,
Ἀντίον ἀκραέος ἀνέμου τρέψαντα πρόσωπον,
Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀπορρύτου, ἥ τ' ἀθόλωτος.
Τρὶς δ' ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἐμπλῆν οἴνου.
Δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν

Διπέ-

---

580. Ἧμος δὲ σκόλυμος.] Hesiodus æstatem constituit ὅτε σκολύμου καὶ τέττιγος: ita loquuntur eleganter οἱ χαρίεντες. id est, *tempore cardui & cicadæ*, vel dum carduus & cicada est. Ἧμος δὲ σκόλυμός τ'.] Æstatis à solstitio descriptio. Primum ponit prognosticum maximi æstus, deinde quid faciendum sit. Græci post ver statim incipiunt messem. Deinde sequitur solstitium æstivale, tunc nos habemus messem.

587. Βύβλινος.] Byblinum vinum dicitur à Byblia regione Thraciæ, ubi nobilissima vina sunt.

590. Πρωτογόνων.] Illa enim caro est valde laudata, quod facilis sit concoctu. Estque in æstate istis cibis utendum, qui facile concoqui possunt. Itaque & hujus mentionem hic facit Poëta. Αὐθόπα.] Vinum rubrum pinguius est, & magis alit, tenuiusque est, & facilius penetrat.

592. Ἀντίον ἀκραέος ἀνέμου.] Inter cæteras voluptates non postrema est, si quis in æstate sub umbra

Tempore messis, quando Sol corpus exiccat.
Tunc festina, & domum fruges congrega,
Diluculo surgens, ut tibi sufficiens sit.
Aurora enim operis tertiam sortitur partem.
Aurora magis promovet quidem viam, magisque promovet laborem:
Aurora qua apparens multos ingredi fecit viam
Homines, pluribus vero juga bobus imponit.
Quum vero carduusque floret, & canora cicada
Arbori insidens stridulum effundit cantum
Frequenter sub alis, æstatis laborioso tempore,
Tunc pingueſque capræ, & vinum optimum,
Salaciſſima vero mulieres, & viri imbecilliſſimi
Sunt, quoniam caput & genua Sirius exiccat,
Siccum vero corpus ob æstum. Sed tunc jam
Sit petroſaque umbra, & Byblinum vinum,
Libumque lacteum, lacque caprarum non amplius lactantium,
Et bovis arborivoræ caro nondum enixæ,
Tenerorumque hœdorum. præterea nigrum bibito vinum,
In umbra ſedens, animo ſaturatus cibo,
Contra temperatum ventum obverſo vultu,
Fontemque perennem ac defluentem, quique illimis ſit.
Tertiam aqua partem infunde, quartam vero miſce vino.
Famulis autem impera, Cereris ſacrum munus

Tri-

---

bra gratam auram captet, ita ut faciem verſus leviter ſuſurrantem ventum vertat. Erit major hæc voluptas, ſi adfuerint rivuli perpetuo ſcaturientes, quibus ſemper multum delectati ſunt Poëtæ. Ἀνέμῳ] Pro eo diſerte Palat. ζεφύρῳ legit, & gloſſ. εἰδ' ἀνέμῳ.

594. Τρὶς δ' ὕδατι.] Græci nunquam merum bibere ſolebant. Athenæus hanc diluendi vini conſuetudinem fuiſſe dicit, ut ad duos vini cyathos, quinque aquæ adderent: nonnunquam ad quatuor vini cyathos, duos aquæ.

595. Δμωσὶ δ' ἐπολολύξειν.] Servavit hunc ordinem Poëta, ut à vere deſcriberet, quicquid ſingulis anni temporibus fieri conveniret: nunc ſubjicit præceptum de tritura, quæ fit in menſe Auguſto, cum manè ortu Heliaco pauliſper ante Solem emergens Orion cernitur. Addit etiam locum, in quem ſit reponenda area, nimirum qui ſit ventis expoſitus, & quia fruges debent torreri à Sole, ergo neceſſe eſt locum eſſe expoſitum Soli.

Δινέμθω, ὅτ' ἂν πρῶτα φανῇ ὀξὺς Ὠρίων,
Χώρῳ ἐν εὐαέϊ, καὶ εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.
Μέτρα δ' εὖ κομίσασθαι ἐν ἄσμασιν. αὐτὰρ ἐπὶν δὴ
Πάντα βίον κατάθηαι ἐπαρμένον ἔνδοθεν οἴκου,
Θῆτ' ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔμμεν ἄνωγα·
Δίζησαι κέλομαι· χαλεπὴ δ' ὑπόπρισις ἔβλη.
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα κομεῖν· μὴ φείδεο σίτου·
Μή ποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήματ' ἕλητα.
Χόρτον δ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετὸν, ὄφρά τοι εἴη,
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. αὐτὰρ ἔπειτα
Δμῶας ἀναψύξαι φίλα γυῖα, καὶ βόας λῦσαι.
Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος εἰς μέσον ἔλθῃ
Οὐρανὸν, Ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
Ὦ Πέρση, τότε πάντας ὀπώρεπε οἶκαδε βότρυς.
Δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας.
Πέσσε δ' ὑσκιάσαι, ἕκτῳ δ' εἰς αὖλιν ἀφύσαι
Δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πληϊάδες Ὑάδες τε τό τε σθένος Ὠρίωνος
Δύωσιν, τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶναι
Ὡραίου.

---

596. Εὖτ' ἂν.] Id incidit in menſem Auguſtum.

598. Μέτρα.] Monet, menſurandas eſſe fruges, ut ſciat agricola quantum ex agro redeat.

600. Θῆτα ἄοικον.] Conducendum ſuadet mercenarium aliquem, qui poſſit rebus domeſticis vacare, qui non habeat multa, quæ ſibi ipſi domi agat. Fieri enim non poteſt, ut multa ſimul bene agere poſſimus. Eadem ratio habenda ancillæ, ut non habeat liberos. Subjecit deinde præceptum de Cane, quem vocamus cuſtodem rei familiaris. Θῆτα.] Venet. & Steph. exempl. edit. Θῆτ'. reponendum ex MSS. Pal. Θῆτά τ'. & ita legiſſe Moſchopulum liquet.

602. Καρχαρόδοντα.] A ſono factum videtur. Sunt autem canes aſperrimis dentibus, & omnium firmiſſime tenent ſemel in fauces recepta.

603. Ἡμερόκοιτος.] Furem intelligit.

604. Συρφετὸν.] Intelligit non tantum paleas, ſed & folia vitium, quercuum, tum vero herbas, aliaque id genus, quæ pecoribus in hieme poſſint eſſe non incommodum pabulum.

606. Δμῶας ἀναψύξαι.] Feriandum eſſe à labore non tantum homini, verum etiam pecori. Sunt enim recuperandæ vires, alioqui nemo tam ferreus eſſe poterit, qui ſuffice-

Triturare, quando primum apparuerit vis Orionis,
Loco in ventoso, & bene planata in area.
Mensura vero diligenter recondito in vasis. sed postquam
Omnem victum deposueris sufficientem intra domum,
Servum domo carentem conducere, & sine liberis ancillam
Inquirere jubeo: molesta est autem qua liberos habet ancilla.
Et canem dentibus asperum nutrito: nec parcas cibo:
Ne quando tibi interdiu dormiens fur facultates auferat.
Fœnum autem importato, & paleas, ut tibi sit,
Bobus ac mulis annuum pabulum. sed postea
Servi refocillent cara genua, & boves solvantur.
Quum vero Orion & Sirius in medium venerit
Cœlum, Arcturum autem inspexerit rosea digitis Aurora,
O Persa, tunc omnes decerpe domum uvas.
Exponito vero Soli decem dies, totidemque noctes.
Quinque autem adumbrato, sexto in vasa haurito
Dona latitiæ datoris Bacchi. Sed postquam utique
Pleiadesque Hyadesque ac robur Orionis
Occiderint, tunc deinde arationis memor esto

Tem-

---

sufficeret continuis laboribus, juxta illud Nasonis:

Quod caret alterna requie, durabile non est.
Hæc reparat vires, fessaque membra levat.

Ῥώμη.] Vsitatum est Poëtis usurpare hoc vocabulum pro potentia, viribus, & robore. Vel quia fessis genua labant, & fatigatio maxime in his sentitur, ideo dixit famulis cara genua esse reficienda.

607. Εὖτ' ἄν.] Tempus vindemiæ describit.

610. Δείξῃ.] Hoc intelligunt nonnulli de quadam certi vini præparatione, in qua rationem faciendi uvas passas complexus sit. Alii generale præceptum esse putant de modo vindemiandi pro temporibus & locis illis optimo.

611. Συσκιάσαι.] Intelligit autem, ex aprico in locum non expositum Soli auferendas esse.

612. Αὐτὰρ ἐπὶ χθὼ δή.] Redit ad arationem & ad hyemem. Sunt vero ea repetenda, quæ suprà de aratione diximus. Nam pro qualitate & natura soli proscinditur ager. Feracius solum, ut minimum ter arari solet. Nam mense Octobri manè cum Tauro occidunt Pleiades & Hyades, item Orion: sed principio noctis, rursum apparent. Pleiades sunt in postrema parte Tauri, Hyades vero in fronte: quas Latini *Sucula* vocant.

615. Πλειὰς

Ὠρείων· πλειὼν ἢ κὺ χθονὸς ἄρμενος εἴη. 615
Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἰρῇ,
Εὖτ' ἂν Πληϊάδες, σθένος ἄργεμον Ὠρείωνος
Φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύεσκε κατάιξ·
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν οἰνοπὶ πόντῳ· 620
Γαίῃ δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρῳ ἐρύσαι, πυκάσσαι τε λίθοισι
Πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν αἰόντων,
Χείμερον ἐξερύσας, ἵνα μὴ σύθῃ Διὸς ὄμβρος.
Ὅπλα δ' ἐπαίρεσθαι πάντα πρὸ εἰκάθεο οἴκῳ, 625
Εὐκόσμως σολίσας νηὸς πλεούσης πονητόρος.
Πηδάλιον δ' ἀέρος ὑπὲρ καπνὸν κρεμάσασθαι.
Αὐτὸς δ' ὥρηϊον μίμνειν πλόον, εἰσόκεν ἔλθῃ.
Καὶ τότε νῆα θοὴν ἅλαδ' ἑλκέμεν, ἐν δέ τι φόρτον
Ἄρμενον ἐντύνασθαι, ἵν' οἴκαδε κέρδος ἄρηαι, 630
Ὥς περ ἐμός τε πατὴρ καὶ σός, μέγα νήπιε Πέρση,
Πλωίζεσκεν νηυσί, βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ.
Ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθ', πολλὸν διὰ πόντον ἀνύσας,
Κύμην Αἰολίδα προλιπών, ἐν νηὶ μελαίνῃ·
Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τι καὶ ὄλβον, 635
Ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.
Ναίσκε δ' ἄσκρῃ πού τις Ἑλικὼν οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ,

Ἄσκρῃ,

---

615. Πλειὼν ἢ κὺ χθονὸς,] Ephemeris in operibus Heſiodi, non in diebus eſt: & ibi incipit: *Μηνὸς δὲ λιμναίου*. Ita ut tota agriculturæ doctrina in Ephemeride deſinat. Hanc poſtquam cum anno terminavit, cujus doctrina ab hyeme incipit, in autumno deſinit; totam ſimul Ephemeridem, & agriculturæ doctrinam, tali clauſula concludit: *πλειὼν ἢ κὺ χθονὸς ἄρμενος εἴη*. quod interpretes Latini ineptiſſime vertunt, *Annus vero per terram accommodus ſit*. Multum torſit omnes illud κὺ χθονὸς, quæ verba abſolvunt agriculturæ præcepta, ſimulque ad navigationem viam præparant.

616. Εἰ δέ σε.] De navigatione præcepta quædam ſubjicit. Fuit enim illis familiare, devehere fruges & merces. Prohibet, ſub Autumnum eſſe navigandum, cum Pleiades occidunt, propter tempeſtatem maris. inſaniunt enim venti, &, quemadmodum Virgilius ait, lib. 1. Æneid. v. 87. *Qua data porta, ruunt*.

624. Χείμερον.] Clavum ſignificat

Tempestiva. ita annus in opere rustico absolutus sit.
Quod si te navigationis periculosæ desiderium ceperit,
Quando utique Pleiades. robur validum Orionis
Fugientes, occiderint in obscurum pontum,
Tunc certe variorum ventorum strident flamina:
Et tunc ne amplius naves habe in nigro ponto:
Terram autem exercere memento, ita ut te jubeo.
Navem vero in continentem trahito, munitoque lapidibus
Vndiquaque, ut arceant ventorum robur humide flantium,
Sentina exhausta, ut ne putrefaciat Iovis imber.
Instrumenta vero congrua omnia domi tua repone,
Recte contrahens navis alas pontigradæ.
Clavum vero fabrefactum super fumum suspendito.
Ipse autem tempestivam expectato navigationem, dum veniat.
Tuncque navem celerem ad mare trahito, intus vero onus
Aptum imponito, domum ut lucrum reportes,
Quemadmodum mensque pater, & tuus, stultissime Perse,
Navigabat navibus, victus indigus boni.
Qui olim & huc venit, immensum pontum emensus,
Cuma Æolide relicta, in navi nigra:
Non reditus fugiens, neque opulentiam ac facultates,
Sed malam pauperiem, quam Iupiter hominibus dat.
Habitavit autem prope Heliconem misero in vico,

Ascra,

---

ficat, quo foramen in navis carina obstruitur, quo amoto naves in siccum tractæ aquam in sentina collectam emittunt.

625. Ἐπιτύθοιο.] MS. ἐπιπάθοιο.

626. Νηὸς πλεῴης.] Remos intelligit.

631. Ὧσπερ.] Exemplum patris sui proponit, quem dicit ex patria profugisse non propter invidiam ex opibus conflatam, sed propter paupertatem.

633. Καὶ τῇδ' ἦλθ'.] Significat hic, se in Ionia natum. Magnum mare vocat Ægæum mare. Æolicam Cumam ideo vocat, quia Æoles eam condiderunt. Sita est in littorali Asia.

636. Ἀλλὰ χρεὼ πολλῶν.] Hic locus ad providentiam pertinere videtur, cum dicit, Iovem hominibus dare paupertatem; quia sæpe accidit ut etiam boni & optimi viri sint pauperes.

637. Νάουσδε.] Describit nunc patriam suam Poëta.

639. Τιὴν

Ἄσπρῃ, χείμῳ παντὶ, θέρεϊ δ' ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.
Τῶν δ', ὦ Πέρση, ἔργων μεμνημένος εἶναι
Ὡραίων πάντων, ὡς ναυτιλίης ἐρέεινα.
Νῆ' ὀλίγῃ αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' οὐ φορτία θέλγω.
Μείζων μὲν φόρτος, μείζων δ' ἐπὶ κέρδεϊ κέρδος
Ἔσσεται, εἴ κ' ἄνεμοί γε παγὰς ἀπέχωσιν ἀήτας.
Εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίῃ τρέψας ἀεσίφρονα θυμὸν,
Βούλῃαι ἐκφεύγειν χρέα τε σὺν φυγέειν, καὶ λιμὸν ἀτερπῆ,
Δείξω δή τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Οὔτέ τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτέ τι νηῶν.
Οὐ γάρ πω πολέας νηί γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
Εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος, ἣν ποτ' Ἀχαιοὶ,
Μείναντες χειμῶνα, πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ἑλλάδος ἐξ ἱερῆς Τροίῃ ἐς καλλιγύναικα.
Ἔνθάδ' ἐγὼν ἐς ἄεθλα δαΐφρονος Ἀμφιδάμαντος
Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα. τὰ δ' ἔθεσπιφδεδμένα πολλὰ
Ἆθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες· ἔνθά μέ φημι
Ὑμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.
Τὸν μὲν ἐγὼ Μούσῃς Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα,
Ἔνθά με τὸ πρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.
Τόσσόν τοι νηῶν γε πεπειρημαι πολυγόμφων.
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐρέω Διὸς νόον αἰγιόχοιο.
Μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν.
Ἡμάτια πεντήκοντα μετ' τρόπας ἠελίοιο,
Ἐς πύλον ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης,

Ὡραῖος

639. Τῶν δ', ὦ Πέρση.] Cum in omni re temporis ratio habenda sit, Tu vide, ô Perse, ut suo quæque tempore facias; alia enim aliis temporibus conveniunt.

641. Νῆ' ὀλίγῃ.] Mediocritatem tutiorem esse dicit.

646. Δείξω δή τοι μέτρα.] Si volueris, inquit, debitum effugere & injucundam famem, ostendam tibi modum quando commodum sit navigare, & quando non; licet navigationis peritus non sim.

647. Οὔτέ τι.] Removet à se reprehensionem ob imperitiam. Hîc videmus, σοφίζειν primo usurpatum fuisse cum laude, pro docere, & tradere aliquid eruditius præ aliis.

649. Εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος.] Commemorat hic, quomodo victor extiterit carminibus in Chalcide, & Musis suis in Helicone victoriale præmium dedicarit, ut dignum erat homine Poëta. Aulis civitas

Aſcra, hyeme malo, æſtate autem moleſto, nunquam bono.
Tu vero, ô Perſa, operum memor eſto
Tempeſtivorum omnium, navigationis vero maxime.
Navem parvam laudato, magna vero onera imponito.
Majus quidem onus, majus vero lucrum ad lucrum
Erit, ſi quidem venti malos abſtineant flatus.
Quando autem ad mercaturam verſo imprudente animo,
Volueris & debita effugere, & famem inamœnam,
Oſtendam tibi opportunitates ſonori maris,
Etſi neque navigandi peritus, neque navium.
Neque enim unquam navi tranſmiſi latum mare;
Niſi in Eubœam ex Aulide, ubi quondam Graci,
Expectata tempeſtate, magnum collegerunt exercitum
Gracia è ſacra ad Trojam pulchris fœminis praditam.
Illuc ego ad certamina ſtrenui Amphidamantis
Chalcidemque trajeci. prædeliberata vero multa
Certamina inſtituerunt juvenes magnanimi: ubi me glorior
Carmine victorem tuliſſe tripodem auritum.
Quem ego quidem Muſis Heliconiadibus dicavi,
Vbi me primum ſonori compotem fecerunt cantus.
Tantum navei expertus ſum multos clavos habentes.
Sed tamen dicam Iovis conſilium Ægiochi.
Muſa enim me docuerunt divinum carmen canere.
Dies quinquaginta poſt verſiones Solis,
Ad finem progreſſa æſtate laborioſi temporis,

Tem-

---

vitas littoralis eſt in Bœotia, non procul ab Helicone: Chalcis eſt urbs celebris in Eubœa.

652. Ἀμφιδάμαντ@.] Amphidamas rex Eubœæ in bello adverſus Erythræos occiſus fuit: in cujus obitum filii ejus certamina edixerunt. Apparet ſane, Heſiodum Homero poſteriorem fere centum annis fuiſſe: proinde cum eo in hoc certamine non certavit.

660. Μῶσαι γὰρ μ' ἐδίδαξαν.] Significat, divinitus eſſe doctos Poëtas, quod hi qui egregium quiddam in Poëtica efficere voluerint, opus habeant furore Poëtico divinitus inſpirato. quem furorem rectè φυσικὴς ἀρετὰς dixerunt.

661. Ἡμάλα.] Tempus navigationis commodiſſimum tradit, æſtivum ſcilicet. Suſpectum nobis eſſe non debet hoc τετραὼς, quod ultimam

Ὥραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος. αὐτίκα νῆα
Καυάξαις, ἅτ' ἄνδρας ἀποφθίνεις θάλασσα,
Εἰ μὴ δὴ ῥεόντων γε Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Ἢ Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς ἐθέλῃσιν ὀλέσσαι.
Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.
Τῆμος δ' εὐκελέες τ' αὖραι, καὶ πόντος ἀπήμων,
Εὐκηλος· τότε νῆα θοὴν ἀτέμβοισι πιθήσας
Ἐλπέμεν ἐς πόντον, φόρτον δ' ἐν πάντα τιθέσθαι.
Σπεύδειν δ' ὅττι τάχιστα πάλιν οἰκόνδε νέεσθαι·
Μηδὲ μένειν οἶνόν τε νέον καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον,
Καὶ χειμῶν' ἐπιόντα, νότου τε δεινὰς ἀήτας,
Ὅς τ' ἄελλαι θάλασσαν, ὀμαρτήσας Διὸς ὄμβρῳ
Πολλῷ, ὀπωρινῷ· χαλεπὸν δέ τε πόντον ἔθηκεν.
Ἄλλος δ' εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν·
Ἦμος δὴ τοπάων ὅσον τ' ἐπιβαῖσι κορώνη
Ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη
Ἐν κραδίῃ ἀκρεμόνος· τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα.
Εἰαρινὸς δ' ἥτε πλόος θαλέει. ἔμ μιν ἔγωγε
Αἴνημ'· ἐν γὰρ ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένος ἐστὶν,
Ἀρπακτός. χαλεπῶς κε φύγοις κακόν. ἀλλά νυ καὶ τὰ
Ἄνθρωποι ῥέζουσιν ἀϊδρείῃσι νόοιο.
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν. ἀλλά σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσὶν ὥς σ' ἀγορεύω.
Μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κολίῃσι πιθέσθαι·
Ἀλλὰ πολὺ λείπειν, τὰ δ' ἐλάσσονα φορτίζεσθαι.
Δεινὸν γὰρ πόντῳ μετὰ κύμασι πήματα κύρσαι.

Δεινὸν

---

mam habeat brevem. ſic enim paulò poſt νότου τέ δεινὰς, ἀήτας, & hujuſmodi alia alibi. Sic apud Theocritum τὰς τίχνας ἐλείφῃ, & alia multa.

667. Ἐν τοῖς.] Proverbialis eſt hic verſiculus, & valde pius, quo admonemur, quidquid nobis adverſum aut proſperum accidit, Deo aſcribendum eſſe.

668. Εὐκελέες αὖραι.] Sic vocat faciles & leves flatus, ut ſunt Eteſiæ, & ſimiles placidi.

672. Μηδὲ μένειν οἶνον.] Monet, tempeſtivè domum eſſe redeundum: Nam oculus domini paſcit equum, ut dici ſolet. Præſtat itaque ante Autumnum conficere navigationem, ob autumnales imbres

Tempestiva est mortalibus navigatio. nec certe navem
Fregeris, neque homines perdiderit mare,
Nisi dedita opera Neptunus terra quassator,
Aut Iupiter immortalium rex velit perdere.
Penes hos enim potestas est simul bonorumque malorumque.
Tunc vero facilesque aura, & mare innocuum,
Tranquillum: tunc navem celerem, ventis fretus,
Trahito in pontum: onus vero bene omne colloca.
Propera autem quam celerrime iterum domum redire:
Neque vero expectato vinumque novum, & autumnalem imbrem,
Et hyemem accedentem, Notique molestos flatus,
Qui concitat mare, secutus cœlestem imbrem
Multum, autumnalem: difficilem vero pontum facit.
Sed alia verna est navigatio hominibus,
Nempe cum primum quantum incedens cornix
Vestigium fecit, tantum folia homini appareant
Summa in ficu: tum sane pervium est mare.
Verna autem hæc est navigatio. non ipsam ego tamen
Probo: neque enim meo animo grata est,
Quia occasio ipsius invadenda. agre quidem effugeris malum. sed tamen & hac
Homines faciunt stultitia mentis.
Pecunia enim anima est miseris mortalibus.
Miserum vero est mori in fluctibus. Verum te jubeo
Considerare hæc omnia in animo quæcunque tibi consulo.
Ne vero intra naves omnem substantiam cavas pone:
Sed plura relinquito: pauciora vero imponito.
Miserum enim ponti in fluctibus in malum incidere:

Mise-

---

bres & tempestates impendentes.

676. Ἄλλως.] Vernam navigationem describit; quam ipse quidem non probat, ut periculosam, sed quæ tamen est usitata hominibus ob cupiditatem pecuniæ.

686. Οὔτ' ἀγορβίω.] In uno ὥς σ' ἀγορβίω. in altero, ὥς σε κυλβίω.

687. Μηδ' ἐπὶ νηυσὶν.] Id est, ne semel adducas in discrimen quicquid est rerum tuarum, nec omnia navibus committas; sed retine quædam, & viliora impone: ne si navem fregeris, de toto victu periclitaris. Generaliter verò mediocritatis laudem continet.

Δεινὸν δ', εἴ κ' ἐπ' ἄμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας,
Ἄξονα καυάξας, τὰ δ' φορτία μαυροθείη.
Μίτρα φυλάσσαο· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.
Ὡραῖος δ' γυναῖκα τὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πολλὰ λιπόλεπτον,
Μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά· γάμος δέ τοι ὧδε κάρηνος.
Ἡ δ' γυνὴ πίτνει ἠδφίη, πέμπλῳ δ' γαμέοιτο.
Παρθενικὴν δ' γαμέειν, ὥς κ' ἤθεα καδνὰ διδάξῃς.
Τὴν δ' μάλιστα γαμεῖν ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει·
Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδὼν, μὴ γείτοσι χάρμα γένηαι.
Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λήΐζεται ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς· τὴ δ' αὖτε κακῆς ὃ ῥίγιον ἄλλο,
Δειπνολόχης· ἥτ' ἄνδρα κὴ ἴφθιμόν περ ἐόντα
Εὖ ἄτερ δαλοῦ, κὴ ὠμὸν γήραϊ δῶκεν.
Εὖ δ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι.
Μηδὲ καζιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον·
Εἰ δέ κε ποιήσῃς, μή μιν πρότερος κακὸν ἔρξῃς.
Μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν. εἰ δέ κεν ἄρχῃ,
Ἢ ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἢὲ κὴ ἔρξας,
Δὶς τόσα τίννυσθαι μεμνημένος· εἰ δέ κεν αὖτις
Ἢ γῆτ' ἐς φιλότητα, δίκαιος δ' ἐθέλῃσι πεδέχειν,
Δέξασθαι. δειλός τοι ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον

Ποιεῖ-

692. Μίτρα.] Epiphonemate generali concludit modum esse servandum. Μίτρα φυλάσσεσθαι.] Non intellexerunt hæc interpretes. Hesiodus *μέτρα θαλάσσης* vocavit *τὰ ἀρχαῖον πλῆν.*

693. Ὡραῖος.] Tradit tempus conjugio maturum in mare & femella.

694. Τριηκόντων.] Al. *τριήκοντα.*

696. Τέτρ'.] Pollux quatuordecim exponit. Plato & Aristot. constituunt puellæ decimum octavum annum nubendi.

699. Μὴ γείτοσι χάρμα.] Propter tuum infortunium & malum. Hoc est, ne jocus fias, quod talem duxeris uxorem.

700. Οὐ μὲν γάρ τι.] Commendat bonam mulierem hic versus, quam etiam sacræ litteræ non vulgariter prædicant.

702. Δειπνολόχης.] Quæ comessationibus clam indulget, & quæ passim adit convivia. Ἥτ' ἄνδρα κὴ ἴφθιμον.] Efficit, ut etiam validus vir ante tempus senescat.

703. Ἄτερ δαλοῦ.] Sine face, id est, clam, etiamsi foris nihil appareat. Et crudam senectutem, *τὴν*

Miserum etiam, si quidem in currum pregrande onus imponens,
Axem fregeris, onera vero intereant.
Tempus observa: occasio vero in omnibus optima.
Maturus autem uxorem tuam ad domum ducito.
Neque triginta annis valde multum deficiens,
Neque superans multum: nuptia vero tibi tempestiva hæc.
Mulier autem quatuor annos pubescat, quinto nubat.
Virginem vero ducito, ut mores castos doceas.
Eam vero potissimum ducito quæ te prope habitat:
Omnia diligenter circum contemplatus, ne vicinis ludibria ducas.
Neque enim muliere quicquam vir sortitur melius
Bona: rursus vero mala non durius aliud,
Comessatrice: quæ virum, licet robustum,
Torret sine face, & cruda senecta tradit.
Bene vero reverentiam erga Deos immortales observato.
Neque fratri æqualem facito amicum:
Quod si feceris, ne ipsum prior malo afficias.
Ne vero mentiaris linguæ gratiam. Sin autem cœperis,
Aut verbum aliquod locutus infestum, aut faciens,
Bis tantum punire memineris: Sin vero rursus
Redeat ad amicitiam, pœnam autem velit præstare,
Suscipe. miser namque vir amicum alias alium

Facit:

ὦρὲ καιρὸν vocat & præcocem.

704. Εὖδ'.] De religione præcipit. Ὅπις, in Deo significat inspectionem & gubernationem rerum, justamque indignationem contra impios: In homine autem respectum ad Dei metum & reverentiam.

705. Μηδὲ.] Præceptum plenum humanitatis, nullam amicitiam præponendam esse sanguinis conjunctioni.

707. Μηδὲ ψεύδηθεν γλώσσης.] Hoc est, ne præ te feras benevolentiam simulatam, nec aliud sentias & aliud dicas. Et ne simules, ne præ te feras linguæ quandam gratiam.

708. Ἤ τι ἐπὶ εἴπῃσθα.] Si quis aut verbis offendet alium, aut manibus vim inferet, memor sit quod retalietur injuria multipliciter.

709. Δὶς τόσα.] Iubet offensionem amici duplici vindicta pensare, idque eo ut agnoscat delictum: & tum si in gratiam redire velit, benigne recipiendum docet. Alii sic intelligunt, acsi in genere diceret, nullum peccatum impunitum relinqui.

Ποιεῖται· σὲ δ' μή τι νόον κακὸν ἐλεγχέτω εἶδώς.
Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι,
Μηδὲ κακῶν ἕταρον, μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.
Μηδέ ποτ' ἀλκιμίῳ πενίῃ θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τίτλα θ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.
Γλῶσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, τελέσῃ δὲ χάρις κεν μέτρον ἰδυίης.
Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μείζον' ἀκούσαις.
Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελον εἶναι,
Ἐκ κοινῆς· τελέσῃ δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη.
Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Οὐ γὰρ τοῖγε κλύουσιν, ἀποπλύουσι δέ τ' ἀρὰς.
Μηδ' ἀντ' ἠελίοιο τελευτομένοιο ὀρθὸς ὁμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ, μεμνημένος, ἕς τ' ἀνιέντα.
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ τραπέσθαι ἀρήσῃς,
Μηδ' ἀπομινυθείς· μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.
Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδὼς,

Ἢ ὄγε

712. Σὲ δὲ.] Tu vites omnia, quæ in amicis improbantur, nec prodas animum tuum minus, quam conveniat integrum. Vel, vide ne vultus tuus præ se ferat simultatem, sed ex animo ejicias omnem pristinarum injuriarum memoriam.

713. Μηδὲ πολύξεινον.] Vtraque extrema liberalitatis fugienda monet. Est autem hic intelligenda prisca illa hospitalitas, quæ erat sacrosancta.

714. Μηδὲ κακῶν ἕταρον.] Admonet, malorum consuetudinem esse fugiendam: corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. Proveniunt autem duo mala ex malorum commercio. Primum quia nos induimus mores istius, qui cum vivimus. Secundo etiam famam propriam prostituimus. Μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.] Id est, ne facias convitium bonis, quia virtus est honore afficienda. Sed impossibile est in benefactis invidiam effugere, quemadmodum nec corpus umbram potest declinare.

715. Μηδέ ποτ' ἀλκιμίῳ.] Docet hoc loco, nemini exprobrandam esse paupertatem; ratio est, quod sit donum Dei, esse divitem vel pauperem.

717. Γλῶσσης τοι θησαυρός.] Generalis hæc sententia est. Linguæ thesaurus inter homines optimus. Nam sermo vincit omnes opes & quicquid est admirabile in rebus humanis.

719. Κα-

Facit: te vero ne quid animo coarguat vultus.
Ne vero multorum hospes, neve nullius hospes dicaris,
Neve malorum socius, neque bonorum convitiator.
Neque unquam miseram pauperiem animi consumptricem homini
Sustineas exprobrare, divorum munus immortalium.
Lingua certe thesaurus inter homines optimus
Parca, plurima vero gratia, si modum servet.
Quod si malum dixeris, forsan & ipse majus audies.
Neque in convivio publico gravem te prabeas,
Quod communibus sumptibus instruitur: plurima enim gratia,
sumptusque minimus.
Neque unquam mane Iovi libato nigrum vinum
Manibus illotis, neque aliis immortalibus.
Neque enim illi exaudiunt, respuunt vero etiam preces.
Neque contra Solem versus erectus meito,
Sed ab occasu illius, memor ejus rei, usque ad ortum.
Neque in via, neque extra viam progrediendo meias,
Neque denudatus: Deorum quippe noctes sunt.
Sedens vero divinus vir & prudens,

Aut

---

719. Κακὸν εἴπῃς.] V. C. Palat. κακὸν γ' εἴπῃς: & mox ἀκούσεις. Sunt qui legant, εἰ δέ κακόν τ' εἴποις. ubi elidendum esset, vel ε, vel ι. Hic certè τι aptius esset, quam τε, quod alioquin esset ὑπερπλεοφμολικόν. Durior tamen elisio existimatur τῆ ι, quam τῇ ε.

720. Δυσεύμοιλος.] Morosus, id est, non sis difficilis accessionis & collationis.

722. Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Δεῖ.] Hactenus leges tradidit, quæ ad mores pertinent, jam tradet ceremonias, id est, ritus sacrorum. Sunt autem illi ritus symbola quædam, id est, allegoriæ. ut in Moyse: *Bovi trituranti ne obligaveris os*, significatur, quo animo in illos esse debeamus, quorum opera utimur. Sic quum dicit, Mane Iovi libes nigrum vinum manibus lotis; significat, sacra reverenter esse tractanda, & ut non solum corpus foris, verumetiam animum à contagione vitiorum abluant.

725. Μηδ' ἀντ'.] Non esse mingendum contra Solem. Vel allegorice, contra magnos & honestos viros nihil proterve & irreverenter agendum.

726. Ἀνιέντα.] Al, Ἀνιόντος.

729. Ἑζόμενος.] Turcis etiamnum hodie religiosum est, ut sedentes mingant, & ingens flagitium designari credunt, si quis in publico cacaret aut mingeret.

Ἢ ὅγε σὺς τοίχων πλαδόσας δύεκέτ' αὐλῆς.
Μηδ' αἰδοῖα γυνὴ πεπαλαγμένῳ εἴδατ' ἔοικε
Εἰσίη ἐμπελαδὸν ἀθρόα φαινέμεν, ἀλλ' ἀλέεσθαι.
Μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο πόθεν δαπέδοιο πάσασθαι
Σπερμαίνειν γουνοῖσι, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.
Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
Πρωτὶ περᾶν, πρὶν γ' εὐχῇ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Ὃς ποταμὸν διαβῇ, κακότητα ὑπεκπροφύγῃσι,
Τῷ θεοὶ νεμεσῶσι, κῆρ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.
Μηδ' ἀπὸ πεντάζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Λοῦον ἀπὸ χλωροῖο πίμνειν αὐθαντι σιδήρῳ.
Μηδέ ποτ' οἰνοχόῃ πρόθεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων· ὀλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.
Μηδὲ δόμον ποιῶν, ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
Μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.
Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Ἔσθειν, μηδὲ λοετρὸ· ἐπεὶ κὴ τοῖς ἔνι ποινή.
Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν (κὴ γὰρ ἄμεινον)
Παῖδα δυωδεκαέτεα, ὅτ' ἀνέρ' ἀνδρώοντα ποιεῖ·

Μηδὲ

731. Μηδ' αἰδοῖα.] A congreſſu uxoris ne ſacra accedas.

733. Μηδ' ἀπὸ.] Ab hilariore convivio, non à triſtioribus ſacris accedendum ad uxorem docet.

735. Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν.] Poëtæ ſenſerunt, vim quandam numinis eſſe infuſam in omnes res; itaque & omnibus fluminibus ſuos deos finxerunt, qui illa agitarent & moverent, ob quam cauſam & ſacra illis fecerunt.

740. Μηδ' ἀπὸ πεντάζοιο.] Vngues non eſſe præcidendos in convivio, præſertim ſolenni. Πέντοζον vocat manum, quod quinque digitis tanquam ramis conſtet.

742. Μηδέ ποτ' οἰνοχόῃ.] Duplex poteſt eſſe ſenſus: vel, ut prohibeat parvum poculum ſupra craterem magnum collocari, ut ita potantibus inde haurire liceat quantum velint: vel ut ne velit parvum poculum pro cratere apponere, atque ita prohibeat parcimoniam in comporationibus. Tzetzes allegorice ſic interpretatur. Vbi agitur de republica, ne proprium commodum publico præpoſueris, neque partem toti: ex hoc enim infortunium ſequitur. pretioſior enim crater quam trulla aut calix.

744. Μηδὲ δόμον.] Spartam quam

Aut ad parietem accedens bene ſepti atrii.
Neque pudenda ſemine pollutus intra domum
Focum juxta revelato, ſed caveto.
Neque ab ominoſo ſepulcro reverſus
Seminato progeniem, ſed Deorum à convivio.
Nec unquam perennium fluviorum limpidam aquam
Pedibus tranſito, priuſquam oraveris aſpiciens pulchra fluenta,
Manus lotus amœna aqua limpida.
Qui fluvium tranſierit, malicia vero manus illotus,
Ei ſuccenſent Dii, & damna dant in poſterum.
Ne vero à manu Deorum in celebri convivio
Siccum à viridi reſeca nigro ferro.
Neque unquam patinam libatoriam pone ſuper craterem
Bibentium: perniciosum enim in ipſo fatum eſt ſitum.
Neque domum faciens imperfectam relinquito,
Ne forte inſidens crocitet ſtridula cornix.
Neque à pedatis ollis nondum luſtratis rapiens
Comedito, neque lavator: quia & hiſce noxa ineſt.
Neque ſuper immobilibus locato (non enim bonum eſt)
Puerum duodennem: quia virum inertem facit:

Neque

---

quam nactus es, orna. In quocunque genere verſeris, in illud incumbe, & in eo perſevera.

745. Κορώνη.] Fama ſiniſtra & maligna poteſt intelligi. Λαχίρυζα, pro καλάρυζα: garrula, ſtridula.

746. Μηδ' ἀπὸ.] Ex ollis nondum ſacrificatis & illibatis non capiendum eſſe cibum. Quidam per χυτροδας ἀνεπιβρέκτους intelligunt ollas ſupra focum ſtantes, ex quibus cibi nondum rite patinis infuſi, menſis impoſiti atque conſecrati ſunt.

748. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι.] Prohibet liberorum collocationem ſuper ſepulcra & morticina, (quæ vocat ἀκίνητα, quod non moveantur, vel non ſint movenda,) quod priſcis infauſtum videbatur. Vel allegorice prohibet ignaviam, ocium & delicias in prole XII annorum. Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν.] Pueri autem δυωδεκαταῖοι & δυωδεκάμηνοι, omnia communia cum matribus habebant, δίαιταν, τροφὴν, οἶκον, id eſt, ipſum Gynæceum. Heſiodus ergò, ne ejuſmodi puerulos, matrum λαθρῆς aſſueſcere ſinant, ex diſciplina veteri, quia δηλοῦσθαι τὰ σώματα ex aquæ tepore exiſtimabant, diligenter monet. Ib. Οὐ γὰρ ἄμεινον.] Vetus clauſula, qua potiſſimum utebantur in interdictis ſuis principes, erat, Οὐ γὰρ ἄμεινον.

Μηδὲ δυωδεκάμηνον· ἴσον κὴ τοῦτο τέτυκται.
Μηδὲ γυναικείῳ λυτρῷ χρόα φαιδρώσας
Ἀνέρα. λαυγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἔς' ἐπὶ κὴ τῷ
Ποινή. μηδ' ἱροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι χυρήσας,
Μωμᾶσθαι ἀΐδηλα· θεὸς νύ πη κὴ τὰ νεμεσσᾷ.
Μηδέ ποτ' ἐν σοφίῃ πολεμῶν ἄλαδε σφρεόντων,
Μηδ' ἐπὶ κέρδεσιν ἔρδειν· μέλλα δ' ἐξαλέασθαι.
Μηδ' ἐναποψύχειν· τὸ γὰρ ἔσ τοι λαΐτον ἔπειν
Ὧδ' ἔρδειν. δειλὼ γὰρ βροτῶν ἐπαλδύτο φήμῃ.
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κεύθῃ μὲ ἀείρας
Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη γε φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.
Φήμη δ' ἥτις πάμπαν ἀπόλλυται, ὧν τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζωσι. θεὸς νύ τις ἐστὶ κὴ αὐτή.

ΗΣΙΟΔΟΥ

---

755. Μηδέ ποτ'.] Hi rectè in fontes immingere dicuntur, qui sacram doctrinam commaculant.

756. Μηδ' ἐπὶ κέρδεσιν.] Hic versus in Ald. & aliis editionibus deest; quem tamen agnoscunt Scholiastæ, vel alio loco poni volunt, nempe versu 735, ut in editione Stephani, & hic, & ibi positus est.

758. Δειλὼ.] Boni nominis præcipuam curam habendam esse vult, quia

ΤΕΛΟΣ.

Neque duodecim menſium: æquale & hoc eſt.
Neque muliebri in balneo corpus abluito
Vir: gravis enim ad tempus eſt & in hoc
Pœna. neque in ſacrificia accenſa incidens,
Reprehende arcana: Deus quippe & hæc indigne fert.
Nec unquam in alveo fluviorum mare influentium,
Neque ſuper fontes meito: quin valde evitato.
Neque incæcato. id enim nihilo eſt melius.
Sic facere. gravem vero mortalium evitato famam.
Fama enim mala eſt, levis quidem levatu
Facillime, moleſta vero portatu, difficiliſque depoſitu.
Fama vero nulla prorſus perit, quam quidem multi
Populi divulgant. quippe Dea quædam eſt & ipſa.

HESIO-

---

quia (verſu ſequenti) nulla fama prorſus evaneſcat tanquam inanis, & non omnino de nihilo ſit, quod vulgo fertur. famæ enim vim quandam divinam etiam ineſſe. Ex hoc loco deſumpſit Virgilius deſcriptionem famæ, 4. Æneid. verſ. 173. *Fama malum, &c.*

762. Φημίζειε.] Ita C. V. alii φημίξειε. Ð. v. πω.

FINIS.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Ἡμέραι.

ARGVMENTVM IN DIES.

Tradit discrimina dierum, qui fausti vel inauspicati sint, item alia aliis diebus licere. Quædam vero discrimina ad causas naturales referri possunt, quædam sunt ex superstitionibus. Sunt autem eatenus discrimina servanda, quatenus causæ naturales cogunt. Superstitio vero præter causas naturales est, & ex impietate profecta. Esset vero insania, non habere naturæ

Ἤμαζα δ' ἐκ διόθεν πφυλαξμόφ, ὅτ' ἦξ μοῖφαν
Πεφφαδέμφ δμώεσσι. τεσσαφάδα μὲν ὁ πφῶτος
Ἔφγα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἀφμαλιὰν δατέεσθαι.
Εὖτ' ἂν ἀληθείῃ λαοὶ κφίνοντες ἄγωσιν.
Αἵδε γὰφ ἡμέφαι εἰσὶ Διὸς κατὰ μοῖφαν ἰοῦσαι.
Πφῶτον ἔνη, τελεή τε, καὶ ἑβδόμη, ἱεφὸν ἦμαφ.
Τῇ γὰφ Ἀπόλλωνα χφυσάοφα γείναθ' Λητώ.
Ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε, δύω γε μὲν ἤματα μὲν ὁ (770)
Ἔξοχ'

---

2. Πεφφαδέμφ δμώεσσι.. τεσσαφάδα μηνός.] Orditur a tricesima mensis die, quam dicit optimam esse. Eo die exactiones debitorum & usurarum, ut patet ex Aristophane, similiter & forensia judicia Athenis fieri solebant. Conveniebat enim populus in feriis ut judicaretur, doceretur de religione, & mores formarentur. Tum scenici ludi fiebant, qui vice concionum fuerant. Et hi ritus ad res politicas, non physicas, referendi sunt.

4. Εὖτ' ἂν.] Quidam Scholiastes hunc versum aliter intelligit, & ita interpretatur: ὅταν μὴ ἀληθείας κείνωσιν οἱ ἄνθρωποι τὰς ἡμέρας· ἤτοι ὅταν τὴν ἀληθῆ ὀπίσεσθαι συνῳδὸν, καὶ μετ' ἀκριβείας γινομένην.

6. Πρῶτον ἔνη.] Athenienses mensem, qui apud eos est 30 tantum dierum, in tres decades dividunt, quarum primam nominant ἰσαμένην μοῖραν, secundam μεσοῦντος, tertiam φθίνοντος. Deinde primæ decadis diem primam νουμηνίαν, secundam δευτέραν ἰσαμένην, tertiam τρίτην ἰσαμένην, & ita deinceps usque ad δεκάτην ἰσαμ. Secundæ decadis diem primam, πρώτην ὀπὶ δέκα, secundam, δευτέραν ὀπὶ δέκα, usque ad εἰκοστὴν sive εἰκάδα, id

HESIODI ASCRÆI DIES.

Argvmentvm in Dies.

naturæ rationem, cum illa nobis usui sit, & nostra causa à Deo condita. Itaque discrimina dierum nata sunt aliqua ex parte, ex aspectibus quibus Luna intuetur Solem: nam quadrati aspectus cient pugnam naturæ cum morbo: sed superstitiosa observatione aucta sunt. Nam inde apparet non esse certam rationem discriminis dierum apud Hesiodum, quod ait, aliis alios dies probari.

Dies vero ex Iove observans, bene secundum decorum
Præcipe servis. tricesimam mensis optimam
Ad opera inspiciendum, demensumque dividendum:
Nempe cum circa juris negotia & judicia populi ver-
Hæ enim dies sunt Iove à prudente. (*sentur.*
Primum, novilunium, quartaque, & septima, sacra dies:
Hac enim Apollinem ense aureo armatum genuit Latona.
Octavaque & nona, amba dies mensis

Egregie

δα, id est, xx diem. Tertia primam, τριτάτην δὴ εἰκάδι: vel Solonis inventu, numeros dierum ad Lunæ decrementum minuendo, ἐνάτην φθίνοντος, secundam ὀγδόην φθίνοντος, tertiam ἑβδόμην φθίνοντος, usque ad τριακάδα, id est, 30 diem, quam etiam ἕνην καὶ νέαν vocabant, id est, veterem & novam: quo nomine etiam instantis mensis prima dicebatur: itemque prima dies Lunæ jam apparentis, & tertia à coitu digressiæ. Cæterum Hesiodus hîc, nec singulatim omnes dies, aut ex ordine, nec iisdem etiam appellationibus commemorat, sed reperit quosdam bis aut ter, nonnullis interim velut μεσαδίων καὶ ἀκμέων prætermissis: quod suo quoque loco notabimus. Ἕνη igitur primus dies est, pro ἕνη καὶ νέα, nempe metri causa. Hunc dicit esse sacrum: sunt enim omnia initia sacra: τετρὰς pro τετάρτη, quartus dies, qui itidem sacer est, quia eo die prodit à coitu Luna, primumque tunc conspicitur.

8. Ὀγδοάτη.] Præteriris secundo & tertio, quinto item & sexto diebus, ut *mediis*, venit ad octavum & nonum, quos recte *utiles* dicit crescentibus: nam humores alit crescentia Lunæ.

10. νδε.

Ἕξοχ' ἀειξομένοιο βροτήσια ἔργα πίνειν.
Ἐνδεκάτη τε, δυωδεκάτη τ', ἄμφω γε μὲν ἐσθλά·
Ἡ μὲν γὰρ κεῖνον, ἡ δ' ὄφρονα κηρὸν ἀμᾶσθαι.
Ἡ δὲ δυωδεκάτη τ' ἐνδεκάτης μέγ' ἀμείνων.
Τῇ γάρ τοι νεῖν νήματ' ἀερσιπότῃσιν ὑφάντης
Ἡμάλδ' ἐν πλείῃ, ὅτε τ' ἴδηις σωρὸν ἀμᾶται.
Τῇ δ' ἐστὶν σήσασθαι γυνὴ, ὡς ἄριστα πέλοιτο·
Μείων δ' ἐσαμέη τεσσαρεσκαιδεκάτῃσιν ἀλέασθαι
Σπέρμαλδ' ἅρπαξαι· φυτὰ δ' ὑμῖν ὑφρέψασθαι ἄρίστη.
Ἕκτη δ' ἡ μέσση μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσιν·
Ἀνδρογόνδ' τ' ἀγαθή· κύρη δ' ἀ σύμφορός ἐστιν,
Οὔτε γυναῖκας πρῶτ', ὅτ' ἂρ γάμου ἀντιβολήσαι.
Οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη ἕκτη κύρη τε γυναῖκας
Ἄρμενδ', ἀλλ' ἐλίφους τε μένειν καὶ πώεα μήλων·
Σηκόν τ' ἀμφιβαλεῖν ποιμνήϊον, ἤπιον ἦμαρ.
Ἑβδομάτη δ' ἀνδρογόνδ', φιλέει δέ τε κέντρα βάζειν,
Ψεύδεά θ', αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ὀαρισμούς.
Μείων δ' ὀγδοάτη κάπρον καὶ βοῦν ἐλάσυνον
Ταμνέμεν, ἠρῆας δυωδεκάτῃ ταλαεργούς.
Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ, πλέῳ ἤματι, ἴσορρα φῶτα
Γίνεσθ'· μέγα γάρ τε νόου πεπυκασμένῳ ἐστίν.

Ἑβδομάτη

---

10. Ἐνδεκάτη.] Decimo præterito, undecimum & duodecimum varie laudat: quia Luna Solem trigono aſpectu intuetur, quem beneficum vocant.

11. Ἡ μὲν ὄϊς.] Per ſynæreſin pro ὄϊας.

13. Τῇ.] Id eſt, ταύτῃ. Ἀερσιπότῃσι, pro ἀερσιπότης, in aëre pendens.

14. Ἡμάλδ'.] Quidam legunt ἐμπλείῃ, unico vocabulo, & dicunt, ita vocari XXII diem, quaſi cumulatum & adauctum.

16. Μείων.] Ait, XVIII diem ſationi obeſſe, nimirum propter immodicum humorem. vetant enim ſementem facere in ſolo humidiore juſto. Contra plantas ſerere præcipiunt pluviis etiam tempeſtatibus. Vocat autem hunc diem τεσσαρεσκαιδεκάτῃσι μείων ἐσαμέη, qui dicitur alias τρίτη ὀπὶ δέκα.

18. Ἕκτη.] Præter vulgatum morem vocat decimum ſextum diem, ἕκτην μέσην, quum alias dicatur ἕκτη ὀπὶ δέκα. Eſt autem hæc dies, contra quam ſuperior, incommoda plantis, decreſcente nimirum Luna; utilis vero maribus gignen-

Egregie creſcentis ad curandum opera mortalium.
Vndecima vero, duodecimaque, amba quidem bona:
Hac quidem tondendis ovibus, illa latis ſegetibus metendis.
Duodecima tamen undecima multo melior.
Hac enim net fila in aëre ſuſpenſus araneus
Die expleta, quum & prudens formica acervum colligit.
Hac telam ordiatur mulier, proponatque opus.
Menſis autem inchoati decimatertia caveto
Sementem incipere: plantis vero inſerendis optima eſt.
Sexta vero media valde incommoda eſt plantis:
Viripara bona: puella vero non utilis eſt,
Neque gignenda primum, nec nuptiis tradenda.
Nec prima quidem ſexta puella gignenda
Apta eſt, ſed hœdis caſtrandis & gregibus ovium.
Stabuloque circumſepiendo paſtorali, benigna dies eſt.
Bona vero viripara, amatque convitia loqui,
Mendaciaque, & blandos ſermones, & occulta colloquia.
Menſis vero octava caprum & bovem valde mugientem
Caſtrato, mulos autem duodecima laborioſos.
Viceſima vero in magna, plena die, prudentem virum
Generato: valde enim bona eſt indolis.

Bona

---

gignendis : nam ex humido ſemine femellæ, ex ſicciore puelli naſcuntur. Et decreſcente Luna ſemen minus humidum eſt, quam creſcente.

20. Οὔτε γαμίδαις, ἐπ' ἀρ γάμοι ἀντιβολῆσαι.] Id eſt, non eſt utile puellis, ut tum contrahant nuptias, quia à plenilunio cœpit jam humor deficere. Addit deinde quædam paſtoralia officia, quæ omnia ad quadratum aſpectum pertinere videntur. *Ibid.* Γαμίδαις. MSS. Γείτοσιν μάλα.

26. Μιῶς δ' ὀγδοάτης.] Hoc tempore aprum & bovem caſtrare convenit.

27. Ταμνέμεν.] Hoc loco διαχρίζειν, non, occidere, ut vulg. interpr.

28. Εἰκάδι.] Sic vocat vigeſimum diem, quod ſumma dies ſit μιῶς μεσσηγύς, diebus τῆ φθίνοντος continuo inſequentibus. Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ.] In vigeſima die dicit prudentem virum naſci, & qui bona indole præditus ſit. Γ'σοφα eum vocat, qui multa ſcit & vidit.

29. Γίνεσθαι.] Hic pro πεπυκασμένος, nonnulla exemplaria habent πεπυμένος.

30. Κύρη

Ἐσθλὴ δ' ἀνδρογόνῳ δεκάτη, κέρη δέ τε τέλεια
Μέσση. τῇ δέ τε μῆλα, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
Καὶ κυνὸς ἡερχαρόδοντα καὶ ὑρῆας παλαιργοὺς
Περνύειν, ἐπὶ χεῖρα πιθεὶς. πεφύλαξο δ' ὑμέναν,
Τέτρασι δ' ἀλδύασκε φθίνοντός θ' ἱσαμόως τε,
Ἄλγεα δυμοβορεῖν. μάλα τοι τέλεσμόν ἦμαρ.
Ἐν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθ' ἐς οἶκον ἄκοιτιν,
Οἰωνοὺς κελεύω, οἵ ἐπ' ἔρσμαλι τύτθα ἄειδον.
Πέμπτας δ' ἐξαλέασθε· ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
Ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν Ἐρινύας ἀμφιπολεύειν,
Ὅρκον πεπνυμένας· τὸν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.
Μέσση δ' ἑβδομάτῃ Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Εὖ μάλ' ἐπιπλύνειν ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ
Βάλλειν· ὑλοτόμων τε πεμεῖν θαλαμήϊα δέρτα,
Νηΐά τε ξύλα πολλὰ, τά τ' ἄρμενα νηυσὶ πέλονται.
Τετράδι δ' ἄρχεσθαι νῆας πήγνυσθαι θοὰς.
Εἰνὰς δ' ἡ μέση ἐπιδείελα λώιον ἦμαρ.
Πρωΐζη δ' εἰνὰς παναπήμων ἀνθρώποισιν.
Ἐσθλὴ μὲν γάρ τ' ἠδὲ φυτεύσαι, ἠδὲ γενέσθαι,
Ἀνέρι τ' ἠδὲ γυναικί· κοὐδέποτε πάγκακον ἦμαρ.
Παῦροι δ' αὖτ' ἴσασι, τελοσεικάδα μηνὸς ἀείσω
Ἄρξα-

---

30. Κέρη δέ τε τέτρας] Vocat diem decimumquartum, τετράδα μέσου, qui puellæ gignendæ bonus eſt, quia Luna tum abundat humore, ejuſque lumen eſt gelidum magis, & calor temperatior. quapropter etiam animantia, cum tunc propter humoris abundantiam mitiora ſint, facilius cicurantur.

34. Τετράδι δ'.] Quartum diem à fine menſis & decimumquartum, vel (ut alii volunt) quartum & vigeſimumquartum improbat: tum enim & oppoſitio & interlunium lædunt corpora. Qui laborant cholericis morbis, ad poſtremam quartam magis languent; phlegmatici contra.

38. Πέμπτας.] Quintos dies monet fugiendos, nempe v, xv, & xxv. cujus rei nullam adfert rationem naturalem, ſed eam quæ eſt de religione, nempe quod tunc furiæ obambulent, & pœnas expetant à ſceleratis hominibus.

41. Μέσση δ'.] Monet Poëta fruges ventilandas à plenilunio, quia ſub id tempus excitantur venti, & aura ſiccior eſt. Prodeſt autem importari frumentum ſiccius: nam

Bona autem viripara decima, puella vero & quarta
Media. hac vero & oves., & curvipedes retortis cornibus boves,
Et canem aſperis dentibus, muloſque laborioſos
Cicurato, manum imponens. cautus vero eſto animo,
Vt quartam vites deſinentis & inchoati menſis,
Doloribus conficiendo animo. valde hac accommoda eſt dies.
Quarta autem menſis uxorem domum ducito,
Obſervatis avibus, quæ ad hanc rem ſunt optimæ.
Quintas vero evitato: quia difficiles ſunt & graves.
In quinta enim aiunt Furias obambulare.,
Perjurium vindicantes: quod malum contentio genuit perjuris.
Media vero ſeptima, Cereris ſacrum munus
Diligenter inſpiciens bene æquata in area
Ventilato: roborumque ſector incidito cubicularia ligna,
Navaliaque ligna multa, & quæ navibus congrua ſunt.
Quarta vero incipito naves compingere hiantes.
Nona autem media pomeridiana melior dies.
Prima vero nona prorſus innoxia hominibus.
Bona ſiquidem eſt ad plantandum, & ad generandum,
Tam viro quam mulieri: nec unquam prorſus mala dies.
Sed pauci rurſus ſciunt, tertium nonum menſis optimum

Im-

---

nam madidum importatum, ſtatim corrumpitur.

43. Βάλειν ὑλοτόμον.] Iubet ſecari ligna ad thalamos & naves, quod materia, quæ cæditur decreſcente Luna, firmior ſit; quæ vero creſcente Luna, illico putreſcat.

44. Νήια.] In quibuſdam exempl. interjicitur hic verſus, Τῆμος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ. Sed quoniam is ſupra habetur verſu 419, abundare omnino videtur.

46. Εἰναὶ.] Nona dies media, id eſt, XIX meridiana, melior eſt. Ἐπιδείελα, adverb. è plurali numero, ut ὀψέ τα. Quidam legunt ὅτι δείελα. Derivatur à δείελον, crepuſculum.

47. Πρῶτίστη.] Prima nona dies, ſcilicet à principio menſis, innocua eſt propter ter geminum aſpectum, cum Sol abeſt à ſignis.

49. Οὐδέ τι πω πάγκακον.] Proverb. Nullus dies omnino malus.

50. Παῦροι.] Loquitur de XIX die menſis, biduo nempe ante ἕνλωκαὶ νέαν.

51. Ἄρ-

Ἄρξασθαί τε πίθου, καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένα θεῖναι
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἵπποις ὠκυπόδεσσι.
Νῆα πολυκληῖδα θοὴν εἰς οἶνοπα πόντον
Εἰρύμεναι. παῦροι δέ τ' ἀληθέα κικλήσκουσι.
Τετράδι δ' οἵγε πίθοι. τῇδε πάντων ἱερὸν ἦμαρ
Μέσση· παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰκάδα μοιρίδιον δρῖστον,
Ἢ ὃς γινομένης· ἐπιδείλη δ' ἐστὶ χερείων.
Αἴδε μὲν ἡμέραι εἰσὶν ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ.
Αἱ δ' ἄλλαι μεταπάσσποι, ἀκήδεοι, ἤ τ' φέρουσαι.
Ἄλλῳ δ' ἄλλοίη αἰνεῖ, παῦροι δέ τ' ἴσασιν.
Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.
Τάων εὐδαίμων τε καὶ ὀλβίῳ, ὃς τάδε πάντα
Εἰδὼς ἐργάζηται, ἀναίτιος ἀθανάτοισιν,
Οἰωνοὺς κρίνων, καὶ ὑπερβασίας ἀλεείνων.

ΗΣΙΟΔΟΥ

---

51. Ἄρξασθαί πίθου.] Græciſmus, pro aperire dolium.

54. Εἰρύμεναι. παῦροι δέ τ', &c.] Id eſt, pauci certe ſervant hoc dierum diſcrimen, pauci norunt quiſnam dies præſtet.

55. Τετράδι.] Diem XIV intelligit.

56. Μέσση· παῦροι δ' αὖτε.] Ἔλλειψις hic eſt: nam ad dies referri debet. ut ſit ſenſus: Pauci poſt vigeſimam menſis optimam probant ſequentes dies. Nam & tempeſtatum & corporum maxime mutationes fiunt principio poſtremæ quartæ.

58. Αἴδε μὲν.] Epilogus eſt præceptorum. Eſt igitur conſiderandum quid religio præcipiat, deinde quid oriatur ex cauſis naturalibus. Quod enim ſecus ſe habet, ſuperſtitio eſt.

59. Αἱ

ΤΕΛΟΣ.

Implendis doliis, & ad jugum collo imponendum
Bobus & mulis & equis celeribus.
Navem bene clavatam celerem in nigrum pontum
Trahito. Sed pauci vera intelligunt.
Quarta vero aperi dolium. pra omnibus ſacra dies eſt
Media: pauci vero rurſum poſt viceſimam menſis optimam,
Aurora vigente. pomeridiana vero eſt deterior.
Et ha quidem dies ſunt hominibus magno commodo.
Catera autem incerta, ſine ſorte, nihil ferentes.
Sed alius aliam laudat, pauci vero norunt.
Interdum noverca eſt dies, interdum mater.
De his beatuſque & felix, qui hac omnia
Sciens operatus fuerit, inculpatus diis,
Auguria obſervans, & delicta evitans.

HESIO-

---

59. Αἱ δ'.] Μεταδεκτὸν promiſcuum ſonat. Ἀχήρεοι autem videtur Politianus vertiſſe emortuos dies. Et Hom. ſomnia vocat ἀχήρεια, quaſi dicas inania.

60. Ἄλλῳ.] Hic videmus Heſiodum non ubique ſecutum certam rationem, ſed in pleriſque ſuperſtitionem & conſuetudinem hominum.

61. Ἄλοτε.] Proverb. Dies noverca & parens.

62. Τέων.] Bene, inquit, habebit qui ſervaverit diſcrimina rerum. Adjecit tamen correctionem, quod alii alias probent ac laudent. Verum iſte inculpabilis, i. e. ille non peccabit, qui non violabit ea, quæ religioſe & utiliter conſtituta ſunt. Nam Dii favent iis, qui natura recte utuntur.

FINIS.

ἨΣΙΟ΄ΔΟΥ ΤΟΥ̃ ἈΣΚΡΑΙ΄ΟΥ

Ἀσπὶς Ἠρακλέους.

Argvmentvm in Scvtvm Hercvlis.

Inſcribitur hoc Poëma proprio nomine Herculis ſcutum, quod ejus præcipua ſit hic deſcriptio. Rei autem argumentum ſic habet. Taphii facta expeditione in Electryonis boves, interemerunt fratres Alcmenæ, qui armenta à vi illorum defendere conabantur. Cum autem Amphitryo cum ea coïre vellet, non prius promiſit quam de fratricidis pœnas ſumſiſſet. Quamobrem ipſe eo profectus illos interfecit. Eadem autem nocte cum ea coëunt & Iupiter & Amphitryo: hic reverſus à præ-

Ἠ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ παλαίδα γαῖαν
Ἦλυθεν ἐς Θήβας, μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα
Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
Ἦ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυθ' ἡλικιάων
Εἶδός τε μεγέθῳ τε. νόον γε μὲν ὤπις ἔειζε
Τάων ἃς θνηταὶ θνητῇσι τέκον ἀνήνεισαν.
Τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν, βλεφάρων τ' ἀπὸ καλλείων

Τοῖον

---

1. Ἠ οἵη.] Dubitari à multis ſolet, quid ſibi velit hoc ἀσπίδος initium, quod & abruptum videtur, & obſcurum, ideoque varie abſurdeque à multis eſt expoſitum. Nos igitur, ex G. Cantero, declarationem ejus evidentem adferemus (cujus ille I. Auratum ſibi auctorem eſſe profitetur) qua omnis omnino difficultas tolli videtur. Eſt autem res paulo altius repetenda. Heſiodus inter cætera quæ Pauſanias in Bœoticis enumerat, ſcripſit etiam μεγάλας ἠοίας, ut vocat idem Pauſanias, & præterea Athenæus, & Apollonii, Pindari, Sophoclis interpres: in quibus præclariſſimas quaſque mulieres & heroïnas perpetuo carmine celebravit, ut vel ſingulas pro exemplo nobis proponeret, vel unam aliquam præclariſſimam cum reliquis compararet. Hinc enim dictæ ſunt ἠοίαι, quod ſingulæ ſimilitudines ab his vocibus, ἢ οἵη, inciperent: ſicut & in Homeri Bœotia factum cernimus, & apud Hebræos in Pentateucho. Quocirca etiam contigit,

HESIODI ASCRÆI SCVTVM HERCVLIS.

ARGVMENTVM IN SCVTVM HERCVLIS.

à prælio, ille vero hominibus auxiliatorem generare volens. Peperit illa ex Amphitryone quidem Iphiclum, ex Iove vero Herculem: qui cum auriga Iolao proficiscitur adversus Cygnum, Martis filium: qui decimas ducentes ad Pytho, deprædabatur. Profectus igitur scuto per Vulcanum facto Trachinem abit ad Ceycem. Congressus cum Cygno, eum interimit, Martemque pro filio suo pugnantem in crure vulnerat. Atque ita venit ad Ceycem. Erat autem Cygnus gener Ceycis, ob filiam Themistonoën.

Vt qualis relicta domo ac patria tellure
Venit Thebas, secuta maritum Amphitryonem
Alcmena, filia populorum dissipatoris Electryonis.
Qua mulierum genus superabat fœminearum
Formaque & proceritate. mente utique nulla cum ea certabat
Illarum quas mortales mortalibus peperere concumbentes.
Cujus & à vertice, & à palpebris nigricantibus

Tale

---

git, ut H'οίλω posteriores Poëtæ, & inter alios Hermesianax Colophonius, Hesiodi fuisse amicam putarint, quam hoc modo celebraverit, ut & Homerus Penelopen, & alii alias. Earum igitur H'οιῶν fragmentum est, quod hodie exstat, Scutum Herculis, quo unà comparatio earum, quibus totum opus constabat quamplurimis, continetur: itaque & ab H'οίη, sicut etiam reliquæ, incipit. Et quamvis hoc opusculum magni sit operis fragmentum, proprio tamen insignitur nomine (ut antea diximus) & Scutum Herculis vocatur, quod ejus præcipua sit in hac comparatione descriptio, sicut apud nos Somnium Scipionis dicitur. Hæc igitur de ipsis vocabulis initii. Orditur autem Poëta à commendatione Alcmenæ, quæ Amphitryonem patris interfectorem Thebas secuta est.

7. *Κυανέων.*] Religio fuit in versu, qui tam male haberet, mutare quicquam viris doctis, quod ignorarent rationes Poëticas. Legendum *πανέων.*

Τοῖον ἄηθ', οἷόν τε πολυχρύσε Ἀφροδίτης.
Ἦ ἢ κὴ ὡς καθὰ θυμὸν ἐὸν πίσσειν ἀκρίτιλω,
Ὡς ὅπως τις ἔπισε γυναικῶν θηλυτεράων,
Ἦ μιλὼ οἱ πατρὲ ἐϑλὸν ἀπέκθανεν, ἶφι δαμάσσας,
Χωσάμενο τῶεὶ βυσί. λιπὼν δ' ὅγε πατρίδα γαῖαν
Ἐς Θήβας ἱκέτευσε Φερεσσακίας Καδμείους.
Ἔνϑ' ὅγε δώματ' ἔναιε σιὼ ἀϊδδίη παρακοίτι,
Νόσφιν ἄτιε φιλότητο ἐφιμέρο. ὃ γὰρ οἱ ἦεν
Πολὺν λεχέων ἐπιβλῶσαι ἐϋσφύρῳ Ἠλεκτρυώνης,
Πολύν γε φόνον πεσεῖο καρηγήτων μεγαθύμων
Ἧς ἀλόχω, μαλερῷ ὑ καθαφλέξαι πυρὶ κώμας
Ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.
Ὣς γὰρ οἱ δίκειϑ, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν.
Τῶν ὅγ' ὀπίζεϑ μιλῶιν, ἐπεὶ ϑάχισα
Ἐκτελέσαι μέγα ἔργον, ὃ οἱ δόσαν ϑέμις ἦεν.
Τῷ δ' ἅμα, ἰέμενοι πολέμοιό τε φυλόπιδός τε,
Βοιωτοὶ πληξιπποι, ὑπὲρ σακέων πεσόντες,
Λοκροί τ' ἀγχέμαχοι, καὶ Φωκῆες μεγάθυμοι,
Ἕαντο. ἦρχε δ' τοῖσιν ἐὺς παῖς Ἀλκαίοιο,
Κυδιόων λαοῖσι. πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε ϑεῶν τε
Ἄλλο μὲν οὔ τιν' ὄφαινε μετὰ φρεσὶν, ὄφρα ϑεοῖσιν
Ἀνδράσι τ' ἀλφηστῆσιν δηΐης ἀλκτῆρα φυλάσσῃ.
Ὧρτο δ' ἀπ' ὀλύμποιο δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων,
Ἱμείρων φιλότητο ἐϋζώνοιο γυναικὸς
Ἐννύχιο. πάρα δ' ἶξε Τυφαόνιον, τόϑεν αὖϑις
Φίκιον ἀκρόπολιν ϑρῴσκεϑήσατο μητίετα Ζεύς.
Ἔνϑα καϑεζόμενο, φρεσὶ μήδετο ϑέσκελα ἔργα.
Αὐτῇ μὲ γὰρ νυκὶ πανυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνης

Εὐνῇ

---

13. Ἐς Θήβας ἱκέτευσε.] Ἱκετεύειν, hoc loco, ξενίζειν, μετοικίζεσθαι, ὅτι βοηθεία. ἱκέτευσε ἐς Θήβας Καδμείους, nihil aliud eſt, quam εἰς Θήβας ὅτι βοηθεία τοῦ Καδμείους ἐπῴχετο: Thebanos auxilii cauſa petebat: Vel, Thebas, imploraturus auxilium Cadmeorum proficiſcebatur. Quæ ἱκετεία veteribus & ducibus erat uſitatiſſima.

15. Νόσφιν.] Declarat occaſionem ſuſcepti belli ab Amphitryone.

22. Ὃ οἱ δόσαν ϑέμις ἦεν.] Vox ϑέμις hic τὸ δίκαιον deſignat, ſicut ex

Tale quiddam ſpirabat, quale & ab aurea Venere.
Atque hæc talis exiſtens, tam animo ſuum colebat conjugem,
Perinde ut nulla unquam coluit mulierum fœminearum,
Quanquam ipſi patrem præſtantem occidiſſet, vi domitum,
Ira commotus propter boves. relicta autem ille patria tellure
Thebas venit, ſupplicans ſcutatis Cadmeis.
Vbi idem habitabat cum veneranda conjuge,
Seorſim abſque concubitu deſiderabili. Non enim licebat ipſi
Antè lectum conſcendere formoſæ Electryonidis,
Quam eadem ultus eſſet fratrum magnanimorum
Sua conjugis, flagrantique combuſſiſſet igne vicos
Virorum heroum Taphiorum atque Teleboarum.
Ita enim conſtitutum ipſi erat, diique teſtes facti fuerant.
Quorum ille verebatur iram, feſtinabatque quam celerrime
Exequi magnum opus, quod ipſi divinitus incumbebat.
Hunc autem una, cupidi belliique prælii,
Bœotii equitando inſignes, ſupra clypeos animum gerentes,
Lotrique cominus pugnantes, & Phocenſes magnanimi,
Sequebantur. ducebat autem eos præſtans puer Alcæi,
Gaudens tot populis. At pater hominumque deorumque
Aliud conſilium texebat in animo, ut Diis pariter
Et hominibus rerum indagatoribus Martis depulſatorem plantaret.
Profectus autem ab Olympo eſt dolum alta mente volvens,
Deſiderans concubitum elegantis mulieris
Per noctem: celeriterque venit in Typhaonium, unde rurſum
Ad Phicium ſummum acceſſit prudens Iupiter.
Vbi reſidens mente verſabat divina opera.
Nam eadem quidem nocte cum procera Electryonide

In

---

ut ex imitatione Græcorum apud Latinos ſæpe, & præcipue Horatium: *Quicquid corrigere eſt nefas,* ὅσῳ διορθώσασθαι ἀδύνατον, & per conſequens, ὅσῳ μὴ καθορθώσασθαι ἀνάγκη ἔχει, vel ἀναγκαῖόν ἐστι. Cæterum vox διόδειν ad juramentum ſpectat quod præceſſerat. Quicunque ergo juramento ſe obſtringit, illum urget Διὸς δέμας, aut δέμας διόδειν: quare jusjurandum, *Iovisjurandum* dixerunt veteres.

29. Φυτάδσῃ.] Legitur etiam φυτάδσας.

Εὐνῇ κὴ φιλότητι μίγη, πέλασεν δ' ἄρ ἐέλδωρ·
Αὐτῇ δ' Ἀμφιτρύων λαοσσόος, ἀγλαὸς ἥρως,
Ἐκλελίσας μέγα ἔργον, ἀφίκετο ὄνδε δόμονδε.
Οὐδ' ὅγ' ἐπὶ δμῶας κὴ ποιμένας ἀγροιώτας
Ὧρτ' ἴέναι, πρίν γ' ἧς ἀλόχου ἐπιβήμεναι εὐνῆς. 40
Τοῖον γὰρ κραδίην πόθος ἄμυδις ποιμένα λαῶν.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀσπασίως ὑπεκπροφύγῃ κακότητα
Νόσου ὑπ' ἀργαλέης, ἢ κὴ κρατερῇ ὑπὸ δεσμῷ·
Ὣς ῥα τότ' Ἀμφιτρύων χαλεπὸν πόνον ἐκλελυπὼς,
Ἀσπασίως τε φίλως τε εἰσ' δόμον εἰσαφίκανε. 45
Παννύχιος δ' ἄρ ἔλεκτο σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
Τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
Ἣ δ' ἦ τοι δμηθεῖσα, κὴ ἀντίον πολλὸν ἀρίστῳ,
Θήκῃ ἐν ἐπταπύλῳ διδυμάονε γείνατο παῖδε,
Οὐκ ἔθ' ὁμὸ φρονέοντε, (κασιγνήτω γε μὲν ἦστην.) 50
Τὸν μὲν χειρότερον, τὸ δ' αὖ μέγ' ἀμείνονα φῶτα,
Δεινόν τε κρατερόν τε, βίλῳ Ἡρακλείλῳ·
Τὸν μὲν ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι,
Αὐτὰρ Ἰφικλῆά γε δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι,
Κεκρυμμένῳ φυτεύ· τὸ μὲν, βροτῷ ἀνδρὶ μιγεῖσα· 55
Τὸν ἦ, Διὶ Κρονίωνι, θεῶν σημάντορι πάντων·
Ὃς κὴ Κύκνον ἔπεφνεν Ἀρηϊάδην, μεγάθυμον.
Εὗρε γὰρ ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος
Αὐτὸν, κὴ πατέρ' ὄν, Ἄρηα, ἄντον πολέμοιο,
Τεύχεσι λαμπομένους, στέλας ὡς πυρὸς αἰθομένοιο, 60
Ἑστηότ' ἐν δίφρῳ· χθόνα δ' ἔκλυπον ὠκέες ἵπποι,
Νίσσοιτες χηλῇσι· κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει,
Κοπτομένη πολεκτῆσιν ὑφ' ἅρμασι κὴ ποσὶν ἵππων.
Ἅρματα δ' ἀσπουδὴ κὴ ἄκλυτος ἀμφαφάασθαι,
Ἵππων ἠμύων. κεχάρητο δ' Κύκνος ἀμύμων, 65
Ἐλπόμενος Διὸς υἱὸν, ἀρήϊον, ἠνιόχην τε,
Χαλκῷ δηώσειν, κὴ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δύσειν.
Ἀλλά οἱ οὐχωλεὼν ὧδ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.

Αὐτὸς

---

36. Εὐνῇ.] Sunt exempl. quæ habent Εὐνῇ ἐν φιλότητι.

90. Ὃς

In lecto concubitu mixtus est, perfecitque desiderium:
Eadem autem & Amphitryo populorum dissipator, illustris heros,
Perfecto magno opere, rediit domum suam.
Neque ille ad famulos & pastores agrestes
Perrexit ire, antea quam sua conjugis conscendisset lectum.
Tale siquidem corde desiderium ceperat pastorem populorum.
Sicut quando quispiam magno affectu effugit afflictionem
Morbo ex difficili, aut etiam validis ex vinculis:
Ita tunc Amphitryo difficili labore exantlato,
Magnoque affectu, lubentique animo, domum suam reversus est.
Totaque nocte concubuit cum veneranda uxore,
Oblectando se muneribus aureæ Veneris.
Illa autem à Deo pariter domita, & ab homine longe optimo,
Thebis septem portas habentibus geminos peperit pueros,
Haud quaquam similes, quanquam fratres essent.
Alterum siquidem inferiorem, alterum autem longe præstantiorem virum,
Savum ac validum, vim Herculanam:
Hunc quidem compressa à nubium offuscatore Saturnio,
Iphicleum autem hastarum à concussore Amphitryone,
Diversa generatione: alterum quidem, cum viro mortali concumbens:
Alterum autem, cum Saturnio Deorum imperatore omnium:
Qui & Cygnum occidit, Martis filium, magnanimum.
Invenit enim in luco longe jaculantis Apollinis
Ipsum, & patrem ipsius, Martem, bello insatiabilem,
Armis fulgentes, ceu fulgor ignis ardentis,
Stantes in curru: terram autem pulsabant veloces equi,
Ferientes ungulis; pulvisque circa ipsos dividebatur,
Excitatus compactis à curribus & pedibus equorum.
Currus autem fabrefacti & rotarum ambitus circum resonabant,
Equis festinantibus. gaudebat autem Cygnus inculpatus,
Sperans se Iovis filium, Mavortium, aurigamque
Ferro interemturum esse, & inclyta arma despoliaturum.
Sed ipsius vota non exaudivit Phœbus Apollo.

Αὐτὸς γάρ οἱ ἔπωρσε βίλω Ἡρακληείλω.
Πᾶν δ' ἄλσος ἠὲ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασείου
Λάμπεν ὑπαὶ δεινοῖο θεᾶ τόξων τε καὶ αὐτοῦ·
Πῦρ δ' ὡς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο. τίς κεν ἐκείνῳ
Ἔτλη θνητὸς ἐὼν καὶ ἐναντίον ὀρμηθῆναι,
Πλὴν Ἡρακλῆος καὶ Νυδαλίμου Ἰολάου;
Κείνων γὰρ μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ σθεναροῖσι μέλεσσιν.
Ὅς ῥα τόθ' ἡνίοχον ποθέσφη κεδαλερὸν Ἰόλαον.
Ἥρως, ὦ Ἰόλαε, βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων,
Ἦ τι μετ' ἀθανάτους μήσαο, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
Ἥλιδε Ἀμφιτρύων, ὅτ' ἐϋσθένεον ποτὶ Θήβῃ
Ἦλθε, λιπὼν Τίρυνθα ἐϋκτίμενον πεδίοιο,
Κτείνας Ἡλεκτρύωνα, βοῶν ἕνεκ' οὐρυμελάων·
Ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα, καὶ Ἡνιόχῃ παρὰ πύργῳ.
Οἵ ῥά μιν ἠσπάζοντο, καὶ ἄρμενα πάντα παρεῖχον,
Ἧς δίκης ἕνδ' ἱκέτῃσι, πίον δ' ἄρα κηρόθι μᾶλλον.
Ζωὸς δ' ἀγαλλόμενος σὺν ἐϋσθένει Ἡλεκτρυώνῃ
Ἧι ἀλόχῳ· πάσας δ' ἄμμες ἐπιτρομέουσιν ὀιωνῶν
Γεινόμεθ', ἤτε φυλὴ ὀνειαλίσκιοι, ἤτε νόημα,
Σός τε πατὴρ καὶ ἐγώ· τὸ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς ποθέλιπεν σφέτερόν τε δόμον, σφετέρους τε τοκῆας,
Ὠίχετο πρήσσων ἀλιτήμονα Εὐρυσθῆα,
Σχέτλιος. ἦ πού μιν πολλὰ μελεδωνίζετ' ὀπίσσω,
Ἤν ἄτιν' ἀχέων· ἡ δ' ἐπαλιγκρεμές ἐστιν.
Αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεπὰς ἐπιτέλλετ' ἀέθλους.
Ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἰθέα φοινικόεντα
Ἵππων ὠκυπόδων· μέγα γὰρ φρεσὶ θάρσος ἀέξει,
Ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα, καὶ ὠκυπόδων θένος ἵππων,
Μηδὲν ὑποδδείσας κλύπον Ἄρεος ἀνδροφόνοιο,
Ὃς νῦν κεκληγὼς σεσιμαίνεται ἱερὸν ἄλσος
Φοίβου Ἀπόλλωνος ἑκηβελέταο ἄνακτος.
Ἧι μὲν

---

90. Ὅς ποθέλιπεν.] Multa exemplaria & quædam MSS. pro δόμον hic habent δῶρα, non sine magno sopdoque errore: cui tamen facillimum erat mederi, vel eo modo quo nos fecimus, vel sic, Ὅς ποθέλιπεν δῶμα σφέτερον σφετέρους.

92. Σχέ-

Ipſe enim contra illum concitavit vim Herculeam.
Totus vero lucus & ara Apollinis Pagaſai
Collucebat pra vehementis Dei armis; & ipſo;
Et quaſi quidem ignis ex oculis effulgebat. Quis autem illi
Suſtinuiſſet, mortalis exiſtens, obviam ſub conſpectum prodire,
Prater Herculem & glorioſum Iolaum?
Illorum enim & vis magna, & manus invicta
Ex humeris nata erant una cum robuſtis membris.
Is igitur tunc aurigam allocutus eſt fortem Iolaum.
O heros Iolaë, mortalium longe cariſſime omnium,
Nempe vere in immortales beatos, qui Olympum tenent,
Peccavit Amphitryo, quoniam bene munitas ad Thebas
Abiit, relicta Tiryntho urbe bene fundata, (tes:
Poſtquam occiderat Electryonem, propter boves latas habentes fron-
Venitque ad Creontem, & Heniochen longis ornatam veſtibus.
Qui ipſum ultro receperunt, & neceſſaria omnia prabuerunt,
Quatenus fas eſt ſupplicibus, coluerunteque ex animo magis.
Vivebat autem exultabundus cum formoſa Electryonide
Conjuge ſua: moxque nos revoluto anno
Nati ſumus, neque ſtatura ſimiles corporis, neque ingenio,
Pater tuus & ego: cujus quidem mentem ſuſtulit Iupiter.
Qui relicta domoque ſua, & ſuis parentibus,
Abiit veneraturus immaturo partu editum Euryſtheum,
Infelix. certe multum ingemiſcebat poſtea,
Noxam ſuam lugens: ſed illa irrevocabilis eſt.
Mihi vero Deus difficiles imperavit labores.
O amice, ſed tu celeriter contine habenas rutilantes
Equorum alipedum: magnamque mentibus fiduciam accumulans,
Recta dirige celerem currum, & alipedum robur equorum,
Nihil veritus ſtrepitum Martis hominum occiſoris,
Qui nunc cum clangore circumquaque furit per ſacrum nemus
Phœbi Apollinis longe jaculantis regis.

Enim-

92. Σχέτλιος.] Hic etiam pro μάλα è Palatin. cod. repoſuimus πολλὰ, ut conſtet verſus.

94. Αὐτὰρ.] Pro ἐπετέλλετο legitur etiam ἐπέτελλεν. MS. Palatin. priori aſſentitur.

Ἦ μὲν κὴ κρατερὸς περ ἐὼν ἄασεν πολέμοιο.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἀμώμητος Ἰόλαος·
Ἦ θεῖ', ἦ μάλα δή τι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Τιμᾷ σὸν κεφαλὴν, κὴ παῖρος Ἐννοσίγαιος,
Ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει, ῥύεταί τε πόληα·
Οἷον δὴ κὴ τόνδε βροτὸν κρατερόν τε μέγαν τε
Σαῖς ἐς χεῖρας ἄῖσσεν, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι.
Ἀλλά με, δύστηνον τάχ' ἀρήϊα, ὄφρα πάχισται
Δίφρους ἐμπελάσωμεν, Ἄρηός θ' ἡμέτερόν τε,
Μαρνώμεσθ'. ἐπεὶ οὔπω ἀπάρβητον Διὸς υἱὸν,
Οὐδ' Ἰφικλείδην δείδιξεται· ἀλλά μιν οἴω
Φάξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο,
Οἳ δή σφι χέδνα εἶσι, λιλαιόμενοι πολέμοιο
Φυλόπιδα στήσειν· τὰ σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βίη Ἡρακληείη,
Θυμῷ γηθήσας· μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν.
Καὶ μὲν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἦρως ὦ Ἰόλαε, διοτρεφὲς, ὄφρα τηλοῦ
Ὑσμίνην τρηχεῖαν. σὺ δ' ὡς πάρος ἦθα δαΐφρων,
Ὣς κὴ νεῶ μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτῃ
Πάντη ἀναστρωφᾶν, κὴ δρηγμῷ ὥς κε δυσήαι.
Ὣς εἰπὼν, κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινὰς,
Ἠφάιστος κλυτὰ δῶρα, θεὸς κνήμῃσιν ἔθηκε.
Δεύτερον αὖ θώρηκα θεὸς στήθεσσιν ἔδωκε
Καλὸν, χρύσειον, πολυδαίδαλον· ὅν ῥ' οἱ ἔδωκε
Παλλὰς Ἀθωναίη κύρη Διὸς, ὁππότ' ἔμελλε
Τοπρῶτον στονόεντας ἐφορμήσασθαι ἀέθλους.
Θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἑοῖς ἀλκὶ ἔρκος ἄδηρον

Δεινὸς

---

103. Ἦ θεῖ'.] Ita C. Palat. Alii ὦ θεῖ'.

105. Ὃς Θήβης.] Fuit & Thebe in Ægypto, à Busiride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, centum portis insignis. Præterea etiam Thebe in Bœotia fuit à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornavit, Bacchi & Herculis patria.

114. Φίλτερα.] Palatin. φέρτερα.

116. Θυμῷ.] Nonnulli codices habent μυθῷ.

118. Ἰόλαε.]

Enim vero, etiam validus licet existat, tamen exsaturabitur bello.
Hunc contra allocutus est inculpatus Iolaus:
O patrue, quam multum vero pater hominum atque Deorum
Honorat caput tuum, & taurinus Neptunus,
Qui Thebarum mœnia tenet, & tuetur civitatem:
Quemadmodum & hunc mortalem validumque magnumque
Tuas in manus adducunt, ut gloriam magnam auferas.
Sed age, induere arma Mavortia, ut quam celerrime
Currus inter se committentes, Martis & nostrum,
Decertemus. Quoniam neque intrepidum Iovis filium,
Neque Iphiclidem perterrebit: sed ipsum puto
Mox fugiturum duos pueros inculpati Alcidæ,
Qui prope adsunt, cupientes bello
Certamen instituere: qua res ipsis multo gratior quam epula.
Sic ait. arrisit autem fortis Hercules,
Animo oblectatus: admodum enim illi grata dixerat.
Atque ipsum, respondens, verbis volucribus allocutus est:
O heros Iolaë, Iovis alumne, non procul etiam hinc
Pugna aspera. Tu vero quemadmodum antea fuisti bellicosus,
Ita & nunc magnum equum Arionem nigricantibus setis obsitum
Quoquoversum convertе, & auxiliare pro eo ac poteris.
Sic locutus, ocreas ex Orichalco splendido,
Vulcani inclyta dona, tibiis induxit.
Mox & thoracem pectori induit
Pulchrum, aureum, variegatum: quem ipsi dederat
Pallas Minerva filia Iovis, tunc cum cœperat
Primum luctuosa aggredi certamina.
Posuit autem circa humeros nocumenti depulsorium ferrum

Savus

---

118. Ἰόλαε.] Nomen peritissimi aurigæ, quasi dicas, ἰὸς τὸ λαῶν, jaculum seu telum populi.

122. Ὀρειχάλκοιο.] Orichalcum, æs montanum. Schol. Hesiodi scribit esse æs candidum, quod in montibus inveniatur, aut materiam quandam metallicam ære pretiosiorem.

123. Ἡφαίστου.] Vulcani, quæ vox quibusdam videtur orta ex *Tubalcain*, de quo Genes. 4. 22. sic dicta ab ἅπτω accendo, & αἴσσω destruo.

130. Καὶ-

Δεινὸς ἀνήρ· πολίλων ἢ περὶ σήθεσσι φαρέτρων
Καββάλετ' ἐξόπιθεν. πολλοὶ δ' ἔνθεσαν οἰστοὶ
Γίγηλοὶ, θανάτοιο λαθιφθόγγοιο δοτῆρες.
Πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον, κὴ δάκρυσι μύρον·
Μέσσοι ἢ ξεστοὶ, περιμήκεες· αὐτὰρ ὄπιθεν
Μορφνοῖο φλεγύας καλυπτόμενοι πτερύγεσσιν
Ἦσαν. ὁ δ' ὄβριμον εἶχε φαεινὸν ἀκαχμένον εἰλεῖ χαλκῷ·
Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὐτυκτον ἔθηκε,
Δαιδαλέην, ἀδάμαντι, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν,
Ἥτ' εἴρυτο κάρη Ἡρακλῆος θείοιο.
ΧΕΡΣΙ' μὲ σάκος εἶλε παναίολον· ὐδέ τις αὐτὸ
Οὔτ' ἴρρηξε βαλὼν, οὔτ' ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι.
Πᾶν μὲν γὰ κύκλῳ πτόην, λευκῷ τ' ἐλέφαντι,
Ἠλέκτρῳ θ' ὑπολαμπὲς ἔλω, χρυσῷ τε φαεινῷ
Λαμπόμενον· κυάνῃ ἢ ἀμφὶ πτύχες ἠλήλαντο.
Ἐν μέσσῳ ἢ δεφάνη Γοργοῦς ἔλω φόβοιο, ὅπι φαλειὸς,
Ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς.
Τῷ κὴ ὀδόντων μὲν πολὴτο σήμα λευκὰ θεώντων,
Δεινῶν, ἀπλήτων. ἐπὶ ἢ βλοσυρεῖο μετώπου
Δεινὴ Ἔρις πεπότητο, κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν,
Σχιλίη, ἢ ῥα νόον τε κὴ ὀκ φρένας εἶλεῖ φωτῶν
Οἵ πινες ἀντιβίλω πόλεμον Διὸς υἱ φέροιεν.
Τῶν κὴ ψυχαὶ μὲν χθόνα δυσσ' ἄϊδος εἴσω
Αὐτῶν· ὀστέα δὲ σφι περὶ ῥινοῖο σαπείσης
Σηπέα ἀζαλέοιο κελαινῇ σύθεται αὐῇ.
Ἐν ἢ φοβίωξίς τε παλίωξίς τε πέτυκτο·
Ἐν δ' ὁμαδός τε, φόβος τ', ἀνδροκτασίη τε δεδηώς.
Ἐν

130. Καββάλετ'.] Est alia lectio, quæ pro δ' ἔνθεσαν, ut est in Palat. habet δὲ τοι ἔασαν.

139. Χερσί.] Sequitur jam clypei Herculis elegantissima & admirabilis descriptio. In MS. Palatin. & fere eodem modo Ald. & Flor. editionibus præfixus est titulus huic versui, Ἀρχὴ τῆς ἐπισφραγίδος τῆς ἀσπίδος. quasi vero præcedentia non pertineant ad idem opus.

143. Κυάνῃ.] Alias κυανῆ.

153. Κελαινῇ.] Quidam malunt, μελαίνῃ: eadem tamen signif.

154. Ἐν ἢ.] Est hic ὑποτύπωσις acerrimæ pugnæ. φοβίωξις, q.d. prosecutio, vel properſecutio. Interpr. ἐν τούτοις φησὶν ὧν καὶ φοβίωξις καὶ ἐπιδο-

Saevus vir: cavam autem circa pectora pharetram
Rejecit in tergum. in hac multa erant sagitta
Horrenda, mortis vocem reprimentia datrices.
Ha ab anteriori quidem parte mortem habebant prafixam, & lacrymis madebant:
Media autem polita erant, longa: sed à tergo
Nigra aquila contecta alis
Erant. ille autem validam hastam prafixam ære corripuit:
Capiti vero ingenti galeam fabrefactam imposuit,
Variegatam, ferream, temporibus adaptatam,
Qua tutum reddebat caput Herculis divini. (quam
At manibus clypeum accepit varium totum, quem nemo quis-
Neque perrupisset jaciendo, neque comminuisset, mirum visu.
Nam totus quidem circumquaque gypso, candidoque ebore,
Et electro lucidus erat, auroque fulgido
Splendens: caruleis plicis fulgorem intersecantibus.
In medio autem draconis erat terror, haudquaquam effabilis,
Retro oculis igne lucentibus tuens.
Cujus & dentibus quidem repletum erat os candicantibus,
Saevis, inaccessis. super terribilem autem frontem
Seva contentio devolitabat, accendens pugnas hominum,
Tetra, qua & mentem eximebat & pracordia viris
Quicunque bellum adversus Iovis filium gererent.
Quorum & anima quidem sub terram eunt ad Orcum intro
Ipsorum: ossa autem ipsis, pelle circum putrefacta,
Sirio sub torrido in nigra putrescunt terra.
ήσω, *vinco*. ε. 209. α. 311.

Νικηθεὶς, *victus*, part. a. 1. pass. νικήσας, part. a. 1. act. à νικάω, ῶ, *vinco*, f. ήσω, p. νενίκηκα. Θ. 73. 496.

Νίσοντ', imperf. pro νίσοντο, *revertebantur*. Vide νίομαι, *redeo*, pro quo, νίσομαι, seu νείσομαι. α. 469.

Νίφα, accus. per apocopen pro νιφάδα, à νιφὰς, άδος, ἡ, *nix*. à νίφω, *ningo*, f. ψω, p. φα. ε. 533.

Νιφόεντος, g. sing. à νιφόεις, *nivosus*, à νίφω, f. ψω, p. φα, *ningo*. Θ. 42. 62. 118.

Νιψάμενος, *lotus*, a. 1. part. m. à νίπτω, *lavo*, f. ψω. ε. 737.

Νοέῃ, *sapit*, 3. præs. sub. à νοέω, ῶ, νοοῦντες, Doricè pro νοοῦντες, *cogitantes*, præs. part. Th. νόος, νοῦς, mens. ε. 259. 294.

Νόημ', pro νόημα, τὸ, *intellectus*, *cogitatio*. Them. νόος, νοῦς. α. 222.

Νοήσας, a. 1. part. νοῆσαι, inf. νόησε, pro ἐνόησε, Ion. a. 1. ind. Th. νόος, νοῦς, *mens*. ε. 12. 482. Θ. 838.

Νομὸν, *pabulum*, acc. à νομὸς, οῦ, ὁ, *pabulum*. Th. νέμω, *pasco*. ε. 401. 524.

Νόμος, lex, νόμοις, *leges*, à νέμω, *tribuo*. ε. 274. Θ. 66.

Νόος, νοῦς, ὁ, *mens*, νόοιο, gen. Ion. ε. 481. 683. Θ. 661.

Νόσφι, *absque*, ut & νόσφιν, *seorsum*. ε. 91. νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, hoc est, *plane absque malis*. Adverbia quæcunque ingeminata, sunt ἐμφατικά. ε. 91. Θ. 870.

Νότος, ου, ὁ, νότοιο, gen. Ion. *notus, auster*. ε. 673. Θ. 380.

Νοῦσος, ου, ἡ, Ionic. pro νόσος, ου, ἡ, *morbus*. ε. 102. Θ. 527.

Νυ, apud Poetas est particula expletiva. ε. 205. 262.

Νύκτα, *noctem*, acc. à νὺξ, *nox*. νύκτ', pro νύκτα. ε. 102. Θ. 166.

Νύκτωρ, adv. *noctu*, à νὺξ, νυκτὸς, ἡ, *nox*. ε. 175.

Νύμφη, ης, ἡ, *Nympha*, νυμφέων, *nympharum*, Ion. pro νυμφῶν, à νύμφη, *sponsa*, h. e. promissa, nempe fœdere promissa, fœderata. Θ. 298. 305.

Νῦν, *nunc*, adv. temporis. ε. 174. 200. α. 99.

Νὺξ, νυκτὸς, ἡ, *nox*. νύχ', pro νύκτα, acc. sing. ε. 17.

Νυχίη, *nocturna*. Th. νὺξ. νυχίη, *nocturna*, pro *noctu*. Sic Vergil. Georg. 3. *lupus nocturnus obambulat*. ε. 521.

Νύσσοντες, præs. part. à νύσσω, *pungo*, f. ξω. α. 62.

Νῶθ' pro νῶτα, à νῶτος, ου, ὁ, *dorsum*. in pl. τὰ νῶτα. α. 286.

Νῶϊ, & νῶϊν, in gen. & dat. duali. Th. ἐγὼ, *ego*. α. 358.

Νωμήσας, *vibrans*, a. 1. part. à νωμάω, *agito*, *moveo*, à νέμω, sicut στρωφάω, à στρέφω. α. 462.

Νώνυμος, *ignobilis*, ex νὴ, & ὄνυμα, Æol. pro ὄνομα, *nomen*. ε. 153.

Νῶτα, plur. num. à νῶτος, ου, ὁ, *dorsum*, & in plur. τὰ νῶτα. ε. 532. α. 167. Θ. 762.

Ξ.

Ξ Ἄνθη, nomen mul. ϑ. 356. & ξανθὴ, ῆς, ἡ, *flava*. ϑ. 947.

Ξεῖνος, Poëtice pro ξένος, ου, *peregrinus*. ε. 181. dat. pl. ξείνοισι. ε. 223.

Ξεινοδόκῳ, *hospiti*, dat. à ξεινοδόκος, Ion. pro ξενοδόχος, ου, ὁ, *qui recipit peregrinos, hospes publicus*, ex ξένος, & δέχομαι, f. δέξομαι, *capio*. ε. 181.

Ξεστὰ, *rasiles*, à ξεστὸς, ὄν, ὁ. Them. ξέω, f. ξέσω, *rado*. α. 133.

Ξύλα, *ligna*, à ξύλον, ου, τὸ, *lignum*. ε. 806.

Ξύμπασαι, *universa*, in m. g. ξύμπας. Th. πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *omnis*. ε. 238.

Ξυὶ, Atticè pro σὺν, *cum*, præpositi. dativum solum regens. ϑ. 347.

Ξυνήονας, *participes*, acc. plur. à ξυνήων, ονος, ὁ ἢ ἡ, à ξυνὸς, pro κοινὸς, *communis*, unde ξυνήων, ονος, ὁ & ἡ. ϑ. 595.

Ξυνιόντων, *confligentibus*, part. a. 2. act. gen. à ξυνίημι, *congredior, confligo*, vel ξυνέημι. Th. ἵημι, & εἶμι, *eo*. illud in a. 2. ἴων, ῖσα, ε. ϑ. 705.

Ο.

Ο, Ille. ε, 89. α. 135. & ὁ ponitur pro ὅτι. α. 22.

Ὀάρας, *confabulationes*, acc. pl. nam pro ὄαρας, dicimus & ὄαροι. Th. ὄαρ, αρος, ἡ, *uxor*. ϑ. 205.

Ὀβριμον, *terribilem, fortiter*, ponitur adverbialiter, ab ὄβριμος, validus, hoc à βριάω, *fortis sum*. α. 135. ϑ. 839.

Ὀβριμοεργὸς, fortium facinorum patrator. composita cum voce ἔργον sunt ὀξύτονα. ϑ. 996.

Ὀβριμόθυμος, ου, ὁ, ab ὄβριμος, *robustus*; & hoc à βριάω, *robustum reddo*, & θυμὸς, *animus*. ϑ. 140.

Ὀβριμοπάτρης, *forti patre natæ*, genit. sing. ab ὀβριμοπάτρη. Epith. Palladis, ab ὄβριμος, *fortis*, & πατὴρ, ἔρος, *pater*. ϑ. 587.

Ὀγδοάτῃ, dat. ab ὀγδοάτος, poët. pro ὄγδοος, *octavus*. Th. ὀκτὼ, *octo*. ε. 770. 788.

Ὀγε, g. m. ε. 355. ὄγε, g. n. ε. 244. & ὅδ', pro ὁδε. ε. 361.

Ὀδόντα, *dentem*, acc. ab ὀδὼς, ὀντος, ὁ, *dens*. α. 146. 235.

Ὁδὸς, ὁδοῦ, ἡ, *via*. ε. 577. 727.

Ὀδυσῆϊ, dativ. & ὀδυσῆος, pro ὀδυσσέως, gen. Ion. ab ὀδυσσεὺς, Ulysses. ϑ. 1012. 1016.

Ὠδύσατο, 3. sing. a. 1. med. *iratus fuit*, ab ὀδύζομαι, f. ὀδύσσομαι, a. 1. med. ὠδυσάμην. Th. ὀδύσσω. *irascor*. ϑ. 1012.

Ὄζος, ου, ὁ, proprie significat *ramusculum, stolonem*. Metaphoricè, homo bellicosus. Ὄζος Ἄρηος dicitur, quasi ramus è Martis stirpe prognatus. α. 181.

Ὀθρυος, genit. ab ὄθρυς, υος, ἡ, *nomen montis*. ϑ. 632.

Οἱ, illi. ε. 69. 77. 86. 118.

Οἱ, *qui.* ε. 39. 123. α. 84.

Οἱδ', *hi.* ε. 118.

Οἶ, an οἷ, legend. *illi.* Θ. 503. h.e. *αὐτῷ, illi,* ab ὅς, οἱ, ἕ. ε. 69. 73. 76. 77. 263. α. 20.

Οἶγε. α. 288. 301.

Οἷα, *qualia,* ab οἷος, α, ον, *qualis.* α. 400. Θ. 93.

Οἶγε, *aperi,* præſ. imperat. act. ab οἴγω, *aperio,* f. οἴξω, p. ὦχα, & ἔωχα, præt. med. ἔωγα. ε. 817.

Οἰδιπόδαο, genit. Æol. pro οἰδιπόδου, ab οἰδιπόδης, ου, ὁ, nomen viri. ε. 162.

Οἶδ', pro οἶδε, *novit.* præt. med. οἶσθα, pro οἰδασθα, *noſti.* θα, Æolica paragoge, præt. med. οἶδα, ας, ε. ab εἰδέω, vel εἴδημι, *ſcio,* f. εἰδήσω, p. εἴδηκα. ε. 454. α. 355.

Οἰδμαλι, dat. ſing. ab οἴδμα, per ſyncopen pro οἰδήμα, ατος, n. g. *tumor.* Th. οἰδέω, vel οἰδάω, f. ήσω, *tumeo, inflatus ſum.* Θ. 109. 131.

Οἰζυός, genit. ab οἰζύς, ύος, ἡ, *ærumna,* in acc. οἰζώ, hinc οἰζυρὸς, *calamitoſus,* οἰζυρῇ, Ionicè pro ᾷ. ε. 113. 193. 637. Θ. 214.

Οἰκείων, poëtice pro οἰκέων, præſ. part. *habitans, commorans,* f. ήσω, p. ᾴκηκα, ab οἰκέω. Th. οἶκος, ου, ὁ, *domus.* Θ. 330.

Οἰκήια, τὰ, *res domeſticæ,* ab οἰκήιος, Ion. pro οἰκεῖος, *domeſticus.* Th. οἶκος, ου, ὁ, *domus.* ε. 455.

Οἶκον, acc. ab οἶκος, ου, οἰκί, pro οἰκία, à ſingul. οἰκίον, ου, τὸ, *domuncula,* οἶκόν δε & οἰκαδε, *domum.* ε. 521. 574. Θ. 64. 758.

Οἶμος, ου, ὁ, ἡ, *ſemita,* idem quod οἴμη, ης, ἡ, *via, ſemita.* ε. 228.

Οἰνέων, gen. pl. Ion. pro οἰνῶν, ab οἴνη, ης, ἡ, vitis. Th. οἶνος, ου, ὁ, *vinum.* ε. 570.

Οἰνοπι, dat. ſing. *nigro.* οἰνοπα, acc. ab οἰνοψ, οἰνοπος, qui vinei coloris eſt, q. ὄψις τοῦ οἴνου, *niger inſtar vini.* Vina illa Græcorum calidiſſima ſubnigrum imitantur colorem. Th. οἶνος, *vinum,* & ὤψ, *oculus.* Th. ὄπτομαι, *video.* ε. 620. 815.

Οἶνος, οἴνου, vinum. ε. 594.

Οἰνοχόη, ης, ἡ, *patina libatoria, trulla, ex qua vinum fundebatur,* ex οἶνος, & χέω, *fundo.* ε. 742.

Οἷος, pro ὅμοιος, *ſimilis.* ε. 312. α. 386.

Οἷος, pro ὅμοιος, *ſimilis,* οἷος ergò *qualis,* item, *ſimilis,* ſed οἷος, α, ον, *ſolus.* Neut. οἷον, *ſolum.* ε. 311.

Οἷον, *tantummodo,* adv. ab οἷος, οἴη, οἷον, *ſolus, a, um.* Θ. 386.

Οἷς, contractè pro οἷας, *oves,* acc. pl. Th. eſt οἶς οἰός, vel οἶς, οἷος, ἡ, *ovis.* ε. 232. 773.

Οἷς, & οἷσιν, dat. pl. Ion. ab ὅς, *qui.* ε. 144. Θ. 432.

Οἶσθα, pro οἶδασθα, *noſti.* Vide in οἶδ'. α. 355.

Οἴσεις, *feras,* f. 1. à φέρω, f. οἴσω. ε. 480.

Οἰστοὶ, *ſagittæ.* ab οἰστὸς, οῦ, ὁ, *ſagitta.* ab οἴω, *fero,* f. οἴσω. α. 130.

Οἴτε,

Οἵπε, & οἵτ', nom. plur. ab ὅστ. ε. 303. α. 351. Ϟ. 46.

Οἵπνις, nom. pl. ab ὅστις, ἥπις, ὅ,τι, *quicunque*. α. 150. 163.

Οἰωνοῖς, dat. pl. ab οἰωνὸς, ῦ, ὁ, *avis*. hinc οἰωνιστὴς, ῦ, ὁ, *augur*. ε. 799. α. 185.

Οἴω, sive ὄἴω, *puto*. item *fero*. α. 111.

Οἴων, *ovium*, gen. pl. Vide supra ὄἷς. Ϟ. 446.

Ὀκτάβλωμον, *octo morsuum*. à βλωμὸς, ῦ, ὁ, pro panis portione, *buccella*, & ὀκτὼ, *octo*. ε. 440.

Ὀκταπόδῳ, *octopedalem*, accus. ab ὀκταπόδης, à πῦς ποδὸς, *pes*. ε. 423.

Ὄλβος, ου, ὁ, *beatitudo*, *felicitas*. q.d. ὅλος βίος, hinc ὄλβιος, *beatus*. ε. 324. 824.

Ὄλεθρον, *perniciem*. ab ὄλλυμι, *perdo*, f. ὀλέσω, a. 1. act. infin. ὀλέσσαι, præt. m. ὤλα, & Att. ὄλωλα. ε. 178. 666. Ϟ. 326.

Ὀλίγον, pauxillum, adv. ab ὀλίγος, η, ον, *paucus*. ε. 478. hinc

Ὀλίγιστος, superl. *pauciſſimus*. ε. 721.

Ὀλμειὸς, ῦ, ὁ, fluvius in Heliconе Bœotiæ, ſic dictus ab Holmeio Siſyphi filio. Ϟ. 6.

Ὄλμος, ου, ὁ, *mortarium*. ε. 421. Ϟ. 96.

Ὀλοὴ, *perniciosa*. ab ὀλοὸς, ὴ, ὸν, hinc & ὀλοΐος, idem. Them. ὄλλυμι, f. ὀλέσω, *perdo*. ε. 743.

Ὄλυμπος, quaſi ὁλόλαμπος, ου, ὁ, *totus lucens*, Theſſaliæ mons altiſſimus, & pro ipſo cœlo ponitur. Hinc ὀλύμπιος, *cœleſtis*, & ὀλυμπιάδες, Muſæ dictæ, tanquam Olympias domos inhabitantes. α. 203. Ϟ. 25. 52. 390.

Ὁμὰ, *ſimilia*, ab ὁμὸς, *ſimilis*. α. 50.

Ὄμαδος, ου, ὁ, *tumultus*, multitudo. Them. ὁμὸς, ῦ, ὁ, *ſimilis*. α. 155.

Ὁμαρτήσας, *ſecutus*. a. 1. part. ab ὁμαρτέω, ῶ, *ſequor*, f. ήσω. Th. ὁμαρτῇ, idem quod ὁμῦ, *ſimul*. ε. 194. 674.

Ὄμβρωῦ, *pluvioſæ*. Alii ὁμβρηρῦ. eſt adject. g. n. ab ὄμβρος, *imber*. hinc ὀμβρίωος, *pluvioſus*. ε. 449.

Ὄμβριμος, *robuſtus*. Vide ſupra ὄβριμον. ε. 144.

Ὄμβρος, ου, ὁ, *imber*. ϖϑὸ τὸ ὁμῦ ῥεῖν *ſimul fluere*, ubi aqua copioſè fluit, quod in imbre (quæ ipſa vox hinc orta eſt) fieri ſolet, hinc ὁμβρήσαντος, pluente. a. 1. part. ab ὁμβρέω, ῶ, *pluo*, ὁμβρήσαντος. a. 1. part. ε. 413. 490.

Ὀμεῖται, *jurabit*, 3. ſing. fut. 2. med. verbi ὄμνυμι, *juro*, f. ὀμόσω, f. 2. med. ὁμῦμαι, ῇ, εῖται, p. ὤμοκα, a. 1. ὤμοσα. ε. 192.

Ὁμηλικας, *coætaneos*, acc. pl. ab ὁμηλιξ, ικος, *coætaneus*. Th. ὁμὸς, *ſimilis*, & ἡλικία, ας, ἡ, *ſtatura*. ε. 442.

Ὁμηρῶσαι, pro ὁμηρῆσαι, præſ. part. f. g. pl. num. ab ὁμηρέω, *in unum convenio*. Th. ὄμηρος, ου, ὁ, *obſes*. q. ex ὁμῦ, *ſimul*, & εἴρω, *loquor*. Ϟ. 39.

Ὁμιληδὸν, *turmatim*, Adverb.

Th. ὅμιλος, ᾱ, ὁ, *turba*. α. 170.

Ὁμιχεῖν, *meiere*, præſ. inf. ab ὀμιχέω, q. d. ὀμῶ χέειν. ε. 725.

Ὄμμασι, *oculis*, dat. pl. ab ὄπτομαι, *video*. f. ὄψομαι. p. ὦμμαι. hinc eſt ὄμμα, ατος, τὸ, *oculus*. α. 262.

Ὁμόθεν, *ſimul*, ab ὁμῶ. Th. ὁμὸς, ᾱ, ὁ, *ſimilis*. ε. 108.

Ὁμοῖος, ſive ὁμοῖος, ᾱ, ὁ, *ſimilis*, Poët. ὁμοίιος. Th. ὁμὸς, ᾱ, ὁ, *ſimilis*. ε. 143. 180.

Ὁμοκλῆς, gen. ab ὁμοκλὴ, ἡ, *hortamentum, comminatio*. q. λὸτὸ τοῦ ὁμοῦ κέκλεσθαι. Euſtath. Th. κέλομαι, *hortor, jubeo*. α. 341.

Ὁμὸν, *eundem*. ab ὁμὸς, unde eſt ὁμοῖος. ϑ. 508.

Ὀμόσσῃ, *juraverit*. a. 1. ſub. ὀμόσσας. a. 1. part. pro ὀμόσας. ab ὄμνυμι, fut. ὀμόσω. a. 1. act. ὤμοσα. ε. 280. ϑ. 232.

Ὁμῶ, *ſimul*, ab ὁμὸς, *ſimilis*. ε. 241.

Ὄμφακες, nom. pl. q. ὠμοὶ εἰς τὸ φαγεῖν, *crudi ad veſcendum*, ab ὄμφαξ, ακος, ἡ, *uvæ acerbæ*. α. 399.

Ὁμόφρων, ονος, ὁ ἡ ἡ, *concors*, acc. pl. ὁμόφρονας, ab ὁμὸς, *ſimilis*, & φρὴν, ενὸς, ἡ, *mens, animus*. ϑ. 60.

Ὅμως, *tamen*. ſed ὁμῶς, *ſimul*. Th. ὁμὸς, ᾱ, ὁ, *ſimilis*. ε. 3. 20.

Ὅς δὲ, ἀφίκετο ὃν δὲ δόμον δὲ, *rediit domum ſuam*. δὲ poſtpoſitum accuſativo, valet *ad*. α. 38.

Ὅστε, *quemque*. ε. 3.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, *utilitas, emolumentum*, ab ὄνημι *proſum*, f. ήσω. ε. 41. 344.

Ὄνειδος, εος, τὸ, *probrum*. hinc ὀνειδίζειν, *exprobrare*. ε. 309. 716.

Ὀνείρων, *ſomniorum*, gen. pl. ab ὄνειρος, ᾱ, ὁ, *ſomnium*. Th. ὄνειαρ, *ſomnium*, nomen indeclinabile. ϑ. 212.

Ὀνίνησιν, *juvat*. 3. præſent. ind. ſing. ab ὀνίνημι ſeu ὄνημι, f. 1. ὀνήσω, a. 1. ὤνησα. ε. 316. ϑ. 429. 436.

Ὄνομα, ατος, τὸ, nomen, Æol. ὄνυμα, ὄνομ' pro ὄνομα. hinc ὀνομαστὸι, *celebres, nominandi*. ϑ. 148. 369.

Ὀνόμηνε, *appellavit*, a. 1. act. ab ὀνομαίνω, *nomino*, f. ανῶ, a. 1. ὠνόμηνα. Th. ὄνομα, *nomen*. ε. 80.

Ὀνοτάζων, præſ. part. *convicians*, ab ὀνόω, *vitupero*, f. όσω. Th. ὄνημι, *vitupero*. ε. 256.

Ὅππα, *quemcunque*, ab ὅς, ης, ὅπ-ην, ὥπην. ab ὅς, & πις, *quis*. ϑ. 82. 96.

Ὄνυχες, *ungues*. ab ὄνυξ, ὄνυχος, ὁ, *unguis*. pro ἐξ ὄνυχος λέοντα, ex ungue leonem. ὀνύχεσσι, dat. pl. Ion. ε. 202. α. 266.

Ὀξέα, *acutum*. In plur. pro ὀξέα capitur, & metri gratia pro ὀξέως, ab ὀξὺς, έα, ὁ, *acutus*. ὀξείῃσι, dat. pl. Ion. ut ὀξείῃσιν αἰχμῇς, *mucronibus acutis*. α. 289. 335. 348.

Ὄπ', pro ὄπα, *vocem, ſonum*, acc. ab ὄψ, ὀπὸς, ἡ, *vox*, q. ab ἔπω, *dico*.

Ὀπάζει, 3. perſ. præſ. ind. ὀπάσσω, a. 1. act. inf. ab ὀπάζω, *perſequor*,

quor, sequi jubeo, præbeo. ὀπάσας, pro ὀπάσας, part. a. 1. act. ε. 166. Θ. 433.

Ὅπιε, *quod.* Θ. 864.

Ὀπηδεῖ, *comitatur*, 3. pers. præs. ind. ab ὀπηδέω, *comitor.* Th. ὀπάζω, f. άσω, *persequor, comitem do.* ε. 141. Θ. 80.

Ὀπὶ, *voce*, dat. ab ὄψ, ὀπὸς, ἡ, *vox.* Vide ὄπα. Θ. 41. 68.

Ὀπίζετο, *curabat*, imperf. ab ὀπίζομαι, *curo*, ab ὄπις, ιδος, ἡ, *ultio, cura.* α. 21.

Ὄπιθεν, metri causa, pro ὄπισθεν. Th. ὀπίσω, *retrorsum.* Θ. 323.

Ὀπιπλάντ', pro ὀπιπλάνθα, *spectantem*, præs. part. accus. casus, ab ὀπιπλάω, ab inusitato ὀπλάω. Th. est ὄπλομαι, *video.* ε. 29. 804.

Ὄπιν, acc. sing. ab ὄπις, ιδος, ἡ, *ultio, vindicta, cura.* ε. 249.

Ὄπιθεν, adverb. *pone*, à tergo. ab ὀπίσω, Poët. pro ὀπίσω, *retrorsum, retro.* ε. 467.

Ὅπλα, *instrumenta*, ab ὅπλον, ου, τὸ, *arma.* ε. 625.

Ὀπλέα, acc. ab ὁπλεύς, έος, ὁ, *nomen viri.* α. 180.

Ὁπλὴ, *ungulam*, ungulâ pecus est armata, ab ὁπλὴ, ῆς, ἡ. Th. ὅπλον, ου, τὸ, & in pl. τὰ ὅπλα, *arma.* ε. 487.

Ὁπλότατος, *minimus natu*, superlat. grad. in comp. ὁπλότερος, α, ὁ, *junior*, ab ὅπλον, ου, τὸ, *arma.* Θ. 137. 333.

Ὁπότε, *quando, cum*, ex ὅτε, ὁπ' ὀρθὴν π, ut liquet ex ὁπόσος, ὁποῖος, &c. sicut & ληθὴ sunt complura, quorum alia ratio reddi nequit, ut πυπίσσα, &c. ὁπότε idem quod ὁπότε. π duplicatur metri causa, ὁπόταν ex ὁπότε & ἂν, *ubi* ε. 541. α. 397. Θ. 782.

Ὄπη, Poët. pro ὅπη, *ubi.* Θ. 387.

Ὁπότερον, *utram*, accus. sg. Poët. ab ὁπότερος, *uter.* Th. πότερος, α, ον, *uter.* Θ. 549.

Ὀπωρινὸς, ἡ, ὁ, *autumnalis*, ex ὀπώρα, ας, ἡ, *autumnus*, q. d. ὥρα ὀπῆς, *tempus succi.* ε. 672. 675.

Ὅπως, *ut, quo pacto.* Θ. 156. 471.

Ὀρᾶται, *spectat*, 3. pers. præs. ind. verb. med. κάρη δ' εἰς ἴδας ὀρᾶται, *caput pavimentum spectat*, est senis descriptio. ab ὁράω, *video.* imperf. ἐώρων, perf. ἑώρακα. ε. 532.

Ὀρειχάλκοιο, genit. Ion. ab ὀρείχαλκος, *orichalcum*, æs montanum, ab ὄρος, ους, τὸ, *mons*, & χάλκος, ου, ὁ, *æs.* α. 122.

Ὀρέξαι, *porrigere*, a. 1. infinit. ὀρεξαμένη, part. f. g. a. 1. med. ab ὀρέγομαι, *porrectis manibus prendo.* Th. ὀρέγω, f. ξω, *porrigo, extendo.* Θ. 433. 456.

Ὀρεος, *montis*, gen. sing. à τὸ ὄρος, *mons.* α. 374. Θ. 484.

Ὀρεσινόμοις, *in montibus pascentis*, gen. ex ὄρος, ους, τὸ, *mons.* & νέμω, *pasco*, in præt. m. νένομα. α. 407.

Ὄρτο, *orta fuerit*, 3. sing. a. 2. med. sub. ab ὄρω, in med. ὄρομαι, η, ητο, præsens & aor. 2. coincidunt. in subj. Hinc est Latinorum *orior.* Θ. 782.

Ὀρθός, *rectus*, *erectus*. ε. 725. hinc

Ὀρθαὶ τείχεα, *erecti pili*. α. 391.

Ὄρθιος, g. com. *arduus*, ex ὀρθός, ὕ, ὁ, *rectus*. ε. 288.

Ὀρθρογόη, ης, ἡ, *mane lugens*. ab ὄρθρος, ου, ὁ, *tempus matutinum*: & γοάω, f. γόω, *gemo*. ε. 566.

Ὄρθρῳ, gen. ab ὄρθρος, τὸ, *diluculum*, ὄρθρου ἀνιςάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη. *Diluculo surgens, ut tibi victus sufficiens sit*. ε. 275.

Ὄρθῳ, dativ. sing. nomen proprium viri, ὄρθος, ου, ὁ. Υ. 293. 309.

Ὅρκος, ου, ὁ, *juramentum*. ε. 217.

Ὀρμήσωσι, *impetum faciunt*, 3. pl. a. 1. act. subj. ab ὁρμάω, ῶ, *impetu feror*, f. ήσω, ὁρμηθῆναι, a. 1. pass. infin. Them. ὁρμὴ, ῆς, ἡ, *impetus*. ε. 524. α. 73. 403.

Ὅρμους, *monilia*, acc. pl. ab ὅρμος, ου, ὁ, *monile*, colli ornamentum. ε. 74.

Ὄρνις, ιθος, ὁ, ἡ, *avis*, dat. pl. ὀρνίθεσσι, Ion. & Poët. ε. 210. 468.

Ὄρος, εος, τὸ, *mons*. At ὅρος, ου, ὁ, *terminus*. ε. 326. Υ. 2.

Ὄρουσαν, *irruerant*, pro ὤρουσαν, 3. p. a. 1. act. indic. ab ὀρύω. ab ὄρω formatum est, sicut & ὀρόω, & ὄρνυμι. item, ὀρώρω, à præt. med. ὤρορα per metathes. ὄρωρα. ὀρῦσαι, pro ὀρύσασα, *præcipitans*, part. a. 1. act. f. g. ab ὀρύω. α. 412. 437.

Ὄρχατον, *stimulum*, acc. ab ὄρχατος, ου, ὁ, virga aculeata è ramo. ε. 466.

Ὀρφανὰ, *orphanos*, ab ὀρφανὸς, ὄ, ὁ, *orphanus*, *pupillus*, q. ab ὀρφνὸς, *obscurus*, q. d. ὁ ἐν σκότῳ ὤν, negligitur enim & veluti in tenebris versatur. Flectitur more adjectivorum. ε. 328. Vide Manuale N. T.

Ὀρχήσομαι, ήσομαι, *salto*, 3. pers. pl. num. ὀρχεῦνται, *tripudiant*, *saltant*, Dorice, pro ὀρχοῦνται, f. ήσομαι, a. 1. med. ὠρχησάμην. Hinc ὀρχηθμὸς, ὄ, ὁ, *chorea*. α. 282. Υ. 4.

Ὄρχος, ου, ὁ, *pulvinus*, ordines vitium. α. 296.

Ὀρώρει, *excitabatur*, 3. pluſq. perf. med. verbi ὄρω, *excito*, f. ρῶ, & σω, præt. m. ὄρωρα, & ὤρορα, quod activè & passivè usurpatur. α. 274. Υ. 703.

Ὁρῶν, *videns*, præs. part. ab ὁράω, ῶ, f. άσω, p. ὦρακα. Att. ἑώρακα. α. 426. Υ. 5.

Ὅς, *qui*. ε. 8. 22. 208. &c.

Ὅς, *suus*. πατρὸς εἰς ὃν, *ad patrem suum*. α. 38. Υ. 71.

Ὅσα, quanta, & ὅσσα, ab ὅσσος. & Poët. ὅσσος, η, ὁ, *quantus*. Υ. 475. 651.

Ὅσσα, ης, ἡ, vox. Υ. 10. 43.

Ὅσσαν, pro ὅσαν, *quotquot*, pl. n. f. g. ὅσσ', pro ὅσσα, *quæcunque*, ab ὅσσος, & Poëtice, ὅσσος, η, ὁ, *quantus*. Υ. 183.

Ὄσσετο, *prævidebat*, imperf. verbi ὄσσομαι, *video*, Æolic. pro ὄπτομαι, f. ὄψομαι, p. ὤμμαι. Υ. 551.

Ὄσσος, η, ὁ, & εος, τὸ, *oculus*. ὄσσοις,

ὄσσοις, *oculis*. ὄσσε, dualis numeri, pro ὄσσεις, per apocopen Ϝε ψιλῶ. α. 426.

Ὅσσον, *quantum*, Poëtice, pro ὅσον. Θ. 41. 49.

Ὅστις, *quicunque*, Poëtice, pro ὃς αὖ. ὅσσοι, *quotquot*. ὅσσοι, pro ὅσοι. ε. 301. Θ. 154.

Ὀστέα, *ossa*, pl. num. ab ὀστέον, οῦν, ἑος, οῦ, *os ossis*. Θ. 540.

Ὅτ', pro ὅτε, ut & ὅθ'. ε. 111. 337.

Ὅτε, *quando quum*. Notetur discrimen. ὅτε, *quando*, extra interrogationem. πότε, *quando?* in interrogatione. ε. 89. Θ. 58. 291.

Ὀτοβος, ου, ὁ, *sonus*. Θ. 709.

Ὀτρηρῶς, *celeriter, ocissime*, adverb. Th. ὀτρυνω, f. υνῶ, *incito, instigo*. α. 410.

Ὅτι, *quia, quoniam*, ὅτι τάχιστα, *quàm celerrimè*, Poëtice, pro ὅπ, *quod*. ε. 48. 60. α. 428.

Οὐ, *non*, ἐ δίκη, pro ἀδικίᾳ, more Hebræorum ε. 242.

Οὔπ, *non*, Poëtice, pro οὐ. Θ. 182.

Οὐας, accus. plur. *aures*, ab οὖς, ὠός, τὸ, Poëtice, pro οὖς, οὐτὸς, dativ. plur. οὔασιν. ε. 544. Θ. 702.

Οὐδὲ, *neque*, οὐδ', pro οὐδὲ, per apostrophum. ε. 40.

Οὐδαμῇ, *nusquam*, adv. ab οὐδαμὸς, ex οὐ, & ἁμὸς, ὴ, ὁ, *unus*. α. 218.

Οὐδας, τὸ, *pavimentum*, idem quod οὖδος, ους, τὸ, hoc in nom. inusitat. illud in nom. & acc. tantum usitatum. ε. 532.

Οὐδὲν, *nullum*, ab οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν; *nullus, a, um*. ε. 309. Θ. 295.

Οὐδέποτ', *nunquam*, ex πόστε, *quando*. Th. ὅτε, *idem*. ε. 174. Θ. 759.

Οὐδέτερος, *neuter*, ex οὐδὲ, & ἕτερος, *alter*. α. 171. Θ. 638.

Οὐδέπ, *neque ullum*, ex οὐ, & τὶ, *quid*. ε. 145.

Οὐδὸς, οῦ, ὁ, *limen*, ab οὖδος, εος, τὸ, *solum*. ε. 329. Θ. 749.

Οὐκ, sequente tenui, *non*: οὐχ, sequente vocali aspirata. ε. 111. 318.

Οὐκέτ, *non amplius*, ex οὐκ, & ἔτ, *adhuc*. ε. 34. α. 118.

Οὔλιος, idem quod ὀλοὸς, ὴ, ὸν, sic οὔλιος ἄρης, *pernicios us Mars*. Them. ὄλλυμι, f. ὀλέσω, *perdo*. α. 192. 441.

Οὐλομένην, Poët. pro ὀλομένην, *miseram*, accus. ab οὐλόμενος, factum ex aor. 2. ὀλόμενος, interposito υ, metri causa. Th. ὄλλυμι, f. ὀλέσω, a. 2. med. ὠλόμην. ε. 715.

Οὔλυμπος, olympus, quasi ὀλόλαμπρος, *totus lucens*, οὐλύμπου, gen. Ion. οὐλυμπόνδε, *ad olympum*. hinc οὐλύμπιος, *olympius*, vel *cælestis*, ο, mutatur in υ Poëtice. Θ. 855.

Οὕνεκα, pro οὕνεκα, *cujus rei gratia*, οὕνεκ', per apocopen Ϝ α. ε. 137. 515.

Οὖν, *igitur*, τοιγαροῦν. α. 299.

Οὔποτε, *nunquam*, ex οὐ, & πότε, & hoc ab ὅτε, *quando*. ε. 811.

Οὔπω, *nondum*, ex οὐ, & πω, (enclitic.)

(enclitic.) *quodammodo*. Hoc ab ὅς. ε. 271. α. 10.

Οὐρανίδῃ, dat. ſing. ab οὐρανίδης, ου, ὁ, *cæleſtis*. Th. οὐρανὸς, οῦ, ὁ, *cælum*. Ϟ. 486.

Οὐρανὸς, ὁ, *cælum*. Hinc οὐρανίη, Ion. pro οὐρανία, Urania, una ex Muſis, οὐρανόθεν, *è cælo, cæliſtus*. ε. 240. οὐρανιώνων, *cælicolarum*, gen. pl. ab οὐρανίων, ωνος, ὁ. Ϟ. 45. 78. 939.

Οὐρεῖν, *meiere*, præſ. infin. pro imperativo, more Hebræorum. Vide in οὐρήσῃς. ε. 756.

Οὔρεος, pro ὄρεος, *montis*, οὔρεα, pro ὄρεα, Poëtice, *montes*. dat. pl. οὔρεσι, ab ὄρος, εος, τὸ, *mons*. ε. 230. 508.

Οὐρῇ, Ion. pro οὐρᾷ, dat. ſing. ab οὐρή, ῆς, ἡ, *cauda*. α. 431.

Οὐρῆας, *mulos*, acc. pl. ab οὐρεύς, Ion. pro ὀρεύς, έος, & Ionic. εως, ὁ, *mulus*, ab ὄρος, εος, τὸ, *mons*, quod hujus jumenti magnus ſit uſus circa montana opera. ε. 789. 794.

Οὐρήσῃς, *meias*, 2. ſing. a. 1. act. ſubj. ab οὐρέω, *meio*, f. ήσω. Th. οὖρον, ου, *urina*. ε. 727.

Οὔρειον, ſeu potius, οὔριον, nomen viri. α. 186.

Οὓς, *quos*; ab ὅς, ἥ, ὅ. At ὃς, *ſuos*, ab ὅς, ἥ, ὅν. Ϟ. 45. 473.

Οὐτάλῃ, Ion. pro οὐτάναι, præſ. inf. ab οὔτημι, ſeu οὐτάω, *vulnero*. hinc part. οὐτάμενος, *vulneratus*. niſi velis in præt. paſſ. per ſyncopen dici, pro οὐτασμένος, ab οὐτάζω, άσω. idem quod οὐτάω, ῶ, f. ήσω. α. 335. 363.

Οὔτασε, pro ἔτασε, *vulneravit*. ab ὀτάω. α. 461.

Οὔτε, *neque*, & οὔτ', pro οὔτε, ut & οὔθ'. ε. 128. 782. α. 217.

Οὗ τ', *cujuſque*, gen. ab ὅς, *qui*. ε. 532.

Οὔτις, ὁ, & ἡ, *nullus*, non aliquis, h. e. *nullus*. ε. 15. οὔπι, *nuſquam*. ε. 105.

Οὗτος, αὕτη, τοῦτο, ex ὁ αὐτὸς, *hic*. ε. 291. 386.

Οὕτως, ſequente vocali, *ſic*, οὕτω, ſequente conſona. ε. 422.

Ὀφέλλει, *auget*, 3. præſ. ind. verbi, ὀφέλλω, *adaugeo*. in præſ. imperat. ὄφελλε, *fove*. ε. 14. 211.

Ὀφθαλμὸς, οῦ, ὁ, *oculus*, ὀφθαλμοῖσιν, dat. pl. Ion. Th. ὄπωπα, *video*. ε. 265. Ϟ. 451.

Ὄφιος, *ſerpentis*, gen. ab ὄφις, ιος, ὁ, acc. ὄφιν. α. 161. Ϟ. 334.

Ὄφρα, adv. Poët. pro ἵνα, *ut*. ε. 258. ὄφρ' εἴπω, *ut dicam*. ε. 339.

Ὀφρύσι, dat. pl. ab ὀφρὺς, ύος, ἡ. *ſupercilium*. Ϟ. 827.

Ὀχθήσας, a. 1. part. act. *contriſtatus*, ab ὀχθέω, ῶ, *gravate fero*. Ϟ. 558.

Ὀψαρότης, ου, ὁ, *qui ſero arat*, ex ἀρόω, *aro*, & ὀψὲ, ſero, adverb. ε. 488.

Π.

Πᾶγασόϑε, gen. pro πηγασοῦ, Doricè, à πήγασος, ου, ὁ, *Pegaſus*, alatus Perſei equus. Them. πηγὴ, ῆς, ἡ, *fons*. α. 70.

Πάγγακος, *omnino malus*, ut πάγγακον ἦμαρ, *infauſtiſſimus*

ipsus dies. ex πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *omnis*, ε, & ηματος, ου, ὁ, *malus*. ε. 811.

Παήεσ, υ, ὁ, collis ubi multi lapides sunt quasi compacti, & in unam coaluerunt cautem. Th. πηγνύω, vel πήγνυμι, *compingo*, f. ξω. α. 439.

Παγχρύσεα, *prorsus aurea*, quasi dicas, πάντως χρύσεα, à χρυσὸς, οῦ, ὁ, *aurum*. Θ. 335.

Παθὼν, *passus*, in f. g. παθοῦσα, a. 2. part. act. à πάσχω, *patior*, f. πείσομαι, a. 2. ἔπαθον, præt. med. πέπονθα. ε. 216. Θ. 276. 660.

Παῖς, *puer*, & Ionica diæresi, παΐς, παιδὸς, in acc. παΐδ', pro παῖδα, in dat. plur. & Ion. παισὶ, παίδεσσι. ε. 50. 129. 376. 397.

Παίζοντες, *ludentes*, præs. part. à παίζω, f. παίξω, & σω, *ludo*. α. 277.

Παιπαλοέσσης, dat. pl. Ionicus, *asperis*, à παιπαλόεις, εσσα, εν, *asper*, *præruptus*. Th. παίπαλα, τὰ, *loca præruptа*. Θ. 860.

Παλαίῃ, *luctatur*, à πάλη, ης, ἡ, *luctа*, hinc παλαίω, *luctor*. ε. 411.

Παλάμαις, *manibus*, dat. pl. à παλάμη, *palma*, παλάμῃσι, dat. pl. Ion. pro παλάμαις. α. 320. Θ. 866.

Πάλιν, adv. *iterum*, *rursus*. ε. 671. Θ. 181.

Παλινάγρετος, *revocabilis*, ex πάλιν, & ἀγείρομαι, *colligor*. Th. ἀγείρω, f. ρῶ, *congrego*. α. 93.

Παλιωξις, pro πολιόωξις, q. d. post insecutio. Thema διώκω, *persequor*, *insector*, f. ξω, p. ωχα. α. 15.

Παλλὰς, άδος, ἡ, *Pallas*, Sapientiæ Dea, quæ & Minerva dicitur. ε. 76. α. 126.

Πάλλαδι, dat. à πάλλας, nomen viri. πάλλαντος, acc. Θ. 376.

Πάλλεν, *jactabat*, imperf. pro ἔπαλλεν, à πάλλω *vibro*, *agito*, f. αλῶ. α. 321.

Πάμπαν, adverb. *prorsus*, q. d. πάντως πάντως. ε. 273. 300.

Παμφαίνων, præs. part. à παμφαίνω, *totus appareo*. μ est ante φ, quæ literæ sunt cognatæ, & ut ita dicam, consanguineæ. ex πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *omnis*, & φαίνω, *appareo*, f. ανῶ, p. πέφαγκα, a. 1. ἔφανα, a. 2. ἔφανον. ε. 565.

Παναίολος, *omnino varius*, ex πᾶς, & αἰόλος, ε, ὁ, *varius*. α. 139.

Παναπήμων, *prorsus innoxia*, ex ἀπήμων, ονος, ὁ ἡ, *illæsus*. Th. πῆμα, ατος, τὸ, *damnum*. ε. 809.

Παναρίστους, *longe præstantissimus*, ex πᾶς, & ἄριστος, *præstantissimus*. Th. ἄρης, εος, ὁ, *Mars*. ε. 291.

Πανδιονὶς, Fabula de filia Pandionis. ε. 566.

Πανδώρη, nomen mul. videtur epitheton telluris, quæ omnis generis fruges profert. ex πᾶν, & δῶρον. ε. 81.

Πανελλήνεσσι, dat. pl. Ion. omnibus ad unum Græcis, à πανέλλην, ex πᾶς, & ἕλλην, ηνος,

ενος, ὁ, *Hellen, Græcus.* ε. 526.

Παντέφθε, gen. à πάντεφθος, *omni ex parte coctus.* Th. ἕψω, *coquo, elixo*, f. ἑψήσω. α. 208.

Παμημέριος, *toto die.* ex πᾶν, & ἡμέρα, ſeu ἡμέρη, *dies.* α. 396.

Παννύχιος, *tota nocte*, elegantia poetica, ubi nomen ponitur pro adv. Th. νὺξ, νυκτὸς, ἡ, *nox.* α. 46.

Πανόπη, nomen mul. q. d. *pro omnibus loquens.* Ϟ. 250.

Παντόθεν, *undiquaque*, adv. à πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *omnis.* ε. 623.

Παντοίων, acc. f. g. παντοίους, gen. pl. à παντοῖος, α, ον, *omnigenus, varius.* Th. πᾶς, *omnis.* ε. 619. Ϟ. 830.

Παντὸς, πάντα, πάντεσσι, &c. Vide in πᾶσα.

Παπταίνων, præſ. part. à παπταίνω, *circumſpicio.* ε. 442.

Παρὰ, cum gen. *à, ab.* ε. 51. Παρ, pro παρὰ. ε. 27. Cum dat. *apud.* ε. 129. Cum acc. *trans, præter, &c.* ε. 169. πάρα, pro πάρεσι, *urgent.* ε. 452.

Παραγίνεται, 3. perſ. præſ. *adeſt.* Th. γίνομαι, ſeu γείνομαι, *ſum*, f. 1. paſſ. γενθήσομαι, p. γεγένημαι, a. 2. m. ἐγενόμην. Ϟ. 432. 436.

Παρημαίοια, *importuna*, à παρημαῖος, ſeu παρήκαιρος, *intempeſtivus.* Th. καιρὸς, ὁ, *occaſio, tempus.* ε. 327.

Παρημείψεται, *prætereat.* 3. præſ. ſub. à παρημείβω, *prætereo.* Th. ἀμείβω, f. ψω, *commuto.* ε. 407.

Παρηφάσια, *delictum, tranſgreſſio*, idem quod παρήβασις, ex παρὰ, & βαίνω, *eo, incedo.* Ϟ. 220.

Παρηφάμενοι, *appellantes*, metri gratia inſerto ε, vel per epentheſin Poëtic. eſt aor. 1. part. med. à παρήφημι, *hortor.* Th. φημὶ, ſeu φάω, *dico.* Ϟ. 90.

Παρηωίτῃ, dativ. à παρηώϊτης, ου, ὁ, *maritus*, παρηωίτις, ιδος, ἡ, *marita, uxor*, οὐκ αἰδοίη παρηωίτις, ex παρὰ, *juxta*, & ηώϊτη, ης, ἡ, *cubile, lectus.* Ϟ. 328. 928.

Παρηφανέωμι, Ionic. pro παρηφαίνειν, *revelare*, præſ. inf. pro imper. Th. φαίνω, f. νῶ. ε. 732.

Παρηχεῖν, eſt. 2. 2. act. infin. à παρέχω, *efficio, præſto*, παρεῖχεν, 3. pl. imperf. act. Th. ἔχω, *habeo*, f. ἕξω, & σχήσω, p. ἔσχηκα, a. 2. ἔσχον. ε. 710. α. 84.

Παρειῶν, gen. pl. παρειαὶ, ᾶς, ἡ, *gena, maxilla.* α. 267.

Παρεκβαίνουσι, *exorbitant.* 3. pl. ind. præſ. ex παρὰ, ἐκ, & βαίνω, *eo*, f. βήσομαι, p. βέβηκα, a. 2. ἔβην. ε. 224.

Παρελαύνω, *avehо*, præterveho. Th. ἐλαύνω, *agito*, f. ἐλάσω, p. κα. α. 353.

Παρελέξατο, *concubuit*, cum dat. a. 1. m. ind. à λέχομαι, *cubo*, f. λέξομαι. Ϟ. 278.

Παρελθεῖν, *pervenire*, a. 2. inf. Th. ἔρχομαι, *venio*, f. ἐλεύσομαι, a. 2. ἦλυθον & ἦλθον, p. m. ἐλήλυθα. ε. 214.

Παρὲξ, *extra*, dicitur & παρέκ. Th. ἐκ vel ἐξ, *ex, è.* α. 352.

Πα-

Παρεόντ@, *præſentis*, Ionicè pro παρόντ@, genit. præſ. part. à ϖάρ∂ω & εἰμὶ, *ſum*. ε. 364.

Παρεστάμεν, *adeſſe, adſtare*. Ion. pro παρεστῆναι, præſ. act. inf. à παρίστημι, pro παρίημι. Non ſolum ἵστημι, ſed etiam ἵσταμι uſitatum eſt, f. στήσω, a. 2. ἔστην. ϑ. 439.

Πάρεστι, à πάρειμι, *adſum*. Th. εἰμὶ, *ſum*. ϑ. 420.

Παρέσχεθεν, *apposuit*. 3. perſ. præſ. imperf. à ϖάρ∂ω χέθω, idem quod παρέχω, *præbeo*. Them. ἔχω, *habeo*. ϑ. 639.

Παρέτραπτο, *deflexerunt*, a. 2. act. à ϖάρ∂ιατρέπω, *diverto, deflecto*, f. ψω, p. φα. a. 2. ἔτραπον, p. m. τέτροπα. ϑ. 103.

Παρθέν@, ε, ἡ, *virgo*, hinc παρθένι@, & παρθενικὸς, ἡ, ὸν, *virgineus, virginalis*. ε. 63. 254. ϑ. 344.

Παρκλίνουσι, *deflectunt*, pro ϖάρ∂ικλίνουσι, 3. perſ. pl. ind. præſ. à κλίνω, f. νῶ, *reclino*, p. κέκλικα. ε. 260.

Παρνήσσοιο, gen. Ion. à πάρνησσ@, ε, ὁ, nomen montis in Delphis. ϑ. 499.

Πάροιθεν, ſeu πάροιθε, idem quod πάρ@, *ante*. ϑ. 531.

Πάρ@, *antè*. Adverbium vel temporis vel loci. ω. 119.

Πᾶσαι, f. g. à πᾶς, *omnis*, g. παντὸς, in acc. πάντα, πᾶσαν, πᾶν, gen. pl. πασέων, Ion. pro πασῶν, dat. pl. πᾶσι, & πᾶσιν, & Ion. πάντεσσι. πάσηισιν, pro πάσαις, πάντ', pro πάντα, πάντη, adv. *paſſim*. ε. 76. 124. 509. ϑ. 372. 828.

Πασιθέη, nomen mul. ϑ. 247.

Πασιθόη, nomen mul. *quæ ad omnes currit*. ϑ. 352.

Πάσχει, *patitur*. à πάσχω, f. πείσομαι, præt. med. πέπονθα, aor. 2. ἔπαθον. ε. 209.

Πατὴρ, *pater*, gen. πατέρ@, πατρὸς, dat. πατρὶ, acc. πατέρα tantum. vocat. ὦ πάτερ. hinc πατρὶς, ἰδ@, ἡ, *patria*. ε. 5. ω. 1. ϑ. 73.

Πατροκασιγνήτους, *patruos*. ex πατὴρ, *pater*, & κασιγνήτ@, *frater*. Th. κάσις, *frater*, & γείνομαι, *naſcor*. ϑ. 502.

Πατρώϊ@, ε, ὁ, ἡ, *paternus*. Th. πατὴρ, *pater*. ε. 374.

Παῦε, *deſiſte*, præſ. imperat. act. παύθη, 3. ſingul. a. 1. paſſ. f. παύσω, p. πέπαυμαι, aor. 2. ἔπαυον. ω. 449. ϑ. 533.

Παῦρον, *exiguum*. παῦρον δ' ἐπὶ χρόνον, *ad exiguum tempus*. à παῦρος, ε, ὁ, Poët. *paucus*. Hinc παύρεα, neut. pl. adverb. *raro*. hinc & παυρίδιον, *pauxillum*. Th. παύω, f. παύσω, *ceſſo*. ε. 132. 324. ϑ. 780.

Παχείας, *denſas*, acc. pl. à παχὺς, εῖα, ὺ, *denſus, craſſus*, in gen. παχέ@, in acc. παχεῖαν. ε. 495. 507.

Πέδιλον, ε, τὸ, *calceus, talare*. ϑ. 12.

Πεδίον, ε, τὸ, *campus*. πεδίοιο, gen. Ion. πεδέοιο, adv. *ex fundo*. Th. πέδον, ε, τὸ, *ſolum*. ω. 342. 378. ϑ. 680.

Πεῖθ', pro ἔπειθε, *perſuaſit*, imperf. à πείθω, *perſuadeo*. πει-

ϑὼ,

ϑὼ, *Suada*, Dea eloquentiæ præſes. Th. πείθω, f. πείσομαι, a. 2. m. ἐπιϑόμην, præt. med. πέποιϑα. ε. 73. α. 450.

Πείκειν, *tondere*, præſ. inf. à πείκω, vel πίκω, *pecto*, f. ξω, a. 1. paſſ. ἐπίχθην. α. 773.

Πείρατα, pro πέρατα, *termini*. dat. pl. πείρασιν. à πέρας, ατος, τὸ, finis. ε. 167.

Πειρηϑῆναι, *periculum feciſſe*, a. 1. inf. paſſ. à πειράω, ῶ, *conor*, nitor, f. άσω, vel ήσω, p. πεπείρακα. Th. πεῖρα, ας, ἡ, conatus. α. 359.

Πειρίϑοον, nomen viri, *ardelio*. α. 179.

Πέλαγος, ε͡ος, τὸ, *profunditas maris*, *pelagus*, πέλας τ' ἀκτῆς κατ' ἀντιφερισιν, vel quia πέλας ἄγει. α. 131.

Πελάσσας, *accedens*, a. 1. part. à πελάζω, f. σω, *appropinquo*. Th. πέλας, adv. *propè*. ε. 370.

Πελεμίζετ', pro πελεμίζετο, imperf. paſſ. *contremuit*, *quaſſatus fuit*, πελεμίζεται, *concutitur*, 3. præſ. ind. paſſ. à πελεμίζω, f. ξω, *moveo*, *quaſſo*. ϑ. 458. 842.

Πέλε, 3. perſ. ind. à πέλω, *ſum*. πέλεν pro ἔπελεν, 3. imperf. act. πέλομαι, idem quod πέλω. ε. 806. α. 164.

Πελίης, ου, ὁ, nomen viri. ϑ. 996.

Πελώρη γαῖα, *terra vaſta*, πέλωρ ο͡ν, ου, ὁ, *ingens*, πελώρι ο͡ν, idem quod πέλωρ ο͡ν, à πέλωρ, ωρ ο͡ν, τὸ, *monſtrum*. ϑ. 159. 295.

Πέμπε, pro ἔπεμπε, *miſit*, imperf. πέμψαν, pro ἔπεμψαν; a. 1. ind. act. à πέμπω, f. ψω, *mitto*. ε. 84.

Πέμπλη, *quinta*, dat. caſ. πέμπλας, acc. pl. πέμπλοισι, dat. pl. Ion. à πέμπλος, ου, ὁ, *quintus*. Th. πέντε, *quinque*. ε. 800. 801.

Πένεσθαι, præſ. inf. à πένομαι, *ago*, *efficio*. unde eſt ἡ πενία, *paupertas*, Ion. πενίη. ε. 495. 771.

Πένθ ο͡ς, ε ο͡ς, τὸ, *luctus*, *mœror*. καρδίη μέγα πένθ ο͡ς ἔχοντες, *prementes altum corde dolorem*. ϑ. 98.

Πέντε, *quinque*. ε. 611.

Πεντήκοντα, *quinquaginta*. ε. 661.

Πεντηκοντακόρυνον, ex πεντήκοντα, *quinquaginta*, & κόρυνον, ου, τὸ, *caput*. ϑ. 312.

Πενταζοια, gen. Ion. à πένταζ ο͡ς, ου, ἡ, *manus*. ex πέντε, *quinque*, & ὄζ ο͡ς, *ramus*. Digiti ſunt veluti quinque ramuſculi, & homo eſt quaſi *arbor inverſa*. ε. 740.

Πεπαλαγμένος, *pollutus*. perf. part. paſſ. à παλάσσω, *inquino*, *fœdo*. f. ξω. p. πεπάλαχα. a. 1. ἐπάλαξα. Th. πάλλω, αλῶ, *vibro*. alii à πηλὸς, οῦ, ὁ, *lutum*. ε. 731.

Πεπυρμένη, *confixa*, perf. part. paſſ. à πείρω, *tranſadigo*, f. ρῶ, perf. paſſ. πέπαρμαι, p. m. πέπορα. ε. 203.

Πεπείρημαι, *expertus ſum*, perf. paſſ. Doricè pro πεπείρημαι, à πειράω, ῶ, *tento*, f. άσω & ήσω. Th. πεῖρα, ας, ἡ, *conatus*. ε. 658.

Πεπνυμένα, *ſapientia*. perf. part.

Th.

Th. πνέω, *flo, ſpiro*: unde πνῦμι ſeu πνύω, f. σω, præt. paſſ. πέπνυμαι, *ſapiens ſum*. ſ. 729.

Πέποιθ', pro πέποιθε, præt. m. *confidit*. à πείθω, *perſuadeo*, f. πείσω, p. πέπεικα, a. 2. ἔπιθον. ſ. 373.

Πέπον, *mollis*, vocativi caſus, à πέπων, ονος, ὁ, ἡ, *maturus, mitis*. Th. πέπτω, *coquo*, f. ψω, præt. paſſ. πέπεμμαι. α. 350.

Πεπότητο, *volabat*. 3. ſing. pluſq. perf. paſſ. à ποτάομαι, ῶμαι, *volo*. Th. πέτομαι, unde eſt ποτὴ *volatus*, & hinc ποτάομαι. α. 148.

Πέπρωτο, *fatis conſtitutum eſſet*, 3. ſing. pl. perf. paſſ. per ſyncopen pro πεπεράτωτο. à περαίω, *determino*, f. ώσω, perf. paſſ. πεπεράτωμαι, & per ſyncopen πέπρωμαι. Th. πέρας, ατος, τὸ, terminus. ϑ. 464. 475.

Πεπυκασμένος, præt. perf. part. paſſ. hinc πεπυκασμένος νόον, prudens, callidus, à πυκάζω, denſo. Thema πύκα, denſè. ſ. 791. ϑ. 484.

Πρόσω, præſ. inf. Th. περάω, ῶ, f. ήσω, & άσω, tranſeo. ſ. 736.

Πρ in fine, *quamvis*. ϑεοί πρ, quamvis ſint Dii. ϑ. 739.

Πέρην, ultrà, Ionicè pro πέραν, idem quod πέρα, ultrà. ϑ. 215.

Περι--ἔδυνε, induit, imperf. à περιδύω, induo. Th. δυύω, & δύω, f. δύσω, a. 2. ἔδυν. α. 124.

Περι--ἔθηκε. Vide in ἔθεσαν. α. 123.

Περιγλῶχες, *cuſpiduloſa folia*, per ſyncopen pro περιγλώχινες. Th. γλωχὶν, vel γλωχὶς, ῖνος, ἡ, *cuſpis*, acies. α. 398.

Περὶ, cum Genitivo *præ, circa*. περὶ χροὸς. περὶ πάντων, *ſuper* omnes. Cum Dativo, *circa*, περὶ σήμασι, *propter*. Cum Accuſativo, *circa*, περὶ σῆμα. ſ. 817. α. 129. 247. 279 ϑ. 3.

Πέρι, *valde*. ſ. 54.

Περί--ἐστι, *excellit*. ϑ. 656.

Περί τ' ἀμφίτε, *circumquaque*. ϑ. 848.

Περ, particula eſt, quæ annecti aliis orationis partibus ſolet, & plerumque ſignificat, *quamquam, quamvis*. Sæpe etiam vacat. ſ. 20. 153. 206.

Περιάχε, *inſonuit*, a. 2. act. à περιηχέω, Doricè περιαχέω, ῶ, circumſono, f. ήσω. Th. ἦχος, ὁ, ſonus. ϑ. 678.

Περίσσαθεν, circuminduito, a. 1. med. infin. à περίννυμαι. Th. ἔω, *induo*, pro quo ἔννυμι, f. ἔσω, p. εἷμαι, a. 1. m. ἐσσάμην. ſ. 537.

Περικαλλέα, accuſ. ſingul. f. g. à περικαλλὴς, perpulcher. περὶ enim auget ſignificationem. Th. καλὸς, λὴ, λὸν, pulcher. ϑ. 10.

Περίκειται, *circumdatur*, 3. perſ. præſ. à κεῖμαι, jaceo, f. κείσομαι. ϑ. 733.

Περικλυτὸν, celebrem, accuſ. à περικλυτὸς. Th. κλύω, audio. ſ. 60.

Περιμαίνεται, *circumquaque furit*. 3. perſ. præſ. ind. περὶ intendit ſignificationem, à μαίνομαι,

νομαι, *furo*, f. μανοῦμαι. *a.* 99.

Πεπυγμαχήμεθ', *propugnavimus*, pro πεπυγμαχήμεθα, 1. pl. præf. ind. verbi πυγμαχέομαι, pugno. *Θ.* 647.

Πεπυθόμην, nomen viri. *a.* 187.

Πεπυκασμένος, prælongæ, pl. num. à πεπυκασμένος, ος, ον, ὁ, ἡ. Th. μῆκος, ος, τὸ. longitudo, πε̃ρ in compositione auget significationem. *a.* 133.

Περιναιετάουσι, *circumhabitant*. 3. pl. præf. subj. à περιναιετάω, *circumhabito*. Th. ναίω, habito. *Θ.* 370.

Περιπλομένου, *circumvoluto*, pro περιπλομένου. Th. πέλω, *moveo*, sum. *s.* 384. *Θ.* 184.

Περίῤῥυτον, ος, ὁ, circumfluus. Th. ῥύω, pro ῥέω, fluo. *Θ.* 193.

Περισσὰ, *eximia*, plur. num. à περισσὸς, ὴ, ὸν, *excellens*. à περὶ, præpositione, variam habente constructionem & significationem. *Θ.* 399.

Περισσυνάχιζε, *circumquaque ingemiscebat*, 3. persona imperf. à περισσυνάχιζω, idem quod περισσύω, *circumcirca gemo*. Th. σσυὸς, ὴ, ὸ, angustus. *a.* 344.

Περιταμνέμεν, *incidito*, Ion. præsentis act. infin. pro περιτάμνειν, à περιτάμνω pro περιτέμνω, *circumcido*. Th. τέμνω, seco, f. τεμῶ, p. τέτμηκα, aor. 2. ἔτεμον, præt. med. τέτμημαι. *s.* 568.

Περίφρονος, *prudentis*, genit. à περίφρων, ονος. Them. φρὴν, mens. *a.* 297.

Περιῤῥηγνὺς, ὺς, & Ion. εῖος, ὁ, fluvius Bœotiæ ex Helicone; Phœbo & Musis sacer.

Περσεὺς, έος, ὁ, nomen viri.

Περσεφόνη, & περσεφόνεια, ας, ἡ, Proserpina, filia Iovis & Cereris. Them. φένω, occido. *Θ.* 768. 913.

Περσηΐς, ΐδος, ἡ, nomen mul. *Θ.* 356. 957.

Πέρσης, nomen viri. Frater Hesiodi etiam ita appellatus fuit. ὦ πέρση, vocativi casus. *s.* 27. 211.

Πέσον, cecidit, pro ἔπεσον, 3. sing. a. 2. act. à πίπτω, cado, f. πεσοῦμαι, p. πέπτωκα, a. 2. act. ἔπεσον, inde in part. πεσὼν, οῦσα, όν. *a.* 365. 375.

Πέπαλ', folia, à πέπαλον, folium, in dat. pl. πεπάλοισι, à πεπάννυμι, seu πεπάω, *expando*, f. άσω, præt. pass. πέπαμαι. *s.* 678.

Πεπτεινοῖς, volucribus, dat. pl. pro πετεινοῖς, per epenthesin Poeticam, à πετεινὸν, οῦ, τὸ, volatile, avis, & Poëticè πιπτεινὸν, à πέτομαι, *volo*, in imperf. ἐπετόμην, & in 3. plurali, ἐπέτοντο. *s.* 276. *a.* 308.

Πέτηλα, Ion. pro πέταλα. Vide πέπαλ'. *a.* 289.

Πετραίη, nomen proprium. *Θ.* 357.

Πέτρη, Ion. pro πέτρα, *petra, rupes, cautes*. Differunt, πέτρα, & πέτρος, quod πέτρα, sit *grande saxum, rupes*. πέτρος vero, *lapis manu tractabilis*, πέτρηφι, dat. pl. Ion. *Θ.* 728. πέτρας. *Θ.* 7. Hinc πετραίη, saxatilis. *s.* 587. & πετρήεν, saxosum, à masc.

masculi. πεπρήεις, ῆος, ὁ. ε. 531.

Πεύθομαι, imperf. à πύθομαι, idem quod πευθάνομαι, *interrogo*, ſciſcitor, f. πύσομαι, præt. paſſ. πέπυσμαι, aor. 2. med. ἐπυθόμην.

Πεύκας, *abietes*, à πεύκη, ης, ἡ, abies. α. 376.

Πευκείδας, acc. à πευκείδης, ου, ὁ, nomen gentile. α. 187.

Πεφρεδέτην, *commemorarunt*. 3. dual. a. 2. act. pro ἐφρεδέτην. π, initialis litera præponitur à Poëtis, prout in præterito fieri ſolet. Th. φρέζω, dico, memoro, f. φρέσω, a. 2. act. ἔφρεδον, ες, ε. & Poët. πεφρεδον, ες, ε. πεφρεδέμεν, Ion. pro φρεδεῖν, a. 2. act. infin. p. m. πέφρεδον. ε. 764. ϑ. 475.

Πεφρηδὼν, όνος, ἡ, nomen mul. à πέφρεδον. Th. φρέζω, dico. ϑ. 273.

Πεφύασι, *nati*, ſeu *producti ſunt*, 3. plur. perf. act. Poët. pro πεφύκασι, à φύω, f. ύσω, gigno, p. πέφυκα, a. 2. ἔφυον, & ἔφυν. ϑ. 728.

Πεφυλαγμένος, *obſervans*, perf. part. πέφυλαξο, *eſto cautus*, 2. ſingul. præt. paſſ. imperativi modi, à φυλάσσω, f. ξω, cuſtodio, p. χα. ε. 704. 795.

Πηγάδας, acc. pl. à πηγάς, άδος, ἡ, *glacies*. Them. πηγνύω, ſeu πήγνυμι, f. ξω, compingo. ε. 503.

Πήγασος, ου, ὁ, Pegaſus, alatus Perſei equus, ita dictus quod circum Oceani fontes natus eſſet. Th. πηγὴ, ῆς, ἡ, fons. ϑ. 281.

Πηγαὶ, plur. à πηγὴ, ῆς, ἡ, *fons*. ὡς δὲ τὸ πήγνυσθαι, quia circa fontes domicilia ſtruxerunt, unde Latinè *pagi*, acceperunt nomen. Etymol. quaſi πηδὴ, à πηδάω, *ſalio*, quod ſcaturiat è terræ viſceribus, πηγαὶς, acc. pl. ϑ. 809.

Πηδάλιον, ου, τὸ, *temo*, *gubernaculum*. Th. πῆδος, ου, ὁ, ligni ſpecies. ε. 45.

Πηκτὸν, *compactum*, à πηκτὸς, ὴ, ὸν, compactus. Th. πηγνύω, vel πήσσω, f. ξω, compingo. ε. 431.

Πηλεῖ, dat. ſing. à πηλεύς, έος, ὁ, *Peleus*, nomen viri. ϑ. 1006.

Πῆμα, ατος, τὸ, *damnum*, *noxa*. ε. 56.

Πηνειὸς, nomen viri. ϑ. 343.

Πήξας, *infigens*, part. a. 1. act. à πήγω, πήσσω, pro quo etiam dicitur πηγνύω, & πήγνυμι, *pango*, compingo, f. πήξω, a. 1. ἔπηξα. ε. 428.

Πήξασθαι, fabricare, a. 1. med. infin. à Th. πήσσω, vel πήγω, vel πήγνυμι, compingo, f. ξω, a. 1. m. ἐπηξάμην. ε. 453.

Πηοὶ, Ion. pro παοὶ, *cognati*, *affines*, à παὸς, ὁ. Th. πάω, ῶ, vel potius πάομαι, poſſideo, præt. paſſ. πέπαμαι. ε. 343.

Πιέειν, bibere, pro πιεῖν, (a. 2. act. infin.) dialyſi Ionica, à πίνω, bibo, f. πώσω, p. πέπωκα, a. 2. ἔπιον, a. 2. imperat. πῖθι. α. 252.

Πιέζοις, *premas*, præſ. opt. Th.

πιέζω, f. ίσω, premo. ε. 495.

Πιερίη, ης, ἡ, nomen regionis in finibus Macedoniæ, quæ ob ſummam amœnitatem credita fuit Muſarum ſedes. Hinc eſt πιερίηθεν, Adv. è loco, ad formam, Θήβηθεν, κλισίηθεν, *ex tentorio*, ἰλιαδ. λ. 603. à κλισίη, Ion. pro κλισία. πιερίδες, *Pierides*, pl. num. à πιερὶς, ίδος, ἡ. ε. 1. α. 206. Θ. 53.

Πιθήσας, *fretus*, a. 1. part. act. à πιθέω. Th. πείθω, perſuadeo, f. πείσω, p. πέπεικα, a. 2. ἔπιθον. ε. 357.

Πίθῃ, *paruerit*, 3. ſing. a. 2. med. ſubj. Th. πείθω, f. πείσω, a. 2. ἔπιθον, p. m. πέποιθα. ε. 293.

Πίθος, *vaſis*, gen. à πίθος, ου, ὁ, *dolium*, πίθοιο, poëtice pro πίθου. ε. 98.

Πιλνᾷ, *dejicit*, 3. præſ. ind. à πιλνάω, idem quod πελάω, appropinquo, πίλναθε, imperf. pro ἐπίλναθε, à πίλναμαι, ab act. πίλνημι, quod eſt à πιλνάω, *appropinquo*. Th. πέλας, *prope*. ε. 508. Θ. 703.

Πῖλον, πίλοις, à πῖλος, ου, ὁ, pileus. ε. 540.

Πιμπλάσας, *replentes*, præſ. part. f. g. pl. num. pro πιμπλᾶσαι, Æolicè, à πίμπλημι, ης, ησι, idem quod πλήθω, impleo, hinc in paſſ. πίμπλαμαι, σαι, ται, expletur. Them. πλέος, ου, ὁ, plenus. ε. 299. α. 429. Θ. 880.

Πινέμεν, Ionic. pro Dorico πινέμμεναι, abjecto αι, & retento accentu in loco ſuo, pro πίνειν, *bibere*, præſ. inf. à πίνω, f. πίσω, p. πέπωκα, a. 2. ἔπιον. ε. 590.

Πίον, gen. Th. πίων, ονος, ὁ, ἡ, *pinguis*. Θ. 538. Hinc in comp. πιότερος, ſuperl. πιότατος. ε. 583.

Πίπτουσαι, *incidentes*, pl. num. f. g. præſ. part. à πίπτω, *cado*, f. πεσοῦμαι, p. πέπτωκα, a. 2. ἔπεσον. ſubj. πίπτωσιν, in præſ. ε. 618. Θ. 873.

Πίστις, nom. pl. à πίστις, εως, ἡ, fides. Th. πείθω, f. σω, perſuadeo. ε. 370.

Πίσυνος, *fretus*. Th. πείθω, f. σω. p. κα, perſuadeo, a. 2. ἔπιθον, p. m. πέποιθα. Θ. 506.

Πιφάσκεαι, Ion. pro πιφάσκῃ, *loqueris*, 2. perſ. præſ. ſub. à πιφάσκομαι, pro φάσκω, *jactito*, dico, à φημὶ, dico, & hoc à φάω, dico. Θ. 655.

Πλάσε, *finxit*, a. 1. ind. pro πλάσε, Poëtice, & rurſus πλάσι, pro ἔπλασι, Poëtæ duplicant, literam, ut ſyllaba poſſit produci, & abjiciunt augmentum, ne ſyllaba redundet. Th. πλάσσω, *fingo*, f. άσω, p. πέπλασμαι, a. 1. paſſ. ἐπλάσθην, hinc πλαστὸς, ἡ, όν, *fictus*, a, um. ε. 70. Θ. 512.

Πλασθήν. Vide in πλάσε. Θ. 513.

Πλατὺ, *lata*, pro πλατέα, plur. num. g. n. à πλατὺς, εῖα, ὺ, *latus*. Θ. 445.

Πλείη, Ion. pro πλέα, hoc pro πλέα, *plena*: à maſcul. πλέος, *plenus*, Poëtice πλεῖος. Atticè, πλέως. ε. 101.

Πλείστη, plurima, & πλεῖστον, *plu-*

ri-

rimum, ſuperl. à πολὺς, multus. Vide in πλέον. s. 718.

Πλείων, *major*, & pro πλείων, Poëtæ πλέων: unde eſt πλέονες, & dat. pl. Poëticus πλεόνεσσι, & pro πλείονα, *plura*, Poëtice πλέονα, nec non per ſyncopen & craſin, πλέω. s. 377. 378. 688.

Πλειών, ῶνος, ὁ, *annus*, ſic dictus quod eo compleantur tempora. Them. πολὺς, multus. s. 615.

Πλεχθῆσιν, *plicatis*, dat. pl. Ion. à πλεχθὲς, ἔος, ὁ, *plexus*. Them. πλέκω, necto, f. ξω, præt. act. πέπλεχα, a. 2. ἔπλακον, p. m. πέπλεγα. α. 63.

Πλέον, *plus*, dicitur & πλεῖον, n. g. Neutra, ut hic, ſæpe adverbiaſcunt, à πλείων, & πλέων, ονος, ὁ καὶ ἡ, amplior. in ſuperl. πλεῖστος, plurimus. Th. πολὺς, πολλὴ, πολὺ, multus, a, um. s. 40.

Πλευρὰς, acc. pl. à πλευρὰ, ᾶς, ἡ, *latus*, *coſta*. α. 430.

Πλέῳ, *pleno*, in dativ. à πλέος, plenus. s. 790. & πλέω, *plura*. Vide in πλείων.

Πληγήτος, *percuſſi*, gen. part. a. 2. paſſ. pro πλαγήτος, πληγείσης, ejuſdem temporis & modi. f. g. à πλήσσω, vel πλήττω, *percutio*, f. ξω, a. 2. ἔπληγον, & ἔπλαγον, p. m. πέπληγα. Θ. 861. Hinc πληγὴ, ῆς, ἡ, plaga, Doricè, πλαγὰ, πληγῆσιν, dat. pl. Ion. Θ. 857.

Πλήθωσι, *impleantur*, præſ. ſub. à πλήθω, *impleo*, f. ήσω, ſed quum de mari aut fluviis dicitur, *inundo*. Th. πλέος, ος, ὁ, plenus. s. 306. 459.

Πληϊάδες, Poëtice pro πλειάδες, *vergiliæ*, *ſidus in dorſo tauri*, à πλειὰς, άδος, & hoc à πλείονες, quod ibi ſint ſtellæ complures. Them. πολὺς, multus. s. 613.

Πλῆμναι, nom. pl. f. g. à πλήμνη, *rotæ modiolus*. Sunt fiſtulæ, quæ axi inſeruntur. Euſtath. ὡσὰν τὸ πλήθεσθαι ἤτοι πληρῶσθαι ὑπὸ ἄξονος. Them. πλέος, ος, ὁ, plenus. α. 309.

Πλὴν, cum Genit. *præter*, adv. α. 74.

Πληξαύρη, nomen mul. *quæ multiloquio aërem verberat*. Θ. 353.

Πλῆξεν, *percuſſit*, a. 1. ind. Th. πλήσσω, percutio, f. ξω, p. m. πέπληγα. Θ. 855.

Πλήξιππoι, nom. pl. à πλήξιππος, agitator equorum, ex πλήσσω, f. ξω, percutio, & ἵππος, ος, ὁ, equus. α. 24.

Πλῆτο, *implebatur*, 3. ſing. pluſq. perf. paſſ. Poëtice, pro ἐπέπλητο, à πλήθω. Sic & πλῆντο, in plurali. Verum malim derivari ab imperf. verbi πλήμι, à πλήθω. Th. πλέος, plenus. α. 146. Θ. 688.

Πλόος, & contracte, πλοῦς, *navigatio*, à πλέω, f. πλεύσω, navigo. s. 663.

Πλουσίους, *dives*, à πλοῦτος, ου, ὁ, *divitiæ*. s. 22.

Πλυτεῦντα, Dorice, pro πλυτοῦντα, præſ. part. acc. à πλυτέω,

πίω, *diteſco*. Th. πλοῦτος, ου, ὁ, divitiæ. ε. 311.

Πλουτὼ, ὁος, ἡ, nomen mul. q.d. *opulenta*. ϑ. 355.

Πλουτοδόται, *opum datores*, nom. pl. à πλουτοδότης, ου. ex πλοῦτος, *divitiæ*, & δίδωμι, do. ε. 125.

Πλοῦτος, ου, ὁ, q. ex πολὺ, & ἔτος, *divitiæ, ex multis annis collectæ*. at ἄφενος, εος, τὸ, *divitiæ* (ἀφ' ἑνὸς ἔνος) *ex uno anno ſuperſtites*. ε. 375.

Πλωΐζεσκε, *navigabat*, 3. perſ. ſing. imperf. act. Poëtice, à πλωΐζω. Th. πλόω, f. πλόσω, navigo. ε. 632.

Πνείοντες, *anhelantes*, præſ. part. Poët. pro πνίοντες. πνέουσιν, acc. f. g. præſ. part. πνόοντος, part a. 1. act. Th. πνέω, f. πνόσω, flo. ε. 504. α. 24

Πνοιαὶ, *flatus*, acc. pl. à πνοὴ, quod eſt à πνέω, *flo, ſpiro*, f. πνόσω, in præt. med. πέπνυμαι, unde eſt πνοὴ, ῆς, ἡ, *flatus*, Poët. πνοιὴ, πνοιῆσι, dat. pl. Ion. pro πνοιαῖς. ϑ. 253. 268.

Πόδα, acc. ſing. à πούς, *pes*, in dat. duali, ποδοῖν, & Poët. ποδοῖ ἴν. ε. 495. α. 158. ποδῶν, gen. pl. ϑ. 70.

Ποδώκεα, acc. ſing. q. ὠκὺς τοῖς ποσὶ, *pedibus celer*, à ποδώκης, ες, ὁ καὶ ἡ, pedibus celer, à πούς, ποδὸς, pes, & ὠκὺς, celer. ϑ. 320.

Πόθος, ου, ὁ, deſiderium. α. 41.

Ποιεῖ, *facit*, 3. præſ. à ποιέω, ῶ, facio, ποίησε, & ποίησε, a. 1. pro ἐποίησε. ε. 100.

Ποίη, Ion. pro πόα, ας, ἡ, *herba*. hinc ποιήεσσα, herboſa. α. 381. ϑ. 194.

Ποικιλόβουλος, *verſutus*, qui animo ſuo agitat varia conſilia, à ποικίλος, ου, ὁ, varius, & βουλὴ, ῆς, ἡ, conſilium. ϑ. 521.

Ποικιλόδειρον, *canoram, variantem vocem*, à δειρὴ, ῆς, ἡ, ſeu δειρὴ, *collum*, & per metonym. cauſæ, *vox*, & ποικίλος, ὁ, varius. ε. 201.

Ποικίλος, ου, ὁ, varius. ϑ. 300.

Ποιμαίνοντ', *paſcentem*, acc. ſing. præſ. part. verbi ποιμαίνω, f. ανῶ, paſco, aor. 1. ἐποίμηνα. Th. ποιμὼ, ένος, ὁ, paſtor. ϑ. 23.

Ποιμέϊ, dat. ſing. à ποιμὼ, ένος, ὁ, *paſtor*. Hinc ποίμνη, ης, ἡ, grex ovium. ε. 785. ϑ. 100. 446. hinc & ποιμνήϊος, ὁ, ad ovium gregem pertinens.

Ποινὴ, ῆς, ἡ, *pœna*. ε. 753.

Πολεμήϊος, Ionica dialyſi, pro πολέμειος, *bellicus*. Th. πολεμος, ου, ὁ, bellum. α. 238.

Πολέας, *multos*, acc. pl. Poët. pro πολλοὺς, (differt à πόλεας, *urbes*, ſolo accentu.) Th. πολὺς, in genit. uſitatè πολλοῦ à πολλὸς, ſed Poëtice etiam πολέος. ε. 578.

Πολεῖν, *verte*, præſ. inf. à πολέω, ῶ. *verto*, εἶαμεν πολεῖν, *vere verte*. Hic in dimenſione legendum ἦμεν πολεῖν. ε. 460.

Πόλεμος, ου, & Ionic. πολέμοιο, acc. πόλεμον, *bellum*. ε. 14.

Πόλις, ἡ, urbs. in Gen. πόλιος, πόλεως, & Poëtice, πόληος. in acc.

acc. πόλιν, & πόληα, Poët. dat. plur. πολίεσσιν, Ionic. & Poët. s. 119. 238. a. 105. 285.

Πολιοκρόταφοι, *cani circa tempora*, κρόταφος, ου, ὁ, pars capitis dicta *tempus*. *Homo propriè canescit*. Vide κρόταφος. s. 179.

Πολλάκι, Poët. pro πολλάκις, *sæpe*. Th. πολύς. s. 238.

Πολλὴ, πολὺς, & πολλὸς, & πολὺ, multus, a, um, dat. pl. πολλοῖσι. πολὺ, adverbialiter accipitur, pro *multò*, πολὺ μᾶλλον, *multò magis*. πολλὸν, pro πολλῷ ponitur & accipitur adverbialiter. s. 19. πολλὸν ἀμείνω, *multò meliora*. πολλὰ, adv. *valde*, *multùm*. Comp. πλείων, ον, Superl. πλεῖστος, η, ον, plurimus, a, um. s. 9. 19. 126. a. 92. 274. 9. 9.

Πολυγηθίης, gen. à πολυγηθὴς, *multum lætitiæ afferens*. Th. πολὺ, *multum*, & γηθέω, f. ήσω, *lætor*. s. 612.

Πολυγόμφων, *multos clavos habentium*, ex πολὺς, *multus*, & γόμφος, ου, ὁ, *clavus*. s. 658.

Πολυδαίδαλος, *multo artificio elaboratus*. ex πολὺς, multus, & Δαίδαλος, ου, ὁ, *Dædalus*, ingeniosus ille artifex Cretensis. s. 64.

Πολυδερκέος, genit. à πολυδερκὴς, *multos intuens*, ex πολὺς, multus, & δέρκω, video. 9. 451.

Πολυδώρη, nomen mul. 9. 354.

Πολύδωρος, nomen viri. 9. 978.

Πολυήρατος, peroptabilis. Them. ἐράω, ῶ, f. άσω, amo. 9. 404.

Πολυΐδριν, *multiscium*, idem quod πολυΐστορα, à πολὺς, *multus*, & ἴδρις, ιος, ὁ ἡ, *sciens*. Th. ἴστημι, *scio*. 9. 616.

Πολυκληΐδα, accus. sing. à πολυκληῖς, *multis transtris instructa*, vel *multa compage juncta*, à κληῖς, sedes nautica. vel à κληῖς, pro κλεὶς, δὸς, ἡ, clavis. Th. κλείω, f. σω, claudo. s. 815.

Πολυκλύστῳ, in dat. à πολύκλυστος, ου, ὁ, *undis agitatus*. à κλύζω, *abluo*, f. σω. 9. 189.

Πολύμηλοι, *pecorosi*, ex μῆλον, ου, τὸ, *ovis*. Th. μηλέα, ας, ἡ, malus arbor. s. 306.

Πολύμνια, ας, ἡ. Nomen Musæ, à πολὺς, multus, & ὕμνος, ὁ, hymnus, carmen, & hoc ab ὑδέω, celebro, cano. 9. 78.

Πολύξεινος, *multorum hospes*, à ξεῖνος, ου, & Poët. ξεῖνος, *hospes*. s. 713.

Πολύπλυχος, ου, *multiplex*, *implicatus sphæris*, à πλύνω, f. ξω, *complico*. 9. 113.

Πολὺς. Videin πολλὴ.

Πολυσπορίης, *dispersæ*, à πολυσπορὴς, έος, ὁ ἡ, *multum sparsus*. Them. σπείρω, *dissemino*, f. ρῶ. 9. 365.

Πολυφλοίσβοιο, *multisoni*, gen. Ion. à φλοῖσβος, ου, *fremitus undarum*. s. 646.

Πολυφόρβης, gen. casus, *multos pascentis*. Th. φέρβω, ψω, pasco. 9. 912.

Πολυφραδέεσσι, *astutis*, dat. pl. à

πολυφραδὴς, valdè consultus. Th. φράζω, f. σω, dico, a. 2. ἔφραδον. ϑ. 494

Πολύχρυσος, *affluens auro*. Th. χρυσὸς, οῦ, ὁ, aurum. α. 8.

Πολυώνυμος, *multa habens nomina*, celebris, ab ὄνομα, ατος, τὸ, *nomen*. ϑ. 715.

Πονησόμενος, *laborans*, part. a. 1. med. verbi πονέω, ῶ, f. ήσω, *laboro*. Them. πένομαι, facio, p. m. πέπονα. ε. 430.

Πόνος, ου, labor, πόνοιο, gen. Ion. Th. πένομαι, facio. ε. 91.

Πόντος, ου, ὁ, mare. ε. 668.

Ποντοπόρεια, nomen mul. *pontivaga*. Sic ποντοπόροιο, à πόντος, ου, ὁ, mare, & πορεία, ας, ἡ, iter. Th. πείρω, transeo. ε. 626. ϑ. 256.

Πόρον, acc. à πόρος, ου, ὁ, *iter*. Th. πείρω, f. ερῶ, transeo. ϑ. 292.

Πόρε, *dedit*, a. 2. act. à πόρω, Poet. pro ποιέζω. πόρεν, pro ἔπορον, a. 2. act. πόροι, *præbuerit*, a. 2. opt. act. Th. πείρω, f. περῶ, transadigo, pertranseo, præt. m. πέπορα. ε. 377. ϑ. 412. 904.

Ποσειδάων, & contractè, ποσειδῶν, gen. ῶνος, ὁ, Neptunus. ε. 665.

Πόσις, ιος, ἡ, f. g. *potus*. idem quod πόμα, τὸ. Th. πίνω, f. πώσω, *bibo*. α. 395.

Ποσὶ, pro ποσὶ, *pedibus*, & ποσὶ, pro ποσὶ, & hoc pro ποσὶ, dat. pl. Poet. à πούς, ποδὸς, ὁ, pes, vocat. ὦ πούς. ε. 539.

Ποταμοῖο, gen. Ion. à ποταμὸς, οῦ, ὁ, *fluvius*. ϑ. 242.

Ποτὲ, ποτ', & ποϑ', *quando*. ε. 86. 228. ϑ. 22.

Ποτέοντο, *volabant*, imperf. Ion. à ποτέομαι, f. ήσομαι, idem quod πέτομαι, volo, as. ϑ. 691.

Ποτὶ, Doricè, pro πρὸς, *ad*. ε. 550.

Πότνια, *veneranda*, à πότνιος, α, ον, venerandus. ε. 73.

Πῦ, *ubi*, adv. ab ὅς. Th. ὁς, qui. ε. 88.

Πολυβότειρα, *multorum alumna*, epitheton terræ, ex πολὺς, Poet. pro πολὺς, *multus*, & βόσκω, f. ήσω, pasco. à Th. inusitat. βάω, ῶ, f. όσω, pasco. ε. 156. ϑ. 531.

Πολλὼ, accus. sing. m. g. pro πολλὴν. Vide in πολὺς. ϑ. 190. 258.

Περθέειν, *vastare*, Ion. pro περθεῖν, a. 2. inf. verbi πέρθω, vasto, f. πέρσω, f. 2. παρθῶ, & per metathesin περθῶ, hinc a. 2. ἔπραθον. α. 240.

Περαπίδεσσι, dat. pl. à περαπίδες, αἱ, *præcordia*. ϑ. 608.

Πέπτ, 3. præs. à πέπω, decorus sum. μετὰ πέπω, decorus sum inter. ϑ. 92.

Πρεσβῆες, *seniores*, Ion. à πρεσβεὺς, έως, ὁ, idem quod πρέσβυς, υος, ὁ, *senex*. α. 245.

Πρεσβύτατον, *maximum natu*, superl. grad. à πρέσβυς, senex. ϑ. 363.

Πρηνὴς, ές, ὁ, ἡ, *pronus*. α. 365.

Πρήξεις, *facies*, f. 1. ind. Ion. pro πράξεις, à πράσσω, facio, f. ξω, p. χα, ε. 400.

Πρηστήρων, *valdè spirantium*, gen. pl.

pl. à πρηστὴς, ῆρος, ὁ. Th. πρήθω, incendo. ϑ. 846.

Πρηΰνῃ, *mitigat*, 3. ſingul. præſ. Ion. pro πραΰνῃ. Th. πραΰς, vel πρᾶος, ε, ὁ, lenis. ϑ. 254.

Πρηῶνος, *præcipitio*, gen. à πρηών, ῶνος, ὁ, *eminentia montis*. α. 437.

Πρίν, *prius*, adv. ε. 90.

Πρίνινον, *ilignum*, à πρῖνος, ου, ἡ, *ilex*, arbor. ε. 427.

Πρίνυς, genit. πρῖνος, υ, ἡ, *ilex*. ε. 434.

Πρὸ, *juxta, una*. πρό τ' ἰούσα, *præterita*. α. 303. ϑ. 32.

Προβάδην, adv. *in progrediendo*, à προβαίνω, *progredior*. Them. βαίνω, eo, f. βήσομαι, p. βέβηκα, a. 2. ἔβην. ε. 727.

Προβάλλοιμι, *proponat*, a. 2. med. opt. à προβάλλω, *profero*, propono. Th. βάλλω, f. αλῶ, jacio, p. βέβληκα, a. 2. ἔβαλον, p. m. βέβολα. ε. 777.

Προβάτοις, dat. pl. à πρόβατον, ου, τὸ, *ovis*, pecus. ε. 556.

Φθονέῃ, *invidet*, 3. perſ. præſ. ind. à φθονέω, invideo, f. ήσω, p. ἐφθόνηκα. Th. φθόν@, ος, ὁ, *invidia*. ε. 26.

Φίκιον, accuſ. à φίκι@ nomen montis. ex ἴφι, *fortiter*, & κίω, *incedo*, quia ardui montes ſummis viribus ſunt ſuperandi. α. 33.

Φιλήτησι, *furibus*, dat. pl. pro φιλήτας, à φιλήτης, ᾱ, ὁ, *fur*. Th. φίλ@, amicus. ε. 373.

Φίλ@, ος, ὁ, *amicus*. φίλα & φίλ' in pl. ε. 182. 304.

Φιλεῖ, *amat*, 3. præſ. ind. à φιλέω, f. ήσω, p. πεφίληκα, præt. m. πέφιλα. ε. 15. 298. 340.

Φιλεῦντα, Doricè pro φιλοῦντα, 3. pl. præſ. à φιλέω, amo. Th. φίλ@. ϑ. 97.

Φιλλυρίδης, nomen gentile. ϑ. 1002.

Φιλομμειδὴς, έ@, ὁ, ἡ, *amans riſus*. die gern lachet / Poët. geminant μ. ex φίλ@, amicus, & μειδάω, rideo. ϑ. 989.

Φιλομμηδέα, acc. ſing. à φιλομμηδὴς, έ@, quæ amat genitalia, à φίλ@, & μῆδ@, ε@, cura, & μήδεα τὰ, τὰ αἰδοῖα, *pudenda*. In carminis dimenſione hic legendum φιλομμηδῆ. ϑ. 200.

Φιλότης, ητ@, ἡ, *amicitia*. Th. φίλ@, ὁ, amicus. ϑ. 651.

Φίλυ, *cari*. genit. à φίλ@, ος, ὁ. *amicus*. ϑ. 180.

Φίλῳ, *amico*, dat. ſing. ut & φίλῃ, in f. g. φίλοισιν, & φίλῃσι,

σι, dat.pl. Ion. ε. 368. Ϡ. 162. 283.

Φιλτερῶ, *curior*, comparat. pro φιλότερῶ, in ſuperl. φίλτατος, à φιλῶ, ῶ, ὁ, *amicus*. ε. 307. α. 78.

Φλεγέθοντος, *ardentis*, gen. part. præſent. à φλεγέθω, ex φλέγω, *uro*, & θέω, *curro*. Ϡ. 846.

Φλεγύαο, *aquilæ*, genit. Æolicus à φλεγύας, ω, ὁ, *aquila*. ἀπὸ τοῦ φλέγειν τὲ λαμπρὸς εἶναι. α. 134.

Φλὸξ, γὸς, ἡ, *flamma*, à φλέγω, ξω, uro. Ϡ. 697. 859.

Φόβῶ, *timor*, à φέβομαι, in præt. med. πέφοβα. α. 144. 155.

Φοβέεσκον, 3. pl. imperf. Poëticè pro ἐφόβουν, à φοβέω, ῶ, *timorem injicio*, *terreo*. φοβέομαι, ῆμαι, *timeo*. Th. φέβομαι, *timeo*. α. 162.

Φοῖβῶ, φοίβε, *purus*, *lucidus*: eſtque Apollinis epitheton: & φοίβη, nomen Deæ. Ϡ. 404.

Φοινικήεις, ήεσσα, *puniceus*. à φοῖνιξ, ικος, ὁ, *palma arbor*, *color ruber*. α. 194.

Φοιτῶσι, à φοιτάω, *ventito*, *frequento*, f. ήσω, p. πεφοίτηκα. ε. 103.

Φόνον, cædem, à φόνῶ, ου, ὁ, cædes, à φένω, *occido*, unde præter. med. πέφονα. α. 17. Ϡ. 228.

Φόρκυϊ, *Phorco*, dat. ſing. nom. propr. Ϡ. 270.

Φόρκυνῶ, gen. à nomin. φόρκυς, υνῶς, ὁ, & φόρκυῶ, *nomen monſtri marini*. in acc. φόρκυν, in dat. φόρκυϊ, pro φόρκυνι. Ϡ. 237.

Φόρμιγι, dat. ἡ φόρμιγξ, ιγγος, *cithara*, *teſtudo*. α. 280.

Φορμὸς, ὅ, ὁ, *ſporta*. ε. 480.

Φορτίζεσθαι, *imponito*, præſ. inf. paſſ. verbi φορτίζω, onero, f. σω. p. πεφόρτικα. Th. φόρτος, ου, ὁ, *onus*. ε. 688.

Φόρτος, ὁ, ὁ, *onus*, hinc φορτίον, ου, τὸ, *onus*. φορτί', pro φορτία, *onera*. ε. 642.

Φόως δὲ, in lucem, à φόως, idem quod φῶς, τὸς, τὸ, *lux*. Th. φάω, *luceo*. Ϡ. 669.

Φραδμοσυνήσιν, dat. pl. Ion. pro φραδμοσύναις, à φραδμοσύνη, ἡ, *conſilium*. Th. φράζω, f. σω, *dico*. ε. 243.

Φράζεσθαι, *cogitare*, præſ. inf. φραστύτω, 3. dual. a. 1. act. Ion. φράσσαθ', pro φράσασθαι, φράσσατο, pro φράσατο. 3. ſing. a. 1. med. opt. φρασσάμῶ, part. a. 1. med. pro φρασάμῶ, metri cauſa, φράζομαι, *conſidero*. Th. φράζω, dico, f. σω, p. κα, a. 2. ἔφραδον. ε. 365. α. 218. Ϡ. 892.

Φρεσὶ, & φρεσὶν, *præcordiis*, *mente*, dat. pl. à φρὴν, *mens*. ε. 47. 389.

Φρίσσῃ, horret. 3. præſ. ind. φρίσσω, *contremiſco*, f. ξω, p. χα. φρίσσασ', pro φρίσασι, φρίσσον pro ἔφριξον, imperf. ε. 510. α. 171.

Φρονέω, *ſapio*, *cogito*, f. ήσω, p. πεφρόνηκα. Them. φρὴν, ενὸς, ἡ, *mens*. ε. 200. Ϡ. 461.

Φύγῃς, *effugeris*, a. 2. opt. act. à φεύγω, *fugio*, f. φεύξομαι, a. 2. ἔφυγον, p. m. πέφυγα. ε. 682.

Φυὴν, *naturam*, *indolem*, à φυὴ, ῆς,

ῆς, ἡ. Th. φύω, naſcor. α. 88.

Φύλακες, nom. pl. à φύλαξ, ακος, ὁ ἡ, cuſtos. Th. φυλάσσω, cuſtodio. ε. 122.

Φύλλα, folia, nom. pl. à φύλλον, ου, τὸ, folium, dat. pl. φύλλοισι. ε. 419.

Φυλάσσῃ, cuſtodit, 3. præſ. φυλάσσεο, pro φυλάσσου, præſ. imperat. paſſ. à φυλάσσω, cuſtodio, f. ξω, p. χα. ε. 489. ϑ. 769.

Φῦλον, ου, τὸ, idem quod Φυλὴ, ῆς, ἡ, tribus, genus, φυλ', pro φῦλα, nom. pl. ε. 90. 197.

Φύλοπις, ιδος, ἡ, pugna, in acc. φύλοπιν & φυλόπιδα, proprie clamor bellicus, à φῦλον, ſeu φυλὴ, ῆς, ἡ, natio, gens, & ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox, q. d. ὄψ τῶν φύλων, clamor nationum. Sic βοὴ, ponitur pro bello, ἰλιαδ. β. 408. per metonymiam adjuncti, vel quaſi, ἡ τῶν φύλων ὄπις, quod bellis puniat Deus homines, ab ὄπις, ιδος, ἡ, ultio. α. 23. 114. 200.

Φύρειν, miſcere, præſ. inf. à φύρω, f. υρῶ, & Æolic. φύρσω, p. κα. ε. 61.

Φυτὸν, οῦ, τὸ, planta, in dat. pl. φυτοῖσι, hinc φυτεύω, planto, φυτεύσῃ, plantaret, 3. perſ. a. 1. ſub. φυτεύσαι, a. 1. m. ind. Ion. Th. φύω, naſcor. ε. 567. 780. 810 α. 29. ϑ. 986.

Φωκῆες, nomen gentis. α. 25.

Φώκην, nom. viri. phoca, eſt bellua marina, φώκαινα, φώκη, vitulus marinus, peſſime olet. ἐδώδ. δ. 443. ϑ. 1004.

Φώνῃ, dat. ſing. à φωνὴ, ῆς, ἡ, vox. α. 382.

Φῶϛ, viri, gen. ſing. φῶτος, virum, acc. ſing. à φὼς, vir, φωτῶν, virorum, per ſyncc. ſpec. hominum. φῶτες, viri. Sed φῶς, ωτὸς, τὸ, lumen, differentiæ cauſa facit Genitivum pluralem φώτων. Th. φάω, luceo. ε. 191. α. 149. 420.

X.

X', propter ſequentem Vocalem aſpiratam pro κ. pro κὴ, ſæpe pro κε, κεν, quæ ſunt dictiunculæ potentiales. ε. 390. 432.

Χάος, genit. ſing. à χάος, εος, τὸ, rudis indigeſtaque materia, qualem fingebant. Vide in χάος. ϑ. 123.

Χαίρεις, gaudes, 2. perſ. præſ. verbi χαίρω, gaudeo, f. χαιρῶ, p. κέχαρηκα, a. 2. ἔχαρον. f. 2. paſſ. χαρήσομαι, p. m. κέχαρμαι. ε. 551. 356. α. 327.

Χαλαίνοντες, laxantes, præſ. part. à χαλαίνω, idem quod χαλάω, f. άσω, laxo. α. 308.

Χαλέπτω, damno afficio, everto, hinc χαλεπὸς, gravis, χαλεπὴ, χαλεποῖο, gen. Ion. χαλεποῖσι, dat. pl. Ion. χαλεπώτατος, difficillimus, ſuperl. & χαλεπῶς, adv. ε. 5. 91. 290. 330. 555. 672.

Χαλκεόφωνος, ου, ὁ, ἡ, ærea voce, ex χαλκὸς, οῦ, ὁ, æs, & φωνὴ, ῆς, ἡ, vox. ϑ. 311.

Χαλκοκορυστὴς, ærea galea munitum, acc. ſing. à χαλκοκορυ-

στὴν,

κης, ex χαλκὸς, ὕ, ὁ, æs, & κόρυς, υθος, ἡ, galea. Θ. 984.

Χαλκῷ, ære, dat. ſing. χαλκὸς, ὕ, ὁ, æs. ſ. 150. α. 415. hinc χάλκεος, ᾶ, æreus, & χάλκειος, metri gratia. χαλκίδα, acc. à χαλκὶς, nomen urbis. ſ. 143. 149. 653.

Χαμαὶ, humi, adv. hinc χαμαιγενέων, *humi prognatorum*, à χαμαιγενὴς, ex χαμαὶ, & γείνομαι. Θ. 879.

Χάος, hiatus, tenebræ, à χαίνω, hiſco: hinc χαόω, in chaos verto. Θ. 116.

Χαραχθόμενον, præſ. part. χαραχθόμενος, Dor. & Æol. pro χαραχθέντα, à χαράσσω, f. ξω, ſculpo, *incido*, *acuo*. ſ. 571.

Χαρίεντας, acc. pl. à χαρίεις, χαρίεσσα, εν, elegans, à χάρις, ιτος, ἡ, gratia. Θ. 129.

Χάρις, ιτος, ἡ, *gratia*, in acc. χάριν. ſ. 707. 718.

Χάριτες, Deæ, in gen. pl. χαρίτων. ſ. 73. Θ. 907.

Χάρμα, ατος, τὸ, *gaudium*. Th. χαίρω, *gaudeo*. α. 400.

Χαροπῶν, gen. Ion. à χαροπὸι, *truces*, fulvi alioquin, χαροπὸς, ὕ, ὁ, *lætus*, *vultu ſerenus*, *cæſius*, *cæruleus*, ab ὤψ, oculus. Th. ὄπτομαι, video, & χαίρω, gaudeo. Θ. 321.

Χάσμα, ατος, τὸ, *hiatus*. Th. χαίνω, *hiſco*. Θ. 740.

Χαλίζων, egens, præſ. part. à χατέω, *egeo*. ſ. 21.

Χαυλιόδων, οντος, ὁ, *curvos dentes habens*, dicitur & χαυλιόδους, ab ὀδὰς, όντος, ὁ, *dens*. α. 387.

Χέῃ, *fundit*, 3. præſ. ind. verb. χέω, ſeu χείω, *fundo*, f. χέσω, χείσω, & χεύσω, a. 1. ἔχευσα, ἐχεύα, & ἔχεα, a. 1. paſſ. ἐχύθην. ſ. 419.

Χείλεσι, dat. pl. à χεῖλος, εος, τὸ, *labium*, *labrum*. ſ. 97.

Χείμαρος, *clavus ligneus ſub carina*. χειμάρρους, hyeme fluens, à χεῖμα, ατος, τὸ, *hyems*, & ῥέω, *fluo*. ſ. 624.

Χεῖμα, χείματος, hyems, hinc χειμών, ῶνος, *idem*. hinc χειμέριος, & χειμερίη, *hyemalis*. ſ. 492. 563. 638. 673.

Χείουσιν, 1. pl. præſ. ind. Poëtice pro χέουσιν, à χέω, fundo, f. χεύσω, a. 1. ἔχευα, & ἔχεα, pro ἐχεύσαμεν, f. 2. χεῶ, a. 1. paſſ. ἐχύθην, quaſi à χύω. Θ. 83.

Χειροδίκαι, nom. pl. à χειροδίκης, *cui jus eſt in manibus*, ex χεὶρ, *manus*, & δίκη, ἡ, *jus*. ſ. 187.

Χειρὸς, gen. à χεὶρ, *manus*, χειρὶ, χεῖφι, χεῖρας, dat. pl. χερσὶ, χερσὶν, & χείρεσσι, Ion. & poët. ut & χέρεσσιν. ſ. 478. 795. α. 188. Θ. 747.

Χείρων, *Chiron*, nomen viri. Θ. 1001.

Χελιδὼν, όνος, ἡ, *hirundo*. ſ. 566.

Χερείων, *deterior*, & χειρότερον, *deterius*, novus comparativus; à κακὸς, *malus*, in comp. κακίων, χείρων, & Poët. χερείων, in ſuperl. κάκιστος, & χείρατος. ſ. 819. α. 51.

Χερσὶ, dat. plur. Vide in χειρὸς. ſ. 319.

Χηλῇσι, dat. pl. Ion. à χηλὴ, ῆς, ἡ, *ungula*, *forfex*. α. 62.

Χηρωσαὶ, *remoti cognati.* Them.

Χήρ⊙, ᾰ, *viduus.* ϑ. 607.

Χήτῃ, dativus ſing. à χῆτος, ε⊙, τὸ, *penuria.* Th. χατέω, ῶ, *egeo.* ϑ. 605.

Χθονίᾱ, gen. à χθόνι⊙, *terreſtris*, à χθών, ονὸς, ἡ, *terra.* α. 373.

Χίλιαι, in f. g. & χίλιοι, *mille*, in n. g. χίλια. ϑ. 364.

Χίμαιρα, in gen. χιμαίρης, Ion. *capra hyeme nata*, à χεῖμα, τ⊙, τὸ, *hyems*, per ſyncopen ϑ ε ψιλῶ, metri cauſa. ϑ. 322. 323.

Χιτῶνα, acc. ſing. à χιτὼν, ῶν⊙, ὁ, *tunica*, Ionicè, κιθὼν. ε. 534. α. 287.

Χλαῖναν, acc. à χλαῖνα, ἡ, *læna.* veſtis ſpecies. ε. 535.

Χλοερῷ, dat. à χλοερὸς, *viridis*, unde per craſin χλωρὸς, χλωρῶ. ε. 741. α. 393.

Χλῶναι, *agreſtes*, à χλώνης, per craſin pro χλοώνης, ut ſit qui in virenti gramine cubat, epitheton apri, ex χλόα *herba virens*, & ὠνὴ, ἡ, *cubile.* α. 177.

Χοάνοιο, gen. Ion. χόων⊙, *catinus*, à χέω, *fundo.* ϑ. 863.

Χόλοιο, gen. Ion. pro χόλυ, à χόλ⊙, ος, ὁ, *bilis*, item *ira.* Th. χολὴ, ῆς, ἡ, bilis. ϑ. 221.

Χολώμω⊙, *iratus*, præſ. part. à χολόομαι, ῶμαι. *iraſcor.* Th. χολὴ, ἡ, *bilis.* ε. 137.

Χολωσάμω⊙, *iratus*, part. a. 1. med. pro quo Poëtæ quoque dicunt, χωσάμω⊙, à χολόω, *iraſcor.* Th. χολὴ, bilis. ε. 53.

Χορὸς, ῦ, ὁ, *chorus*, chorea, tripudium. α. 201.

Χόρτος, ου, ὁ, *fœnum*, hinc χορτάζειν, proprie *herbis*, ſeu *fœno paſcere*, per ſynecd. *ſaturare.* ε. 604.

Χρέα, *debita*, in dimenſione Poët. legendum, χρεὰ, vel τε, abeſſe debet, quod mihi fit veriſimilius, χρέα vero derivatur à χρέον, ου, τὸ, *debitum*, χρέ⊙, ε⊙, *idem.* ε. 645.

Χρειῶν, gen. pl. à χρεία, ας, ἡ, *egeſtas, utilitas, &c.* ε. 402.

Χρέμισαν, *hinnivere*, a. 1. Ion. à χρεμίζω, per ſyncopen pro χρεμιλίζω, f. ίσω, *hinnio.* α. 348.

Χρηίζειν, præſ. inf. à χρηίζω, idem quod χρήζω, *egeo.* Th. χρεία, *indigentia.* ε. 365.

Χρῆμα, ατος, τὸ, *res*, χρῆμ' pro χρῆμα, & χρήματ' pro χρήματα. ε. 342. 603.

Χρισαμένη, part. a. 1. med. *unctæ.* Errant ergo qui aiunt, aor. 1. med. non habere paſſivam ſignificationem, à χρίω, f. ίσω, *ungo*, perf. paſſ. κέχρισμαι. ε. 521.

Χρόν⊙, ου, ὁ, *tempus.* ε. 132.

Χροὸς, genit. à χρώς, *cutis.* Th. χρόα, ας, ἡ, *color.* Dicitur χρό⊙, ου, ὁ, & χρώς, χροὸς, ὁ, χροΐ, χρόα. ε. 74. 196. 534.

Χρυσαμπύκες, *aurea mitra revinctæ*, ex χρυσὸς, ὸν, ὁ, *aurum*, & ἄμπυξ, υκ⊙, ὁ, ἡ, propriè *funiculus auratus, quo jubæ equorum in fronte ſparſæ colligantur*, ab ἀμπίσχω, *circumdo.* Deinde per metaph. tribuitur mulieribus. ϑ. 916.

Χρυ-

Χρυσάωρ, *accinctus aureo gladio*, nomen viri, in acc. Χρυσάορα. ε. 769. ex χρυσὸς, *aurum*, & ἄορ, ορος, τὸ, enſis. ϑ. 282.

Χρύσειαι, pl. à χρύσεια, χρυσῆς, pro χρυσέης. ϑ. 975. χρυσόω. ε. 65.

Χρύσειος, idem quod χρύσεος. α. 313.

Χρύσεος, & contracte, χρυσοῦς, *aureus*, à χρυσὸς, οῦ, ὁ, *aurum*. α. 297. ϑ. 216.

Χρυσοκόμης, ου, ὁ, *aureo crine conſpicuus*, ex χρυσὸς, & κόμη, ἡ, *coma*. ϑ. 947.

Χρυσοπέδιλον, *aureis calceamentis gaudentem*, ex χρυσὸς, οῦ, ὁ, *aurum*, & πέδιλον, ου, τὸ, *calceus*. ϑ. 454.

Χρυσοστέφανος, aurea redimitus corona, à χρυσὸς, οῦ, aurum, & στέφανος, corona. Th. στέφω, corono. ϑ. 17.

Χρώς, ωτὸς, ὁ, *corpus*, idem quod χρῶς, χροὸς. Th. χρόα, ἡ, *color*. ε. 596.

Χυτροπόδων, gen. pl. à χυτρόπους, olla pedes habens, ex χύτρος, ου, ὁ, *olla*, & πούς. ε. 746.

Χωόμενος, *ſuccenſens*, part. præſ. med. pro χολοόμενος. χωσάμενος, part. a. 1. med. verbi χώομαι, idem quod χολῶμαι, *iraſcor*. Th. χολὴ, ῆς, ἡ, *bilis*. α. 12. ϑ. 533.

Χώρου, genit. à χῶρος, ου, ὁ, *locus*, *ſedes*. item, *ſpatium*. item, *ager*, *prædium*, *fundus*. α. 410. ϑ. 731.

Χώσατο, pro ἐχολώσατο, *iratus fuit*, a. 1. m. Ionic. à χώομαι, *iraſcor*. Th. χολὴ, ῆς, ἡ, *bilis*. α. 554.

Ψ.

Ψαμάθῳ, nom. mul. à ψάμμος, ου, ὁ, arena, ſabulum. α. 260.

Ψεύδεα, *mendacia*, acc. plur. à ψεῦδος, ψεύδεος, ubi in dimenſione legendum ψεύδεας, acc. pl. à ψευδὴς, ές, ὁ ἡ, ἡ, *falſus*, *mendax*. Th. ψεύδω, *fallo*, f. ψεύσω, p. ἔψευκα, p. paſſ. ἔψευσμαι, a. 1. m. ἐψευσάμην. ε. 78. 707. ϑ. 229. 783.

Ψιάδας, *guttas*, acc. plur. à ψιὰς, άδος, ἡ, *roris gutta*. α. 384.

Ψολόεντι, *ardenti*, dativ. ſing. à ψολόεις. Th. ψόλος, ου, ὁ, *fuligo*. α. 492.

Ψυχὴ, *vita*, *anima*. ψυχὰς, *vitas*. per metonym. cauſæ. α. 173.

Ψυχερὸς, *frigidus*, à ψύχω, f. ξω, *refrigero*. ψυχρὴ, pro ψυχρᾷ, Ion. ε. 545.

Ω.

Ὦ, ὦ, vocativus. ε. 27.
ᾧ, *cui*. ε. 57.

Ὧδε, *ſic*. ε. 35.

Ὠδύσατο, *iratus eſt*, a. 1. m. poët. ὠδυσάμην, ab ὀδύζομαι. f. ὀδύσομαι. ϑ. 617.

Ὠκεανίνη, *Oceanis*, nomen puerperæ. ὠκεανῖναι, *filiæ Oceani*. ϑ. 364. 507. 956.

Ὠκεανὸς, *Oceanus*, ex ὠκέως, *citò*, & νάω, *fluo*. ε. 169. ὠκεανοῖο,

pro ὠκειαῦ. ε. 564. Ϟ. 133.

Ὠκέες, pl. *veloces*, ὠκείης. gen. ſing. f. g. ὠκείη, ab ὠκὺς, *celer*, m. g. & in n. g. ὠκύ. α. 61. Ϟ. 998.

Ὠκείης, pro ὠκείαις, dat. pl. Ion. Ϟ. 269.

Ὠκείαν, acc. f. g. ab ὠκὺς, έος, ὁ, celer, ὠκείης pro ὠκείαις, Ion. dat. pl. ὠκέα, poët. pro ὠκεῖα. Ϟ. 266. 780.

Ὠκυπέτης, *celeriter volans*, ex ὠκὺς, έος, ὁ, *celer*, & πέτομαι, *volo*. eſt & ὠκυπέτη, nomen mul. ε. 210. Ϟ. 267.

Ὠκυπόδων, alipedum, ab ὠκύπους, οδος, ὁ, idem quod ποδώκης. ὠκυπόδεσσι, dat. pl. Ion. α. 302. 470.

Ὠκυρόη, nomen mul. Ϟ. 360.

Ὤλεσε, a. 1. ind. ab ὄλλυμι, *perdo*, in fut. ὀλέσω, a. 1. ὤλεσα, 3. pl. ὤλεσαν. ε. 370.

Ὠμάρτησε, a. 1. ind. act. ab ὁμαρτέω, *ſequor*, f. ήσω. Th. ὁμαρτὴ, ſimul. idem quod ὁμῶς. Ϟ. 201.

Ὤμισυ, Ϟ' ὤμισυ, pro ὃ ἥμισυ, *quod dimidium* Th. ἥμισυς, εος, ὁ, *dimidius*. ε. 557.

Ὠμηστὴν, *crudis veſcentem*, acc. ab ὠμηστὴς, ής, ὁ, *crudivorus*, ὡδὲ τὸ τε ὠμὰ ἔδειν, ab ἔδω, edo, & ὠμὸς, ή, όν, crudus. Ϟ. 300.

Ὠμὴ, *crudæ*, dat. ab ὠμὸς, ή, όν, *crudus*. item, *crudelis*. ε. 703.

Ὦμος, ου, ὁ, *humerus*, ὤμων, gen. pl. ὤμοις, & ὤμοισι. dat. plur. α. 159. 463.

Ὠνῇ, 3. ſing. præſ. ſubj. med. ab ὠνέομαι, *emo*, f. ήσομαι. ε. 539.

Ὦπα, acc. ab ὤψ, ὠπὸς, ὁ, *vultus* Th. ὄπλεμαι, *video*. ε. 62.

Ὤπασε, dedit, & ὤπασεν, a. 1. act. ind. ab ὀπάζω, f. σω, *præbeo*, item *inſequar*. Ϟ. 442.

Ὡραῖος, *tempeſtivus*, *ſpecioſus*, ab ὥρα, ας, ἡ, *pulchritudo*, *tempus*. ε. 32.

Ὡρμαινον, *matura reddunt*, pro ὠρμαίζουσι, Æolic. ab ὠρμαίζω. Th. ὥρα, *tempus*. Ϟ. 903.

Ὠρέξατο, *petiit*, a. 1. med. à Th. ὀρέγω, porrigo, f. ξω, præt. χα, aor. 1. paſſ. ὠρέχθην. Ϟ. 178.

Ὥρη, Ion. pro ὥρα, *hora*. & per ſyn. membri, *tempus*, ὥρης, ὥρῃ, ὥρην, ὥρας. ε. 30. Ϟ. 501.

Ὠρεγνῶντο, certabant, *porrigebantur*, 3. pl. imperf. paſſ. ab ὀρεγνάομαι, ῶμαι, idem quod ὀρέγω vel ὀρέγνυμι, f. ξω, p. χα, *porrigo*. α. 190.

Ὤρινε, concitat, a. 1. act. ab ὀρίνω. Th. eſt, ὄρω, *excito*. ε. 674.

Ὡρῖος, *tempeſtivus*. ab ὥρα, *hora*, ὥρια, ὥρι'. ε. 392. 490.

Ὠαρίων, ωνος, ὁ, *Orion*, ſignum cæleſte. ε. 607.

Ὤρνυθ', *excitabatur*, imperf. paſſ. ab ὄρνυμι. Them. ὄρω, *excito*. Ϟ. 191.

Ὦρσε, immiſit, a. 1. act. ab ὄρω, f. ὀρῶ, & Æol. ὄρσω. ὦρτο, 3. ſing. præt. pluſq. paſſ. ut & ὦρτ'. α. 40. Ϟ. 523. 990.

Ὠρύγιον, *antiquum*, ab ὠρύγιος, antiquiſſimi Thebanorum regis nomen, per ſynec. ſpeciei, *vetuſtus*, *antiquus*. Ϟ. 806.

Ὡς, particula varios habens uſus. ε. 86. 108. ὡς κ', ὡσεὶ. ε. 697.

s. 697. ϑ. 402.

Ὡ῎ς, pro ὥστως, sic. s. 44.

Ὡ῾σει, *perinde*. α. 189.

Ὡ῎στε, *adeo ut*, ὥς᾽, *utque*, pro ὥς πε. α. 405. ϑ. 831.

Ὡ῾τινι, *cui*, dat. ab. ὅστις, qui. s. 31.

Ὡ῎τρυνον, *jubebant*, imperf. ab ὀτρύω, *incito*, f. υνῶ, p. γνφ. ϑ. 883.

Ὡ῾τώεντα, *auritum*, h.e. *anſatum*, ab οὖς, ὠτὸς, τὸ, *auris*, unde eſt ὠτόεις, ὠτοεσσα, εν, *auritus*, a, um. s. 655.

Ὡ῎φειλον, imperf. ab ὀφείλω, *debeo*, fut. ὀφειλήσω, præt. ὠφείληκα, aor. 2. ὤφελον. s. 172.

Ὡ῎ιχον, *gradiebatur*, 3. ſing. imperf. med. ab οἴχομαι, *abeo*, unde ἀπόλλυμαι, *abeo*, *morior*, f. οἰχήσομαι, perf. ὤχημαι. α. 200.

FINIS.

LAMBERTI BARLÆI
NOTÆ
IN
HESIODI ASCRÆI
THEOGONIAM.

1. Μοῦσαι Ουρανίων, &c.] Exorditur Heſiodus ab invocatione & laudibus Muſarum, quæ cum Deæ ſint, ſcire, etiam abſtruſiſſima quæque creduntur: ſimulque docet, rem ſacram eſſe poëſin, nec αὐτοδιδάκτως canere vates, ſed divino quodam inſtinctu tanquam Muſarum ſubminiſtros. Muſarum verò nomine intelliguntur liberalia ſtudia ſive artes, quas propter excellentiam ſuam, & multiplicem utilitatem in Deas transformavit Gentilitas. De quarum parentibus, numero, variis hominibus & inventis dicendum poſtea, ubi ψευδολογίαν earum tradit poëta. Heliconis montem habitare dicuntur, quod Ratio & Sapientia in hominis capite velut in edito monte ſedes ſuas fixerint. Præterea nec otioſas eſſe ait, ſed Muſas tripudiis & cantibus ſemper intentas. Ob hanc in ſtudiis ſedulitatem invulnerabiles eas eſſe querebatur Cupido, in feſtiviſſimo Veneris & Cupidinis colloquio apud Lucianum. Saltare Muſas cum ait, & pedes intendere, τῷ ἄρσει καὶ θέσει in Muſica deſignare volunt poëtæ; tum exprimere naturam poëtices quæ pro diverſis carminum generibus, diverſis conſtat pedibus, hoc eſt, menſuris, quibus movetur. Μουσάων.] Genit. Æolicus pro Μουσῶν. Ἑλικωνιάδων.] Poëticâ epentheſi Ϝ α, pro Ἑλικωνίδων. Sic dictæ

ſunt

ſunt Muſæ ab Helicone Bœotiæ monte. Helicon nomen accepit ab Hebræo הלך, quod eò loci convenirent paſtores ad paſcendas pecudes. Nam Bœotiæ, & vicinæ Phocidis pleraque loca, ut à Cadmo, & aliis Phœnicibus aut Syris condita fuere, ſic & ab iiſdem nomina ſua accepere. Ἀρχώμεθα.] Sic Virgilius Ecl. 3. *A Iove principium.* Ἀείδειν.] Pro ἄδειν, quod fit ab α intentivo, & εἴδω, *ſcio*, quod poëtæ multarum rerum gnari eſſe debeant.

2. Αἰθ'.] Τε redundat, quod familiare poëtis epicis. Ἔχουσιν] Καλίχουσι. Verſus hic δηλοληπὸς eſt præcedentis epitheti, *Heliconiadum.* Μίγα.] Strabo Parnaſſi æmulum vocat & altitudine & circuitu, à quo non longè diſſidebat; ſpatio tamen haud amplo fuiſſe teſtatur. Ζάθεον.] Ἅγιον θεῖον, quod Apollini & Muſis ſacer eſſet.

3. Καί τε] Τε παρέλκει, ut ſupra. Κρήνην.] Πηγήν. Fontem hic intelligunt eum, quem Pegaſus ictu ungulæ fingitur aperuiſſe. Heſiodus quarto abhinc verſu Ἱπποκρήνην vocat. Perſius, *fontem caballinum*, in Prologo. Ἰοειδέα.] *Violæ inſtar purpurantem ſeu nigricantem*, ob aquæ colorem. Πόσσ' ἀπαλοῖσιν.] Ποσὶν ἁπαλοῖς.

4. Ὄρχου).] Ὀρχοῦ), ab ὀρχέομαι, *ſalto.* Βωμόν.] Repetenda ἀπὸ κοινοῦ præpoſitio ἐφί. Fuit autem Jovis ara in Helicone, cujus hic meminit poëta, ubi & ſedem ſuam, & templum habuit Jupiter. unde & *Heliconius* dictus. Ἐριθενέος.] A recto ἠριθενὴς, ὁ μέγα θέων ἦγυν κορυφὴν ἔχων. Jovis epitheton. Κρονίωνος.] Τοῦ Διός. Patronymicum pro nomine proprio.

5. Καί τε λοεσσάμεναι.] Narrat Heſiodus, quomodo Muſæ corpora ſua lavent in fontibus Permeſſo, Hippocrene & aliis. Nec ſine cauſſa. Eo enim docet, non corporis duntaxat, ſed & mentis puritate opus eſſe ſapientiæ ſtudioſis. Tum quoque ſcientiarum omnium & artium ſimplicitatem ſignificat non fucatam aut pollutam. Inter omnes enim aquas, nulla purior & ſalubrior eſt fontana. Λοεσσάμεναι.] Poët. λουσάμεναι. à λοέω, pro λούω. Χρόα.] Σῶμα. Περμησσοῖο.] Ion. pro Περμησσοῦ. Permeſſus Bœotiæ fluvius eſt ex Helicone per Copaidem lacum fluens, ut docet Strabo. In nonnullis codicibus legitur Τερμησσοῖο, ſed perperam. Termeſſus Piſidicæ urbis nomen eſt, non fluminis Bœotici, ut teſtatur idem Strabo.

6. Ἱπποκρήνης.] Alii legunt, Ἵππου κρήνης diviſim: Fonti nomen

nomen ex fabula inditum, quam ſupra retulimus. De eo Propertius lib. 3.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontei quà fluit humor equi.

Fontem Pierium appellat Statius, quod Muſis ſacer eſſet. Ὄλμιόν.] Olmius, Bœotiæ item fluvius in Helicone, ſic dictus ab Olmio Siſyphi filio, ut tradit Scholiaſtes. Strabo lib. 9. ſcribit, Permeſſum & Olmeium fluvios ex Helicone confluentes prope Haliartum in eandem Copaidem lacum incidere. Ζαθέοιο.] Ion. *ſacri*, vel *eximii*.

7. Ἀχερωΐτην Ἑλικῶνα.] Deeſt ἐν, vel continetur in verbo ſequenti. Χορὸς ἐνεποιήσαντο.] Ἐνέποιουν. Aoriſtus ἐνεποίησα ſignificationem habet.

8. Καλοὺς, ἱμεροέντας.] Laudat Muſas, quod non inconditè & agreſtium more tripudiarent, ſed pulchrè & ad numeros. Ἐπιβήσαντο ποσσίν.] Id eſt, ἐρρυθμίως καὶ κατὰ σωφρονας ἤρχοντο. Non pugnant hæc cum iis quæ ſuprà dixit de Muſis: πόσσ' ἀπαλοῖσιν. Poſſunt enim virgines ut corpus, ſic & pedes habere teneros, nec minus tamen fortiter & contentis pedibus ſaltare.

9. Ἔνθεν ἀπορνύμεναι.] Docet Poëta Muſas relicto Helicone, quique in eo, vel prope eum montem ſunt fontibus & fluviis, poſtquam ſe abluerint, in terris oberrare ac vocem edere ſuaviſſimam cantillantes pariter & tripudiantes: idque per noctem, ne ab hominibus conſpiciantur. Nec ἀλόγως id fictum. Pertinent enim hæc ad doctrinam, præcipueque poëticam ſpectant. Siquid ſapientius mediteris, nocturna opus eſt meditatione, inquiebat olim Epicharmus. Unde & noctem priſca Græcia Διφόρλω appellavit, ὡς ἀπὸ τὸ διφρονεῖν, *à bene ſapiendo*. Tum etiam hoc fictum creditumve, ut ea voluptatibus ſibi temperarent homines, neque ob noctis obſcuritatem licentiùs peccarent, gnari Deos Deaſve actionibus ipſorum intereſſe, ac ſcelerum fore vindices. Cum verò ruere ab Helicone dicuntur Muſæ, τὸ ὁρμητικὸν in poëtis declarat, quod & in Pindaro ſuo eleganter expreſſit Horatius Od. 2. lib. 4. cùm inquit:

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluere ripas,
Fervet, immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore.

Et Ovidius de ſeipſo:

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Ἔνθεν.] Ἐντεῦθεν. Ἀπορνύμεναι.] Ἀφορμώμεναι, concitatæ, vel potiùs *citatim degreſſæ*. Poteſt etiam uno verbo verti, *deruentes*, quo verbo uſus eſt Apulejus, pro *deorſum ruere*. Ἠέρα πολλὴν.] Id eſt, σκότῳ πολλῷ. Deos ſæpe cæleſti domicilio relicto, inter homines verſari, ſed ἀοράτως & nube obſeptos, priſca crédidit Gentilitas. Idem & de heroïbus affirmant poëtæ, præſertim per loca incognita euntes. Sic Venus Atridem obduxit apud Homerum: Ænean & Achaten apud Virgilium, ubi inquit: *At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit*, id eſt, ἠέρα πολλὴν.

10. Ἔννυχιαι.] Noctu. Nomen ἐπιῤῥηματικῶς poſitum. Στεῖχον.] Pro ἔστιχον, *incedunt*. Nam indefinita illa & imperfecta præſentis notionem habent. Περιμολὲα ὄσσαν.] *Suaviſſimam vocem*. Ὄσσαν Scholiaſtes interpretatur ἡδεῖαν φωνὴν. Nam docet Euſtathius ὄσσαν, κληδόνα & ὀμφὴν, nec non φήμην Homero eſſe ἡδύν quiddam & σημαντικὸν ἅμα καὶ μειλίσσον. Hic ſimpliciter pro voce accipitur.

11. Ὑμνεῦσαι.] Laudat Muſas à religione. Non enim vanis & ſpurcis cantilenis animum oblectare ait, ſed piis, & ſacris hymnis vacare, qui vel Dei reverentiam ingenerare, vel mores informare poſſent ad honeſtatem. Quippe Carminum ſuorum auſpicia faciunt à celebratione Jovis & Junonis, velut principatum inter Deos obtinentium. Sic & Aratus Aſtrologiam deſcripturus orditur à Jovis invocatione & laudibus locum. Docet eo vates, poëſin, cùm cæleſte ſit donum, non niſi in Dei operumque ejus laudem eſſe convertendam. Ὑμνεῦσαι.] Dor. pro ὑμνῆσαι. Αἰγίοχον.] Sic Jovem appellat uſitato Græcis cognomine, de quo Euſtathius: *Iupiter*, inquit, *dictus eſt* αἰγίοχος, *vel quod nutritus fuit à capra, quæ Græcè* αἶξ, αἰγὸς *dicitur*: ὀχὴ *verò ſonat alimentum. vel*, ὁ ἔχων τὴν αἰγίδα, *id eſt, quod habeat pellem dictæ capræ, cujus lac ſuxit: in ejus enim memoriam ipſam ferebat*. Ἥρην.] Ab ἀὴρ, cui præſidet, tranſpoſitis litteris fit ἥρα, Juno. Gerardus Voſſius Lunam eo nomine ſignari putat, quem videſis lib. 2. de Gentium Idololatria cap. 27. Πότνιαν.] Σεβασμίαν. Corripitur ultima & retrahitur accentus, pro ποτνίαν, à πότνιος, quod tamen, in uſu non eſt.

12. Ἀργείην.] Ion. Ἀργείαν. Sic dicitur Juno ab *Argis*, ubi nata fertur, ut ſcribit Strabo lib. 9. Errant qui Junonem Argivam cum Pelaſga vel Samia confundunt. Χρυσείοισι.] Pro χρυσοῖς *aureis*, hoc eſt, pretioſiſſimis & auro intertextis. Πεδίλοις.] Τὸ πέδιλον, *calceus*, ὑπὸ τὸ ὀφείλεσθαι τῷ ποδὶ, quod

pedi

pedi circumvolvatur. Hinc χρυσοπέδιλος alibi vocat Junonem Hesiodus. Eo epitheto aerem designant, à sole illustratum. Ἐμβεβαῦῖαν.] Ion. pro ἐμβεβηκυῖαν, ab ἐμβαίνω, *incedo*. Expressit hoc adjunctum Maro, cùm sic Junonem introducit loquentem: *Illa ego quæ Divûm incedo regina Jovisque Et soror & conjux*. Hinc, *Junonium ingredi* proverbio dicitur, qui *lento & fastuoso incedit gressu*, *Junonis instar*. Vide Erasmi Chiliad.

13. Κύρλω τ'.] Secundam à Jove & Junone ponit Minervam. Eam à genere & corporis habitu describit poëta cum filiam Jovis appellat, & cæsiis oculis præditam. Si historicè consideremus, Minerva eadem videtur fuisse, quæ Naama Lamechi filia, cujus meminit Moses Genes. 4. vers. 22. quæ lanificium & texturam reperisse dicitur. Alii Venerem eo nomine designari putant, quum *Nahama* Hebræo sermone *venustam* sonet ac *delicatam*. Diodorus Siculus varia Minervæ inventa refert, atque in his τὸν τῶν ἐσθῆτος κόσμον, id est, *rationem conficiendarum vestium*. Physici supremam aëris regionem, vel Lunam eo nomine intelligunt. Platonici intellectualem providentiam sapienter omnia & potenter exornantem, quæque sub cœlo sunt, producentem. Jovis filia dicitur, quod ex cerebro ejus sine matre procreata, quo docere voluêre poëtæ, sapientiam, & bonarum artium disciplinas, non esse humani ingenii reperta, sed ex Jovis cerebro, hoc est, inexhausto divinæ sapientiæ fonte in humanum usum depromptas. *Cæsiam* appellat, quod noctuæ oculos haberet, quæ avis etiam ei adscribebatur. Diodorus Siculus ab Ægyptiis sic vocatam prodit, non quod glaucos habeat oculos, ut Græci putaverunt, sed quod aër, quem Pallada antiqui credebant, glauci sit coloris. At Gellius in Noct. Atticis sic dictam tradit, quod horrendo ac formidoloso esset adspectu, tanquam belli dea. Unde & *cæsii leones*. Κύρλω.] Ion. κόρλω. Αἰγιόχοιο.] Αἰγιόχῳ. Γλαυκῶπιν.] Γλαυκόφθαλμον. γλαυκὸς, enim, *cæsius*, & ὤψ, *vultus*. Ἀθήνλω.] Ἀθλωᾶν. Phurnutus nomen illud δυσπλυμόλογον esse ait, ob antiquitatem. Gerardus tamen Vossius, cùm Minervæ cultum ab Ægyptiis accepisse dicat Græcos, etiam ab Oriente nomen ejus arcessit, sicque vocatam putat ex Chaldæo תָּנָה, hoc est, *meditari, studere, docere*, s & τ, ut sæpe fit apud Græcos, inter se commutatis, quasi dicas, *studiorum ac doctrinæ præses*. A præfixum *Tana* articulus est, sed spiritu aspero in lenem conversо.

14. Φοῖβόν τ'.] Priſci Gentiles Solem Lunamque Deos eſſe crediderunt, quorum alterum Apollinem, alteram Dianam nuncuparunt, ut auctor eſt Tullius lib. 3. de natura Deorum. Quatuor autem eo in loco recenſet Apollines, quorum antiquiſſimus Ciceroni is, qui ex Vulcano natus, Athenarum cuſtos eſt dictus. Huic inter alia præcipuè Muſicen tribuit Vetuſtas. At cum hoc inventum ante diluvium claruiſſe ex ſacris litteris conſtet, non alius fuiſſe videtur Apollo iſte, quàm Jubal, qui Geneſ. 4. à Moſe vocatur, *pater canentium cithara & organo*. Plato in Cratylo, nominis rationem perquirens, quatuor ei attribuit facultates, Muſicam, divinationem, medicinam & ſagittandi peritiam, ſicque dictum putat Clariſſ. Voſſius, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν, quod eſt *perdere*. Nam Sol tam corruptionis, quàm generationis auctor eſt, peſtis æquè ac ſalutis, ut videre eſt apud Homerum Iliad. primo, idque præcipuè facit in regionibus illis torridis, ut apud Atlantes in Africa, qui propterea Solem deteſtantur, ut auctor eſt Mela lib. 1, cap. 7. Quinimo Apollinis nomine Delphis non alium coluere gentes, quàm eum qui Apocalypſ cap 9. vocatur *Abaddon*, quod eſt, ſi Græcè interpreteris, ὁ Ἀπόλλων, cujuſque filius Æſculapius ſub ſerpentis forma Epidauri cultus. Poſt Apollinis laudem ſequitur & Dianæ, quæ Phyſicè Luna eſt, Apollinis ſoror, ut fabulantur poëtæ. Si hiſtoricè conſideretur, Diana virgo quædam fuit Creſſa, Eubuli filia, venationi addictiſſima, & retium, ut proditur, caſſariorum inventrix, quæ poſt mortem communi nomine cum Diana coli cæpit. Verùm ut Apollines, ſic & plures Dianas refert Cicero lib. ultimo de natura Deorum: at omnium noviſſima illi eſt, quæ eodem partu cum Apolline ex Jove & Latona nata fertur, quæque templum habuit apud Epheſios auguſtiſſimum, cujus meminit Lucas in actis Apoſtol. cap. 19. Latinis dicitur *Diana*, non quaſi Διὸς ἴνδεσα, ut Paſori viſum, ſed tanquam *Diva Iana*. Nam Solem *Ianum*, Lunam *Ianam* dixere veteres. Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα.] Utroque illo nomine unum & eundem Deum deſignant, nempe Solem. Prius illud etiam ἐπιθέτως accipi poteſt, ut ſignificet, *ſplendidum Solem*. Φοῖβος enim Heſychio, καθαρὸς, λαμπρὸς, ἁγνὸς, naturaque ſua adjectivum eſt. Καὶ Ἄρτεμιν] Sic vocant Graeci Dianam, ἀπὸ τοῦ ἀρτεμεῖς ποιεῖν, *quod integros ſanoſque præſtet ſui cultores*, tanquam venationis Dea. Macrobius 1. Saturnal. cap. 15. ad Lunam reſpiciens ſic eam vocari ſcribit,

ſcribit, quaſi *ἀιεϱύπμεν, quod aëra ſecet.* *Ἰοχέαιϱαν.*] Sic dicitur, vel *ἐϕ᾽ ἰόχεον ἰὼν, quaſi tela emittens* ſeu *effundens*, vel *ἐϕ᾽ ἰόχεον ἰοῖς, quod ſagittis gaudeat*, ut ſagittaria & venatrix. Si ad Lunam referas, etiam *ἰοχέαιϱα* meritò dici poſſit, tum venatorum reſpectu, qui noctu ad Lunam exire ſolent, cum è luſtris ſuis prodeunt feræ: tum maximè parturientium ergò, quarum acerrimis doloribus mitigandis conferre creditur Luna, præſertim cùm pleno orbe refulget ob humoris tunc copiam, & lubricitatem uteri. Inde ſagittas Dianæ tribuunt ob dolorum ſcilicet in partu gravitatem. Sic puella proco apud Theocritum, Idyll. 27. *Ὠδίνων τϱομέω· χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίης. Pariendi doloribus mihi metuo: grave telum eſt Lucinæ.*

15. *Ἠδὲ Ποσειδάωνα.*] Neptuni quoque laudes à Muſis celebrari ait, cujus divinitatem, & miranda opera, cùm ipſo nomine, tum ſubjectis quibuſdam epithetis declarat poëta. Per *Neptunum* Veteres intelligunt maris præſidem, ſeu ſpiritum illum & mentem divinam, quæ per maria eſt diffuſa, totamque aquæ naturam ac molem à corruptione præſervat: quod quidem nihil aliud eſt, quàm anima mundi per elementa diffuſa, ſicut in animalibus & plantis. Verùm ut multos Joves & Apollines, ita & multi fuere Neptuni temporibus inter ſe diſtincti. quorum tamen antiquiſſimus doctorum judicio fuiſſe videtur unus è Noachi filiis. Nam velut in Saturno Noë, ita in tribus Saturni liberis, qui mundi imperium diviſiſſe dicuntur, adumbrati ſunt tres filii Noë, eorumve poſteri. Porrò ut Semi progenies Septentrionalem & Orientalem Aſiam obtinuit: Chami autem ſtirpi Aſia meridionalis cum Africa ceſſit: ita Iapheto obtigere maris mediterranei inſulæ & continens Europæa, ut in quam ex inſulis ulterius veniretur. Hujus igitur poſteris duplici ſcientia opus fuit: nauticâ, ad transmittendum vaſtum mare; & equeſtri, ut in loca venientes longè lateque patentia, ſed inculta & ſæpe ſylveſtribus, efferis ac venenatis animalibus obſeſſa, celeriùs tutiuſque quàm maxima ſpatia conficerent, *donec de locis maximè ſibi idoneis ſatis deſpicere poſſent*, eaque inter ſe partirentur. Hanc eſſe cauſſam exiſtimant nonnulli, cur Neptunum, quem Iapetum interpretantur, non nauticæ ſolum rei, ſed equeſtri etiam præfecerint *οἰ ἵππου*. Poſtea tamen tot prope Neptuni extitere, quot principes inſulares, quemadmodum ex poëtarum fabulis, ſi ad hi-

ſtoriam referantur, non obſcurè cognoſcitur. *Ποσειδάωνα.*] D. *Ποσειδάων*, pro communi *Ποσειδῶν*. Julius Scaliger in libro de arte poëtica, ſic vocatum ſcribit, *ὡς δὲ τὸ τλὼ πόσιν δοῦναι*, quia potum dat omnibus. Etſi enim aqua marina ob ſalſedinem potabilis non ſit, tamen fontana & fluviatilis & puteana aquæ mari originem debent, ut ex Homero, & Eccleſiaſte conſtat. *Γαιήοχον.*] Sic dicitur Neptunus vel *ἀπὸ τοῦ τλὼ γαῖαν ἔχειν*, quia Neptunus, hoc eſt, mare terram continet humore ſuo: vel *ἀπὸ τοῦ ἐπὶ γαίης ὀχεῖσθαι*, quod vehatur ſupra terram. Perperam nonnulli *γαιήοχον*, *terræ concitatorem* exponunt, quæ ſequentis epitheti ſignificatio eſt. *Ἐννοσίγαιον.*] Alterum Neptuni cognomen ſic appellatur, vel quod terram fluctibus ſuis concutiat: vel quod terræ motuum auctor eſſe creditur. *Ἔννοσις* & geminata conſonante ob metrum *ἔννοσις* motum ſignificat, & *γαῖα*, *terram*.

16. *Καὶ Θέμιν*, &c.] Eſt propriè Themis ipſa Juſtitia ſive Dei vindicta bonorum præmiatrix & ſcelerum ultrix, quam virtutem, ut Deam coluerunt priſcæ Gentes, variiſque nominibus appellaverunt. Latinè *jus* ſive *fas* dici poteſt. Templum habuit juxta Cephiſſum Bœotiæ fluvium, ubi & oracula edidit, ad quæ Deucalion & Pyrrha poſt diluvium pro reparatione humani generis ſcitatum adivere, ut Plinius refert lib 4. cap. 3. Eruditi Themides duas ſtatuerunt, vetuſtiorem quidem alteram, alteram verò Euandri matrem, quæ & *Nicoſtrata* & *Carmentis* dicta eſt. Cicero quatuor recenſet in lib. 3. de natura Deorum. Vetuſtiorem appellat, quam Cælo & Die natam ſcribit, cujus in Elide delubrum ſe vidiſſe refert. Veneris autem nomine ſignificatur phyſicè coitus ſive generationis deſiderium omnibus animalibus à natura inditum, ad ſpeciei ſuæ propagationem, & conſervationem, de cujus natali & variis nominibus poſtea agetur. Si hiſtoricè conſideretur ſub Veneris nomine Cyprii coluere amicam, vel concubinam Cynaræ regis Cyprii, quem Cecropis ætate, vel paulo poſt vixiſſe ſcribit Apollodorus lib. 3. At Cecrops ille, ut Clariſſ. notat Voſſius, Moſi æqualis fuit. Unde patet antiquiſſimam fuiſſe Deam. Antiquitatem quoque ejus confirmat Seldenus in lib. ſuo de Diis Syris, cum nomen Veneris ab Oriente arceſſit, ex eo, quod Aſſyriis tabernacula, in quibus Veneri virgines dicarentur, nomen haberent, *ſucoth benot*. A *Benoth Benos* ſeu *Venos* formatum credit, facili β in υ migratione. Quod nomen &

pro

pro idolo ipso postea accipi cæpit. Θέμιν.] Dicitur Θέμις, ιδος & ιος. Αἰδοῖλω.] Ion. αἰδοῖος ἀξιαν, πρέπειαν. Scribit Gellius lib. 14. *Imaginem Iustitiæ fieri solitam forma atque filo virginali, adspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus: neque humilem, neque atrocem, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate.* Ἐλικοβλέφαρον.] Sic Venerem appellat, vel *à nigris superciliis.* Nam ἑλικὸς, *niger*, & βλέφαρον, *palpebra, supercilium*: vel ab iisdem *curvis* & *arcuatis.* Ἔλικες in vitibus sunt capreoli. Ex parte formosam intelligit. Ἀφροδίτην.] Sic Venus dicta, quod è spuma maris nata fingitur. Ἀφρὸς enim *spuma.* Aristoteles 2. de generat. animal. ideo hoc fictum scribit, quod semen genitale sit ἀφρῶδες, id est, *spumosum*, qua ratione etiam ipsum semen album est, ut spuma. Sunt quibus Ἀφροδίτην dici placet, quasi ἀφροσυνίην. Sic adulterium suum excusat Helena apud Euripidem in Troade: Καὶ μῶρα, inquit, πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς, καὶ τοὐμὸν ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. Videatur Aristoteles in Rhetor. Aristophanis Scholiastes in Nebulis, & Daniel Heinsius ad Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας.

17. Ἥβην τε, &c.] Hebe filia Junonis fingitur à poëtis absque patre, & Dea juventutis. Ἥβη enim Græcè *pubertas* & *lanugo.* Apud Sicyonios, & in Phliunte pro Dea habita est, ut testatur Strabo lib. 8. Latinis *Iuventa* vel *Iuventas*, vel etiam *Iuventus* nuncupatur. Neque enim est quod Grammatici illa nomina sollicitè distinguant, cum sæpe ea confundantur à poëtis. Hebes sive Juventutis ædem Romæ in circo maximo dedicavit Licinius Lucullus duumvir, ut testis est Livius. De ea sic Eustathius ad Iliad. δ. Dicitur *Hebe Diis sedentibus apud Iovem in aureo pavimento nectar infundere aureis poculis. Per θεὰς, sidera intelligit Homerus ἀπὸ τοῦ θεῖν, à currendo seu movendo sic dicta. Diis autem Hebe nectar infundit, tanquam Iovis pocillatrix, quoniam astra semper quasi nova sunt & recentis fragrantiæ. Iovi assident Dii, hoc est, fato, cùm fatorum conscia sint sidera. Per aurea pocula, quibus se mutuò excipiunt Dii, sympathiæ & consentientes astrorum virtutes significantur. Aureum pavimentum est cælum.* At paulò aliter fabulam exponit Cicero Tuscul.quæst.lib.1. Itemque Natalis Comes lib. 2. mythologiæ cap.5. de quibus uberior sese offeret differendi campus, ubi nativitatem ejus refert Hesiodus. Dione verò una est ex Nymphis, Oceani & Thetyos filia, Veneris mater ex Jove, quàm à pulchritudine commendat poëta. Ab hac Venerem

Dionæam cognominat Virgilius 3. Æneid. Et Eclog. 9. Cæsarem quoque appellat *Dionæum* poëtica adulatione, quia genus suum referebat ad Æneam Anchisæ & Veneris filium. Cur autem Oceani & Tethyos filia esse fingatur Dione, postea dicetur, ubi ἦθος Deæ describit poëta. *Χρυσοστέφανον.*] Εὔμορφον à corona muliebri ornamento, quæ compacta sit ex auro, & lapillis pretiosis.

18. *Η'ὼτ'*, &c.] Tres hic Deos commemorat poëta, Auroram, Solem & Lunam temporis diurni nocturnique præsides. Est autem Aurora primæ partis diei præses, sive Dea quâ gaudet mortale genus, ut in hymnis suis canit Onomacritus. Cùm enim manifesta & eximia lucis matutinæ, solis præsertim Lunæque beneficia in genus humanum intuerentur Veteres, perenneſque siderum motus suspicerent, animata esse credidcrunt, proque Numinibus habuerunt, quæ tot fabulis & nominibus implicarunt, ut non idem de iis senserint Gentes. Sed de horum Deorum natalibus infra pluribus differendum. *Η'ὼ*] Dicitur ἠὼς vel Doricè ἀὼς, ab *αὔω τὸ λάμπω, luceo*, quasi *αὔως*, quod Æolicum est pro *ἄως*. *Η'έλιον.*] *Η''λιον*. Sunt qui nomen illud derivent, vel ab Hebræo הֵל, quo splendor denotatur, vel ab אֵל, *quod unum* est ex nominibus Dei. Certè ἥλ esse Solem, ostendit Servius, ubi de Belo Phœnice agit: *Omnes*, inquit, *in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua Hel dicitur, unde & ἥλιος. Μέγαν.*] *Luminare majus* vocatur à Mose Genes. 10. quod non intelligendum de quantitate molis, sive essentiæ, sic enim minor fuerit reliquis stellis: sed partim usu & administratione luminis quod copiosius ad nos diffundit: partim specie sua, & opinione nostra, ut scribit Junius ad locum illum. *Σελήνην*] Sic dicitur, *ὡς ἀπὸ τὸ σέλας ἀεὶ νέον ἔχειν*. Quod lucem semper novam habeat. Quanquam alii compositam vocem esse negent. Syri & Phœnices Astarten & Baaltin dixere, hoc est cæli dominam seu reginam, quam & religiosissimè coluerunt, ut ex Jeremia constat cap. 44. Itemque Eusebio lib. 1. de præparat. Euangelica. Vide Seldenum Syntagm. 2. cap. 2. Sed de hac Syderum regina pluribus alibi dicendum.

19. *Λητώ τ'*, &c.] Latona Cæi Titanis filia dicitur, quæ Apollinem & Dianam ex Jove peperit. Cæus è Cælo natus esse fingitur, quoniam, ut Physiologi exponunt, omnium bonorum pater, ac mens divina, cunctis quæ sunt ac vigent, suam bonitatem impertit, neque quicquam est boni, quod non à divina

bonitate

bonitate proficiſcatur. Platoni autem Latona eſt materies univerſi, quæ Λητὼ ſive Latona vocata eſt, ἀπὸ τῦ λήθειν, verſa aſpirata littera in tenuem: vel quod antequam lux foret, omnia in tenebris delituerint: vel quia, ut Platonici volunt, rudis illa, indigeſtaque moles innumeris latuit ſeculis, uſque dum mundi ille architectus omnibus in orbem redactis, ſingulis ſuum tribuit decus. Verùm de Latonâ fuſiùs, ubi generationem ejus exhibet poëta. Sequitur Japetus qui à poëtis fingitur Cœli & Terræ filius. Ferunt hunc Aſiam uxorem duxiſſe, ex eoque Heſperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum ſuſcepiſſe. Sed revera non alius fuit Iapetus, quam Japhet, filius Noachi, Europæorum pater. unde *audax Iapeti genus* dicimur ab Horatio lib. 1. Od. 3. Proclus verò Japeti nomine φυσικῶς intelligit celeberrimum cæli motum, & hujus univerſi, Græcumque eſſe putat ἀπὸ τῦ ἴεσθαι καὶ πέτεσθαι, à *motu* ſcilicet, & *volatu*: ſed fallitur, cum origine Hebræum ſit, de quo Geneſ. 5. Saturnus ſecundum fabulas Cæli & Veſtæ filius eſſe traditur: quo nihil aliud volunt priſci Sapientes, quàm tempus, quod eo nomine intelligitur, cum cæli aſtrorumque agitatione & motu cæpiſſe. Hinc ſenem eum, & falcatum & detecto capite, nec non laceris veſtibus finxere, quod tempus terit, denudat ac demetit omnia, quæ nata ſunt. quod & nomen ipſum indicare videtur. Nam κρόνος teſte Macrobio vocatur immutata littera, quaſi χρόνος, quod auctor eſt temporum. Qui hiſtoricè Saturnum conſiderant, partim Adamo, partim Noacho nomen accommodant. Adamo quatenus aureum ſub eo ſeculum extitiſſe, & juſtitiæ paciſque ſtudium viguiſſe fama eſt: Noacho, quia orbis imperium inter ſe diviſerint tres liberi ejus, quod & totidem Noachi filiis examuſſim optimè quadrat. Nec aliud ſibi vult Saturni nomen, quod non à ſatione factum, ut ſolùm Latinè gnaris videtur, ſed ex Hebræo *Sathar*, quod eſt, *latere*, ut Saturnus idem ſit, quod *Latius*, *à latendo*, quoniam divini mandati prævaricator Adamus *agnito pudore nuditatis ſuæ ſe abſcondit à facie Domini, latebraſque quæſivit*, ut legere eſt Geneſ. cap. 3. verſ. 8. Sed de his alibi. Ἀγκυλομήτεω.] Saturnus ita vocatur quia tempus, quod eo nomine deſignatur, *obliqua*, id eſt, multa & varia conſilia ſuggerit, hominesque callidos reddit. Ex ἀγκύλος, id eſt, *obliquus*, & μῆτις, *conſilium*, βουλή.

20. Γαῖάν τ'.] Poſt Solem, Lunam, & Stellas, prima ex Elementis Terra divinos accepit honores, proque Dea habita eſt, in qua

in qua Veteres universam coluere Naturam. Nec mirum, si miseri mortales ab æthereis corporibus prolapsi etiam sint ad cultum Telluris. Etenim uti in cælis Sol, & sidera continuò se ingerunt in sensus: ita in partibus mundi inferioribus primò oculis & corporis & mentis eximia Telluris se bona offerunt. Quocirca principem illi inter elementa locum tribuêre. Et Plato Terram vocat Deorum antiquissimam. Quid quod veterum omnium opinio fuit, Terram esse antiquam matrem, quam Cælo nuptam dixere, quia, ut in rerum generatione cælum refert marem: sic Tellus habita est alma mater. Et cùm corpora omnia naturalia, omniaque elementa ex se invicem gignantur, quibus omnibus prope sedes est tellus, eam merito Deorum ac hominum parentem vocarunt. Hæc autem Dea à Phrygibus sub nomine *Rheæ*, *Cybeles*, culta: ab Ægyptiis *Isidis*: à Græcis & Romanis nomine Cereris, Junonis, Vestæ, de quibus passim legere est apud profanos scriptores. Terræ subjungit Oceanum, qui Cæli & Vestæ filius, maris Deus creditur & maritus Tethyos, fluviorum fontiumque omnium pater. Propriè tamen Oceani nomine intelligitur vastissimum illud mare, quo universus ambitur terrarum orbis. unde & μέγαν appellat poëta. Nomen accepit ab antiquitate. ὠγύγιον Hesychius παλαιὸν interpretatur. Oceanum quippe Orpheus, & omnes antiquorum Theologi principium ortus Diis & rebus extitisse ajunt, quia, ut sensit Thales, nihil sine humectatione nascitur, aut putrescit, atque omnes elementorum qualitates, quas Deorum nominibus appellarunt, ex humore nascuntur: tum censuit etiam antiquitas ex hoc elemento nata esse alia tria, ex parte crassiore in se ipsum compactâ, terram: ex subtiliore, aërem: rursus ex aëre ignem fieri. De quibus suo loco fusius. Nox quoque non parvo in honore fuit apud antiquos, quam Deorum omnium antiquissimam crediderunt, cùm omnes locos ante Deorum ortus occuparit, & informem materiem, quæ Chaos dicta est. Quippe antequam Sol & Cælum fieret, nulla erat lux, quam idcirco ex Erebo & ab inferis venire finxerunt, cùm terram semper circumeat: nam sole inferiore cæli parte sub terra occultato, apud nos umbram esse terræ, necesse est, cum nihil sit nox, quam umbra terræ. De cujus item genealogia in sequentibus agit poëta.

21. Ἄλλων τ'.] Est hic conclusio superiorum unà cum digressione ad opus institutum. Præter Deos jam memoratos etiam

etiam alios esse ait, quorum laudes & beneficia celebrent Musæ. Neque enim omnes se hic recensuisse innuit, qui cùm Musis, ut Deabus sint noti, in sequentibus referre satius ducit. Idque facit poëta, ut scopum attingat sibi ab initio propositum, qui est, ostendere, qua ratione & ipse à Musis edoctus poëta evaserit, utque Dearum instinctu carmina sua conscripserit, præsertim hanc Theogoniam, ne fides tanto operi derogaretur apud mortales. Gloriatur ergò vates noster, se cùm à patre missus esset ad pascendas oves, sub Helicone Musas vidisse, ab iisque laurum accepisse, qua degustata, hausta que Hippocrenes unda repente poëta evaserit Quò respiciens Persius, sed modestiùs de seipso sentiens, deridere videtur Hesiodum, ejusque similes, qui nihil præter Heliconem, Pirenen, cæteraque Musarum sedes in ore haberent, cùm inquit:

Nec fonte labra prolui caballino:
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poëta prodirem.

Lucianus quoque in Dialogo, qui ab Hesiodo inscriptus est, eb ex loco insultat poëtæ, tanquam φορμῷ, & ἀοιδολόγῳ, quod à Musis artem suam accepisse jactitaret. Nec aliud in animo habuit Naso, cùm in primo de arte amandi, scripsit:

Nec mihi sunt visæ Clio, Cliûsque sorores
Pascenti pecudes vallibus Ascra tuis.

Amolitur à se suspicionem, qua laborabat Hesiodus, quaque hodie laborant poëtastrorum non pauci, qui glorioso titulo, sed falso *laureatos* se appellant. Cujusmodi homines antiqui χρησιόδους vocarunt, hoc est, ἀπαιδεύτους, καὶ ἀλαζόνας. *Laureatæ mendicabula* scitè eos appellat Heinsius noster, cujus elegantissimi in hos extant jambi:

Δύσηνα, Ῥῆνυ καὶπάτηλα βρίμαθ' ἕλκειν,
Λιμῷ πάλαις ἀναιδέσθαι χρῶ,
Ἀνδρες φρενῆρες, οἰνοπλῆγες, οἱ ἀεὶ
Σίβυσι Μούσης, ὥσπερ ἀρθπιλίδας.

Docetur item exemplo Hesiodi, non nisi vigilantibus & officium suum strenuè facientibus adesse Musas. Ἀθανάτων] Θεῶν. Γένος χρύσεον] *Sacrum*, vel *augustissimum genus*. Αἰὲν ἐόντων] Ἀιεὶ ὄντων, quod ἐξηγητικὸν est epitheti præcedentis ἀθανάτων.

22. Αἵ νύ.] Musæ. Ἡσίοδον.] Id est, me vilem & abjectum opilionem. De seipso loquitur poëta, tanquam de alio. Ἀοιδὴν.] Id est, τὴν ποιητικὴν.

23. Ἄρνας

23. Ἄρνας ποιμαίνοντα.] Poëtam se factum ait, cùm oves pasceret sub Helicone, quod insecuta ætas accepit, quasi dixisset, ideo poëtam evasisse, quod in Helicone esset versatus, verum, ut rectè notat Casaubonus ad Persii prologum, sicut ægroti in Æsculapii, vel Apollinis templis incubare solebant, ut insomnia captarent, quibus morborum remedia præscribi credebant: ita Veteres eum morem & superstitionem ad suos illos transtulerunt montes, sibique persuaserunt, eos, qui in illis montibus somniassent, repente poëtas existere. Sic & Propertius lib. 3.

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontæi quà fluit humor equi:
Reges Alba tuos, & regum facta tuorum,
Tantum operis nervis hiscere posse meis.

24. Τόνδε, &c.] Sequitur θεοφόρησις, qua Hesiodum primò & sponte sua affatæ sunt Musæ. Eo significat poëta, se à Musis dilectum & quasi selectum fuisse præ cæteris ad hanc Theogoniam conscribendam, simulque docet poësin donum esse cælitus proveniens, nec nisi divino afflatu canere poëtas. Per Musas ars poëtica comprimis intelligitur, quæ cùm ex altissimo Helicone, hoc est, cælo in homines dimanet, filiæ Jovis perhibentur. Hinc Musicam, ut divinam scientiam commendat Pythagoras teste Strabone: nec alia de caussa Musæ *Olympiades* dictæ, hoc est, cælestes, quàm quod è cælo nascantur poëtæ. Τόνδε.] Τοῦτον, & hoc pro τῶνδε. Πρώτιστα.] Τοπωθέτον, Πρὸς μῦθον ἕκπαν.] Hyperbaton, ἀντὶ δὲ θεσπέσιον μῦθον, id est, πρὸ λόγου.

25. Κῦδος Διός.] Musarum periphrasis.

26. Ποιμένες.] Continetur his versibus oratio ἐλεγκτική, qua non insciticæ modò & socordiæ redarguunt pastores Musæ, sed & eorum refellunt præconceptam opinionem, qua non nisi falsa & ficta à Musis, & consequenter à poëtis proficisci credebant. Etsi enim vates sæpe fabulosa loquantur & scribant, non tamen semper fictionibus indulgent: est etiam quando vera pronunciant, veraque à Musis edocti mortalibus noscenda proponunt. Estque hic elegans θεοπροσωπογραφία ab officio, vita, & moribus pastorum, quibus subditur ἀναστολὴ sive refutatio objecti criminis. Sequitur deinde epilogus sive clausula orationis, & Musarum θεόφασις: nec non donum sibi à Deabus oblatum, nempe sceptrum è lauro, sive laureus

seus ramus: quo velut symbolo designare voluerunt Musæ, regnum, sive principatum inter vates habiturum aliquando Hesiodum. Ποιμένες] Opiliones intelligit. Ἀγραυλοι.] Οἱ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενοι. Ἐλέγχεα.] Vox ἔλεγχος præter alia etiam significat *dedecus*, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod est, reprehendere, quasi dicat, homines pessimi & omni reprehensione digni Γαστέρες.] Objiciunt Musæ pastoribus, quod ventris solummodò curam haberent, neque saperent ea quæ cælestis & divinæ sunt veritatis. Οἶον.] *Μόνον.*

27. Ἴδμεν.] Dor. pro *ἴσμεν*, quod κατὰ συγκοπὴν factum ex ἴσαμεν. In sequenti versu ᾗ pro κατὰ positum. Ἐτύμοισιν.] Ion. ἐτύμοις, id est, τοῖς ἀληθέσι.

28. Εὖτε.] Ὁπότε. Ἀληθέα μυθήσασθαι.] Τὰ ἀληθῆ εἰπεῖν. Scriptum quoque, ut Scholiastes monet, γηρύσασθαι, quod idem valet.

29. Ὡς.] Οὕτως. Ἀρτίπεπλαι.] Αἱ τὰ ἄρτια λέγουσαι, *quæ recta & vera loquuntur, veridicæ.*

30. Καί μοι σκῆπτρον.] Τὸ σκῆπτρον propriè baculus seu scipio cui innitimur, à *σκήπτω, nitor, incumbo.* Hic sceptrum sive virga regia. Δάφνης.] Lauri meminit, vel quod πολύδαφνον esset mons Helicon: vel quod Apollini sacra laurus: vel denique quod laurus conferat ad vaticinia. Unde & Lycophron δαφνηφάγον appellat vatem. Ἔδον.] Pro ἔδοσαν Bœoticè. Ἐριθηλέος.] Dicitur ἐριθηλὴς, quasi λίαν θάλλουσα, hoc est, ἀειθαλὴς, semper enim viret laurus. Quo epitheto carminum designatur immortalitas. Ὄζον.] Κλάδον.

31. Δρέψασθαι.] A δρέπω vel δρέπομαι, *decerpo.* Θηητήν.] Θαυμαστὸν, à θηέομαι, *admiror*, vel *cum admiratione spectо*, quod Ionicum est, ex θεάομαι, τὸ βλέπω. Ἐνέπνευσαν, &c.] Narrat poëta, quod non solùm Musæ laureum ei obtulerint ramum, tanquam poëticæ excellentiæ quoddam insigne, sed quod unà quoque vocem ei inspirarint divinam, qua quæ à Musis audiendo perceperat, aptè hominibus decantare posset. Quod & ad potum Hippocrenei fontis referunt alii. Sic Alcæus in epitaphio poëtæ nostri:

Τοίλω γὰρ κὴ γῆρυν ἐπέπνευσεν, σύνεσα Μοισῶν
Ὁ πρέσβυς καθαρῶν γλυκυδρύου λιβάδων.

Eadem legas & apud alios. Deinde exponit poëta, quænam sint ea quæ à Musis audivit, nimirum res futuras & præteritas, ut ostendat poësin similem esse vaticinio, cùm futura prædi-

cere

cere non proprium ſit poëtæ, ſed vatis. Cavillator Lucianus in ſua cum Heſiodo velitatione poëtam noſtrum vanitatis arguit & mendacii, quod cùm jactaverit ſe à Muſis accepiſſe facultatem canendi præterita & futura, nihil tamen de futuris, quod quidem extet, vaticinatus fuerit.

32. *Αὐδὴν θείην.*] *Θείαν φωνήν.* Sic carmen vocat, vel divinitus inſpiratum; vel eximium. *Αὐδὴ*, ab *αὔω*, *clamo*. *Ὡς τε κλείοιμι.*] Alii, *ἵνα κλείοιμι, ut celebrarem*, ſed cùm ſic modulus non conſtet, legendum potiùs, *εἰς κλείοιμι*, cùm infra quoque eo verbo utatur poëta. *Ἐσόμθα.*] *Ἐσόμθα. Πρό τ' ἐόντα.*] *Καὶ τὰ προγόνια.* Tmeſis.

33. *Καί μοι κέλονθ'.*] *Πρόσταγμα* Muſarum, quo juſſerunt Heſiodum conſcribere hanc Theogoniam, & ſuas quàm maximè laudes celebrare. Deinde proverbiali locutione velut intempeſtivam hanc orationem ſuam, & à propoſito alienam redarguit poëta, correctione quadam utens, qua ſuum in ſcribendo inſtitutum retardare aut ſiſtere velle videtur, quaſi dicat: *quorſum attinet hæc antiqua & obſcura commemorare de Deorum generatione?* quod perinde eſt, ac ſiquis narrare inſtituat, quo pacto homines primùm è quercu, vel petris fuerint prognati. *Κέλονται.*] Pro *ἐκέλονται*, à *κέλομαι*, pro *κελεύω*. *Μακράων.*] *Θεῶν. Αἰὲν ἐόντων.*] *Ἀεὶ ὄντων, ἀθανάτων.*

34. *Πρῶθόν τε καὶ ὕστερον.*] *Primò & poſtremò*, hoc eſt, ſemper. *Ἀείδειν.*] *ᾄδειν.*

35. *Τίη.*] Pro *τί*, poët. *Ταῦτα.*] Scilicet *ῥήματα συμφέρει λέγειν. Περὶ δρυῒ.*] *Circa quercum aut petram verſari* dicitur, qui antiqua nimis conſectatur, & ab omni hominum memoria longè remota, ut ſunt Deorum generationes. Vide Chiliades Eraſmi. *Δρῦς* autem quercus eſt, *unde homines nati durum genus*, ut fabulantur poëtæ. Interpres Homeri, qui vulgo Didymus putatur, Odyſſ. *τ.* *ἀπὸ δρυὸς παλαιφάτου*, ſubdit, *ὡς ἐκ τῆς παλαιᾶς μυθολογίας*, de qua fabulæ ferunt, veteres fuiſſe è quercu & rupe proſeminatos, quia partus ſuos in ſpeluncis & cavis arboribus reponebant enixæ mulieres: vel potiùs *ἀπὸ τοῦ τοὺς πάλαι ἀνθρώπους ἐν ταῖς ἐρημίαις καὶ μίξεις ποιεῖσθαι πλησίον δρυὸς καὶ πέτρας.*

36. *Τωὶ*, &c.] Seipſum alloquitur & exhortatur poëta, ſine mora ulla ab ipſis Muſis exordiatur, quæ concordi voce Jovis animum oblectant in cælo, canentes non modò res præſentes, ſed & præteritas & futuras. Idque facit poëta, ut Theogoniam

goniam ſuam Jovi quoque & Diis cæleſtibus gratam eſſe declaret. Jovis verò animus recreatur, cum canuntur ea, quæ Deorum ſpectant in genus humanum beneficia. Sic à veteribus factitatum eſſe teſtatur Apollonius lib. 1. Argonaut. ubi de Orpheo loquitur vate antiquo. Similiter Maro, de Jopa citharædo, ubi convivium deſcribit Didonis, lib. 1. Æneid.

Hic canit errantem Lunam, Soliſque labores,
Vnde hominum genus & pecudes: unde imber & ignes.

Quin & Homerus etiam convenire exiſtimavit, ut heroum animi ſeveris & decoris cantibus acuerentur, quo ſæpius revocatis in memoriam præclaris virorum illuſtrium rebus geſtis, mox inſtructi & accenſi cum hoſtibus dimicarent. Fuit enim cantorum & poëtarum antiquorum inſtitutum, ut ſe, non ſolùm animorum moderatores, ſed & morum magiſtros cum ſuavitate profiterentur. Hinc Græciæ civitates liberis ab initio prima adoleſcentiæ rudimenta poëticen tradiderunt, non illam quidem nudam, & omni ſpoliatam voluptate, ſed caſtam & moderatam. Quare ne parum religioſus videretur Heſiodus, ſeipſum exſtimulat, ut à Muſis exordium capiat, tanquam vatum omnium præſidibus, rerumque quas ſcripturus eſſet, optimè gnaris. Neque enim etiam beatæ mentes in cælo ullis præterquam divinis encomiis vacant, ſoliuſque Dei creatoris ſui & redemptoris præconia intonant. Vaticiniorum quoque præſides & largitrices creduntur Muſæ, cum & inſtinctu earum futura prædicant vates, & ipſa poëſis vaticinio ſimilis ſit. Denique vocibus inter ſe concordare dicuntur, cùm nihil aliud ſit Muſica, quàm diverſarum vocum, numerorumque apta & concinna modulatio & concentus, cujus tanta eſt vis credita, ut ſummum ſit in adverſitatibus ſolatium, nec leve incitamentum ad res honorificas, tum & efficax remedium adverſus omnes voluptatum illecebras, ut fuſius ſuo dicetur loco. Τυίδε.] Dor. pro σύ. Μουσάων.] Æol. Μωσῶν. Τυί.] Ion. αὐ. Præpoſitivus articulus loco poſtpoſitivi.

37. Γ' μνησόμεσθα.] Dor. γ' μνασόμεσθα. Ἔνθεν Ὀλύμπου.] Pro ἐν τῷ ἱερῷ.

38. Εἰρύσσαι.] Dor. εἰρύσσαι, hoc eſt, λίγυσαι, tanquam ab ἔρω, vel εἴρω, τὸ λέγω. Τὰ ἐνίσπω.] Τὰ παρόντα.

39. Φωνῇ ὁμηρέσσαι.] Ὁμοῦ τῇ φωνῇ εἴρουσαι, ἄγουσαι, συμφωνοῦσαι, ab ὁμηρέω, in unum convenio. Τῶν δ' ἀοιδιάει.] Muſas tanta ſuavitate in cælo canere aſſerit, ut etiam ipſa cæleſtis fa-

brica, Joviſque domicilium inde reſonet, atque exhilarari quodammodo videatur. Eo Muſices admirandam vim atque ſuavitatem adumbrare voluit Heſiodus, quæ tanta eſt, ut non Deos & homines modò, ſed & cælum, ſidera & res inanimæ virtutem ejus perſentiſcant. Quod & exemplis Orphei & Amphionis ſcitè deſignarunt poëtæ, quorum alter non bruta tantum animantia, ſed & arbores moviſſe dicitur: alter ſaxa & lapides in muros traxiſſe ſono teſtudinis & prece blandâ, ut loquitur Flaccus in Arte Poëtica. Τῶν δὲ.] Τέτων δὲ, Muſarum. Ἀηδέα τε θ' ἀοιδήν.] Laudat Muſas à ſuavitate & aſſiduitate cantus. Ρέεν.] Pro ἔρρεεν, & hoc ἀντὶ τοῦ ῥεῖ poſitum. Eo verbo copioſam & mellitam dicendi facultatem tribuit Muſis. Sic & de Neſtore ſuo Homerus in primo Iliad. Τῷ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

40. Γελᾷ δὲ.] Schema γλυκύτητος, ἀντὶ τοῦ ἡχεῖ. *Ridendi* verbum ad res inanimas ſcitè transfertur.

41. Ζηνὸς.] Διὸς. Εὐρυδύτοιο.] Gen. Ion. pro εὐρυδύτου. epitheton Jovis, ab εὖρος pro λίαν & δύω, ſonitus, quaſi *graviter ſtrepentis ob tonitrua*. Θεᾶν.] Θεῶν. Ὀπί.] Φωνῇ. Λειριόεσσαν.] Τὸ λείριον, ut docet Euſtathius, non modò lilium ſignificat, vel narciſſi ſpeciem, ſed & quemlibet florem. Hinc λειριόεις, pro ἀνθηρός. Cùm verò flores ſint molles, ac grati odoris, ἄνθη λειριόεντα vocat poëta, *vocem ſuavem & delectabilem*, qualis eſt Muſarum harmonicè canentium.

42. Σκιδναμένη.] Διαχεομένη. Σκίδνημι, *diſpergo*. Κάρη.] Κάρηνον, *caput, vertex montis*. Νιφόεντος Ὀλύμπου.] Olympus pro cælo. Non quod nives ſint in cælo, ſed reſpicit poëta ad Olympi Theſſaliæ montis ſic propriè dicti altitudinem, in cujus vertice perpetuæ ſunt nives.

43. Αἳ εἰ' ἀμβρότην.] Nunc ὑπόθεσιν ſive argumentum Muſicæ cantionis proponit, quod eſt Deorum & Gigantum ortus celebrare. Docet autem poëta, Terram & Cælum univerſos progenuiſſe Deos. Cùm enim corporibus omnibus naturalibus, omnibuſque quæ ex ſe invicem generantur, elementis, veluti ſedes ac matrix ſubſternatur tellus, non mirum, ſi Terra Deorum ac hominum mater à Gentibus fuerit credita. At cùm terra nihil concipere, aut producere poſſit abſque cæli ſoliſque influxu, hinc Titanis, aut Cæli uxorem eam eſſe finxerunt. Nec ſine cauſſa duobus hiſce corporibus, tanquam antiquiſſimis principatum tribuêre Veteres, cùm ipſe Deus univerſi conditor

ditor primo die creavit cælum & terram, ut teſtatur θεόπνευ-ſος Moſes, ex quibus poſtea proceſſerint, & ornatum ſuum acceperint reliquæ mundi partes. Cælum itaque priſci conſiderarunt, ut marem; terram, ut matrem, quæ cæli ſoliſve excitata calore ſemina ex omnibus elementis derivata in ſe recipit, rerumque omnium procreatrix eſt. Hinc tanta Deorum Dearumve turba exorta, ſinguliſque mundi partibus à Gentilitate præfecta, ut ſupremum illud Numen, quod totum comprehendere non poterant, per partes & quaſi membratim colere viderentur, ut loquitur Maximus apud Auguſtinum in lib. de Civitate Dei. Αἱ δ'.] Αὗται δὲ, Muſæ. Ἄμβροτοι.] Id eſt, *divinam*, ad diſtinctionem vocis humanæ: vel *immortalem*, ab effectu, quod carmina à Muſis dictata immortalitati conſecrent. Fit ἄμβροτος ex α privante & βροτὸς, inſerto μ, plenioris ſoni cauſſa, pro ἄβροτος. Ὅσσαι] Φανλῶ.

44. Θεῶν γένος.] Eſt hic Synizeſis ſive coalitio vocalis brevis & longæ in voce θεῶν: vel Pæon ſecundus pro dactylo poſitus. Αἰδοῖον.] Αἰδοῦς ἄξιον, τίμιον. Κλείουσιν.] Ὑμνοῦσι, Poët. Ἀοιδῇ] Ὠδῇ.

45. Ἐξ ἀρχῆς] Hæc ad ſequentia referunt alii, & poſt ἀοιδῇ, ponunt inciſum. Γαῖα.] Ἡ γῆ. Οὐρανός.] Cælum vel Cælus. Ἔπλεν.] Ἔτεκεν.

46. Τῶν.] Τούτων. Ἐγένοντο.] Ἐγονίθησαν. Δωτῆρες ἐάων.] Sic Deos vocant poëtæ à ſuis in genus humanum beneficentiis. Ἐάων.] Ἀγαθῶν. Τὰ ἑᾶ ſunt, quæ quiſque habet veluti ſua, à quo ἐάων pro ἑῶν, per pleonaſmum ἐ α, & ſpiritu aſpero in tenuem verſo Æolicè.

47. Δὸς πρέσβιν.] Secundum cantionis Muſicæ proœmium Jupiter eſt, Deorum omnium & hominum pater, ut beneficentiſſimus, ita & potentiſſimus. Sic & Onomacritus in hymno Jovis:

Iupiter omnipotens eſt primus & ultimus idem:
Iupiter eſt caput, & medium: Iovis omnia munus.

Jovis nomine, (quod ex Hebræo *Iovah*) cælum intellexerunt antiqui, quem *Olympum omnipotentem* vocat Virgilius lib. 10. Alii *animum mundi* eſſe crediderunt, quæ Platonicorum fuit ſententia. Hunc Jovem non hominum duntaxat, ſed & Deorum patrem appellat Heſiodus, quia cùm omnium rerum humanarum & productio, & adminiſtratio ipſi attribuatur, ut à munificentia pater, ita à ſapientia in hac rerum univerſitate

vocatus est rex. Hinc passim ab Orpheo, & Homero antiquissimis poëtis vocatur πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Romani Opt. Max. nuncuparunt Jovem, quo dicendi genere summa Dei bonitas & imperium in res universas designatur. Δώτορα.] Ἐκ δώτειρα. Δῶτι.] Πάλιν. Ζλῶα.] Δία.

48. Ὑμνίδσι.] Ὑμνῶσι. Λήσασθ' ἀοιδῆς.] Hic αι diphthongus corripitur sequente consona, quod licet rarius fiat, tamen à poëtis subinde factum esse pluribus ostendit Casaubonus ad Theocritum, quod & de diphthongo οι verum est, non in ratione accentuum duntaxat, sed etiam re metrica, ut nihil hic sit mutandum.

49. Ὅσσον.] Ὅσον. Φίρτατ' ἐπῶν.] Ἄριστ' ἐπῶν. Κεφάτι.] Τῷ κεφάτι. Dialysis.

50. Αὖθις.] Post Jovis Opt. Max. laudes, etiam hominum, Gigantumque progenies à Musis celebratur. Finguntur Gigantes Telluris filii, celsissimæ staturæ, & Draconum pedibus in Deorum perniciem creati, ut superis scilicet bellum inferrent, Jovemque de cæli possessione dejicerent. Macrobius lib. 10. Saturnal. cap. 20. Gigantes non alios fuisse credit, *quàm hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, & ideo existimatam Deos pellere de cæleſti sede voluisse.* Physiologi verò interpretantur Gigantes esse spiritus terræ inclusos, qui dum exitum non inveniunt, fractis interdum altissimis montibus vi erumpunt, & frusta ipsa quasi in cælum ejaculantur. Hos poëtæ in campis Phlegræis cum Diis congressos fabulantur, sed partim Jovis fulmine, partim Apollinis, & Dianæ telis confixos cecidisse, aliosque sub Ætna monte, alios sub Mycone & Lipara insulis sepultos jacere: nonnullos etiam in Tartarum detrusos impietatis suæ pœnas luere. Sacra Scriptura quatuor Gigantum genera nominibus distincta recenset, quos *anschehascem*, id est, *viros nominis* appellant Hebræorum filii. Inter hos familiam ducunt *Nephelim*, qui cum Hevæis habitarunt, dicti quasi, *grassatores*, propter rapinam. Sequuntur *Emim*, inter Jebusæos, Moabitas & Ammonitas clari, quos gentili nomine *Zamzummim*, quasi *formidabiles* propter violentiam nominarunt. *Enacim* inter Hethæos fama celebres vixere, quasi *torquati* ab ostentatione opum sic dicti. Sunt denique *Raphaim*, qui sedes habuerunt inter Amorrhæos & Palæstinos, nomine sumpto honesto, quod *servatores* & *curatores* essent. Tot monstris olim oppressa fuit Ecclesia Dei. Nec defuerunt posterioribus

ribus ſeculis viri ſuperbi, poteſtate & honoribus inflati, virtutis & honeſtatis inimici. Unde apud poëtas invaluerunt nomina Titanum, Cyclopum, Centaurorum, aliorumve, qui cum Hebræorum nominibus & factionibus conferri debent. De Gigantum origine variæ circumferuntur opiniones. Alii illos Titani & Terræ filios fuiſſe ſcribunt: alii ex ſanguine Titanorum à Jove interfectorum eſſe natos ajunt. Heſiodus ex ſanguine Cæli amputatis illius à Saturno virilibus genitos eſſe infra tradit. Joſephus verò in antiquitatibus Judaicis contendit eos ex Dæmonum coitu cum mulieribus fuiſſe procreatos: cui opinioni & Lactantius argumento ex ſacra hiſtoria deſumpto aſtipulari videtur. Sed beatus Auguſtinus, cæterique recentiores Theologi meritò iſtam rejiciunt ſententiam, quod dæmones cum mulieribus verè coire non poſſint. Ad ſcripturæ locum quod attinet, quem ex Geneſ. cap. 6. verſ. 2. allegant nonnulli, ſic exponitur, ut per *filios Dei*, non Angelos intelligant, ſed Sethi poſteros, qui Dei dicti ſunt filii, cùm ob legitimos Deo impenſos honores: tum ob juſtitiæ virtutiſque ornamenta, & vitæ ſanctimoniam ac ſimplicitatem, in qua aliquamdiu vixerunt: per *filias hominum*, ex Caino deſcendentes, quibus nulla fuit pietas, aut relligio curæ. Itaque indignatur Deus, quod relligionis puræ pietatiſque ſectatores, modò forma placuiſſet, ſeſe intruderent temere in conjugia & infidelium neceſſitudines. Gigantomachia autem, quam Ovidius deſcribit 10. Metamorph. partim eorum hominum adumbrat audaciam, qui turrim Babylonicam ædificarunt Geneſ. 6. partim deſumpta eſt ex hiſtoria Joſuæ Numer. 13. cum Cananæis bellum gerentis, quam ſuis fabulis corrupere Gentium poëtæ. Cùm Muſas Gigantum commemoratione Jovis animum oblectare dicit Heſiodus, victoriam præcipuè reſpicit, qua in ſuo cum Gigantibus conflictu, potitus eſt Jupiter, cujus ἐπινίκιον cecinere Muſæ. De ea ſic Horatius Carm. lib. 3. Od. 1.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis,
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio moventis.

Sed de his plura in ſequentibus, ubi de Gigantum origine, & diverſis nominibus agit poëta. Αὖθις.] Πάλιν. Γιγάντων.] Dicti γίγαντες, quaſi γηγενεῖς, quod *è terra nati* ſecundum fabulas.

51. Γιγάντων.] Γιγάντων.

53. Τὰς σὺ.] Musarum parentes, natale solum, & officium describit poëta. Jovis & Mnemosynes filiæ dicuntur, quoniam Musicæ scientia & optimus affectus animi ad illam imbibendam non nisi divinitus in nos influit. Mnemosyne autem nympha fingitur Pieria, Latinè memoriam interpretari possumus, quam ideò Musarum matrem fingunt poëtæ, quod omnium scientiarum thesaurus memoriæ beneficio & acquiratur & conservetur. Hinc & illud veteris poëtæ:

Vsus me genuit, mater peperit Memoria.
Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam.

Locum indicat, in quo natæ Musæ, qui est Pieria mons Macedoniæ, quem locum, ut & alia Musis consecrarunt Gentiles. Hinc Musæ *Pierides* dictæ propter amœnitatem ac solitudinem Pieri montis, quod eæ secretis locis ob studia liberalia delectantur. nam ut Ovidius ait: *Carmina secessum scribentis & otia quærunt.* Alii Thraciæ montem esse scribunt, in quo versatus est Orpheus. Etenim Strabo auctor est, Thraces Bœotiæ accolas diversa loca, in quibus & Pieria, Musis dedicasse, eo quod Musicæ essent studiosissimi, poëticamque harmoniam primitus invenerint. Testes sunt Ephorus, Orpheus, Thamyris, Musæus & Eumolpus, poëtæ celebres, quorum duo posteriores à Musis, vel scitè canendo nomen accepere. Musarum quoque officium subdit poëta, seu Musices encomium, quod est canticis suis levare hominum curas, & oblivionem inducere malorum omnium. Unde Olympius Nemesianus Eclog. 2.

Tum verò ardentes flammati pectoris æstus
Carminibus, dulcique parant relevare querela.

Et idem Eclog. 4.

Cantet, amat quod quisque: levant & carmina curas.

Τάς.] Ἅς. Ionicè. Πιερίη.] Πιερία. Pieria nomen montis, vel regionis, in qua natæ vel versatæ Musæ. Κρονίδῃ.] Jovi. Τίκτε.] Ἔτικτε. Μιγεῖσα.] Id est, Ἐυνηθεῖσα, ut apud Maronem: *mixta Deo mulier.*

54. Μνημοσυνὴ.] Μνήμη. Hîc Dea vel nympha esse fingitur Musarum mater. Γενοῖσι.] Ion. γενοῖς. Deest σὺ. Γενὸς, quasi γρνὸς, epenthesi τοῦ ν. Ἐλευθῆρ῾.] Ἐλευθὼ, urbs Bœotiæ, cujus solum à fœcunditate commendat. Μεδέουσα.] Ἄρχουσα, à poëtico, μεδέω, *impero.*

55. Λησμοσυνόων.] Λήθω, à λήθομαι, pro ἐπιλανθάνομαι. Ἄμπαυμα.] Pro ἀνάπαυμα, per syncopen. Μερμηρίων.] Æol. μερ-

μερμηρῶν. Μέρμερος, idem quod φέρτης. Notetur versus Spondaicus, qui Græcis quàm Latinis poëtis sunt usitatiores.

56. Ἐννέα.] Χρονολογία, sive temporis descriptio. Refert poëta quanto temporis spatio opus fuerit Jovi ad procreationem Musarum, novem scilicet noctibus pro numero Dearum. Mirari quis possit, quo pacto Hercules dicatur uniea nocte quinquaginta defloraſſe virgines, & gravidas reddidiſſe, ita ut totidem, vel uno plures pepererint liberos, earum scilicet prima gemellos enixa: Jupiter contra novem indiguerit noctibus ad Musarum generationem. Respondent nonnulli id propterea fictum, quod amor sive voluptas, quæ circa Musarum studia versatur, tardius perficiatur, nec tam facilè evanescat, vel diffluat, quàm ea, quæ ex Veneris, cibi potusque, aut aliarum rerum corporearum delectatione percipitur. Hinc perfecto usus est numero poëta, qui est novenarius, & novem genitæ dicuntur Musæ, quoniam τέλεγωνοι, id est, quadratos perfectosque reddant eos, qui cum eis versantur. Talis enim est numerus novenarius, utpote qui ex seipso consistit, & principatum ob perfectionem suam inter numeros obtinet. Præterea laudat Musas à summo, quæ inter ipsas est, consensu & conspiratione. Eo docetur, scientias omnes ἁρμονικὰς sibi invicem communicare, & naturali quodam vinculo inter se esse connexas, concatenatasque: quod de Musica imprimis dici possit, quæ nihil est aliud, quàm diversorum tonorum amica consensio & concentus. Adde quòd litterarum studia, quæ Musarum nomine veniunt, sylvestres hominum animos ad pacem concordiamque formentsecundum illud Peligni vatis: *Didiciſſe fideliter artes, Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.* Cum Virgines vocat Musas, innuit poëta, disciplinas semper quasi novas esse, ac recentes virginum instar, quæ ideo interiores, abditæ & reconditæ vocantur à Cicerone. Οἱ.] Αὐτῇ, nempe Mnemosynæ. Ἐμίσγετο.] Συνεγίνετο. Μίσγεσθαι, pro μίγνυσθαι, *miſceor.* Μνήσατο.] Μνήσατο.

57. Νόσφιν.] Δίχα. Γενεὴν λίχθον.] Hoc addit, nequis ex adulterio conceptas natasque crederet Musas Εἰσαναβαίνειν.] Phrasi poëtica dictum. ἀντὶ τοῦ συνουσιάζειν. Metonymia antecedentis.

58. Ἀλλ' ὅτε δὴ ὥριος.] Subdivisio temporis, quod partum antecessit. Incipit à generali vocabulo, & deinceps ad singulas ejus partes descendit. Ex horis enim conflantur dies: ex diebus menses, ex mensibus anni. quasi dicat: Postquam pariendi

tempus affulsit à natura præstitutum. Ἔην] Pro ἦν. Περὶ δ' ἔτραπον.] Περιέτραπον δέ. Solis conversionem respicit, qua vel à Meridie in Septentrionem reflectit cursum suum: vel à Septentrione in Meridiem. Horæ enim ab uno Tropico ad alterum transeuntes ad idem punctum quasi consistunt.

59. Μηνῶν φθινόντων.] Mensis apud Græcos in tres decades dividebatur, quarum prima erat μηνὸς ἱσταμένου inchoati: secunda δ' μεσούντος, sive medii: tertia δ' φθίνοντος, hoc est deficientis ac finientis, à φθίνω, *deficio*, *pereo*. Περὶ δ' ἡμέα πολλὰ ἐπελείθη.] Tmesi pro παρεπελείθη. Ἡμέα.] Ἡμέρᾳ.

60. Ἥδε.] Αὕτη ἡ, Mnemosyne. Κέρης.] Ion. Κόρης, id est, παρθένος. Notetur posteriorem syllabam in κέρης Doricè corripi, quam alii producunt in casibus paribus. hinc scribendum foret κῆρες, nisi reclamarent antiqui codices. Ὁμόφρονας.] Τὰ ὅμοια φρονέοντας. Ἧσιν ἀοιδή.] Describit porrò Musas ab habitu & actionibus, easque conviviorum, chorearum, omnimodæque lætitiæ præsides facit. Quo docere vult poëta, eos qui circa litteras & Musarum studia versantur, debere animum habere à curis vacuum & defæcatum. Noverat hoc ingeniosissimus Naso, cùm inquit:

Carmina proveniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.

Et idem alibi:

Nec mihi dispositis jungam quæ carmina nervis,
Proveniunt: vacuæ carmina mentis opus.

Deinde & ædes pulchræ tribuuntur Musis, idque in vertice montis Pierii, quia ex alto cœlo, hoc est, à Deo in homines dimanat sapientia. Ἧσιν.] Ion. αἷς. Ἀοιδή.] Ὠδή.

61. Μέμβλεται.] Pro μεμέλητ), per syncopen & pleonasmo τοῦ β. Scholiastes exponit μέλῃ, οὐ φρονεῖ ἐστίν. Ἀχηδίᾳ.] Ἄλυπον, ἀφροντίστως, quod ex α privante & κῆδος, *cura*, *mœror*.

62. Τυτθὸν ἀπ' ἀκροτάτης.] Hyperbaton. Connectenda enim hæc cum superioribus hoc pacto: Τὰς οὐ Πιερίῃ τέκε Μνημοσύνη, τυτθὸν ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου. Locum designat, ubi natæ Musæ. Τυτθόν.] Dor. Μικρόν, ὀλίγον.

63. Ἔνθα.] Ὅπου. Σφίσι.] Σφίσιν αὐταῖς. Λιπαροὶ χοροί.] *Splendidi*, vel *nitidi chori*, respectu pedum, qui & λιπαροὶ Homero. Solebant enim veteres ungere pedes, antequam calceos induerent, ut tanto agiliores essent & expeditiores ad saltandum.

64. Παὶς

64. Παὲρ' αὐτῆς.] Musarum comitatus sive contubernium describitur. Cum his versari & cohabitare dicuntur Gratiæ & Cupido. nec ἀλόγως id fingitur, cum sine horum Numinum societate ac munere sordeant Musæ. Neque enim satis est, ut poëta sit πολυμαθὴς, hoc est, *multarum rerum gnarus*, sed necesse etiam est, ut sit ἐπίχαρις, hoc est, *gratiosus & amabilis*. Euripides in Hercule Furente: Καὶ μὴ παυσάμενον ταῖς Μούσαις τὰς Χάριτας καταμιγνύειν, ἡδίστην συζυγίαν. *Non desinam Charites Musis conjungere suavissimam copulam.* Musis autem Gratias miscere est operi erudito gratiæ & ingenii lenocinium aspergere. Ita Plutarchus lib. Sympos. de philosophis, qui non minus satagunt literatis sermonibus condire symposii apparatum, quàm vinum affusa aqua diluere, dixit, οὐχ ἧττον ταῖς Μούσαις τὸν Διόνυσον, ἢ ταῖς Νύμφαις κιρνωύτες. id est, *non segnius Bacchum Musis, quàm Nymphis permiscentes.* Nam ut vino affusa lympha diluto temperies, roburque corporis conservatur: ita colloquiis eruditionis sale conditis animus pascitur. Hæc est illa Charis, quam scriptis suis affusam esse ajebat politissimus Lipsius. Non sufficit igitur eruditum carmen, aut orationem conscribere, sed & gratiam ei, vel genium conciliare oportet, secundum illud Bilbilici poëtæ: *Victurus genium debet habere liber.* quod & ad alia negocia transfertur. nam Plinius quoque lib. 35. cap. 10. *Charitem Venerem* dixit, pro ea quæ picturis & imaginibus est venustatis gratia. In conviviis sacris versari ait Gratias & Cupidinem, uti & Musas, quod ἐν ταῖς εὐωχίαις, & festis dapibus præcipuè locum habeat Musica, & venusti sermones, & gratia, quibus conciliatur inter Deos hominesque amor. Unde vatum princeps cantum & saltationem vocavit ἀναθήματα δαιτὸς, id est, ornamenta convivii, Odyss. primo. Παὲρ'.] Pro παρά. Apocope. Αὐτῆς.] Ion. αὐτῇσι, nempe Musis. Χάριτες.] Gratiæ, quæ tres finguntur sorores. Nomen habere putantur ἀπὸ τ χαρᾶς, *à lætitia.* Hinc ταῖς χάρισι καθιδεῖν, id est, *Gratiis sacrificare* jubentur, qui tristes & solliciti sunt. vide Erasm. Ἵμερόν.] *Cupido.* Propriè sic dicitur ἡ ἐπιθυμία, cujus beneficio incitamur ad id, quod jucundum & amabile existit, ἀπὸ τ ἵεσθαι, quod est, *desiderare*, vel *incitare*. Οἱ ἔχουσιν.] Σωοικοῦσι.

65. Θαλίης.] Ion. θαλίαις. Sunt autem θαλίαι, *convivia*, ἀπὸ τ θάλλειν, quod est, *florere*, quia in conviviis omnia læta & florida esse convenit: vel quod floribus coronati epularen-

tur antiqui. Ἐγεῖρω.] Pergit in amplificandis Muſarum laudibus & effectis. Argumentum cantus, quo convivantes delectant Muſæ, non res ſunt obſcænæ, vel levis momenti, ſed tales quæ moribus hominum informandis, juſtitiæque operibus exercendis non parum conducerent. Non enim Muſæ tantùm Deorum virtutes & opera celebrant: ſed etiam regna & reſpublicas divinis humaniſque legibus prudenter inſtitutas per univerſum terrarum orbem. Quod nec minimum divinæ bonitatis & ſapientiæ τεκμήριον eſt. Deſcendit poëta à Deorum generatione, ad νομοθεσίαν eorum, & ſanctos mores ſive inſtituta, docetque quibus olim canticis τὸ ἰσιόψυχον animos oblectarint egregii cantores, nempe Deorum hominumque præclarè geſtis recenſendis. Ἐγεῖρω.] Ἐπίεσσον, ἀγακτητῶ. Ὅσσαν.] Φωνῶ. Διὰ στόμα.] Διὰ στόματος.

66. Μέλπου.] Ἀ μέλπομαι, τὸ ὑμνῶ. Νόμους.] Latiùs ea voce utitur poëta, ut & ambitu ejus comprehendat diverſas gubernationum formas, hominum inſtituta, leges & ſtudia. Ἤθεα.] Singulorum mores, vel opera intelligit. Κλείσιν.] Id eſt, Ὑμνῆσι.

67. Ἐπίεσσον ὅσσαν.] Bis idem repetit, quò Muſarum in canendo admirandam ſuavitatem exprimat poëta.

68. Αἳ τότ'.] Muſarum è terris ad cælum abitionem, earumque effecta porrò amplificat. Poſtquam in Pieria natæ & inter homines verſatæ ſunt aliquamdiu Muſæ, tandem natali ſede relicta Olympum petiere, hoc eſt, cælum, in quo regnat Jupiter. Hoc autem dicit poëta, quod mons Pierus non procul diſtaret ab Olympo. Deinde cùm voce Muſarum reſonare terram, & pedum applauſu ſtrepitum ingentem excitari ait, eo ſignificat litterarum & artium ſtudia, non modo voluptatem parere incredibilem, ſed & celebrem reddere hominem, totoque orbe prædicandum. Neque enim omnes, qui res præclaras ac laudabiles geſſerunt, iidem ſui nominis memoriam poſteritati prodere potuerunt: ſed ii demum, qui eximium aliquem poëtam nacti ſunt virtutum ſuarum, rerumque geſtarum præconem. Quare & Alexander Magnus beatum prædicabat Achillem, quod Homerum habuiſſet laudum ſuarum buccinatorem. Αἳ.] Muſæ. Ἴσαν.] Ἐπορεύοντο. Πρὸς Ὄλυμπον.] Εἰς οὐρανόν. Ἀγακλέϊσθαι.] Quaſi ἄγαν εὐκλεῖσθαι.

69. Ἀμβρόσιον.] Ion. ἀμβρόσιος. Περὶ δ' ἴαχε.] Pro ἀείαχε, ἤχησε, ἀεῖχε ϟ, quod ex ἀεὶ & ἰάχω, clamo, ſono.

70. Πε-

70. Ποδῶν ὑπὸ] Ὑπὸ ποδῶν, Anaſtrophe. Δῦπος.] *Sonitus*, propriè qui ex corpore ad terram illiſo excitatur. Ὄρφνῃ.] Per reduplicationem Atticam, pro ὄρνῃ, ab ὄρνυμι, τὸ ὄρνυμι.

71. Νεισομένων.] Πορευομένων αὐτῶν. Alii legunt νισομένων, quod idem ſignificat. Ὃν.] Σφίσι φησι. De multis hic ſermo. Ὅ δ' ἱεροπῇ] Jovis deſcriptio ab imperio, armis, victoria & univerſi gubernatione. De bello illo Jovis adverſus Saturnum alibi dicetur, cujus hiſtoricam & Phyſicam ἐξήγησιν tunc ſimul dabimus. Unitatem in πολυθεότητι ſua agnoſcit Heſiodus, dum Jovem ut ſupremum cæteris præficit Diis, velut univerſi gubernatorem, cui ſoli fulmen & tonitru tribuit, quique ſolus ſapientiſſimè omnia diſponit inter Deos, ſinguliſque ſuos diſpertitur honores, & officia. Ὅ δὲ.] Jupiter. Οὐρανῷ ἐμβασιλεύει] Ἐν τῷ οὐρανῷ βασιλεύει.

72. Αἰθαλόεντα.] Ab αἰθάλη, *fuligo*, quod ἀπὸ τοῦ αἴθω, *ardeo*. Auctor lib. de mundo: Οἱ μὲν αἰθαλώδεις, inquit, ψολόεντες λέγονται· οἱ δὲ παχέως ἀφάπτοντες, ἀργῆτες, id eſt, *quæ ex fulminibus, fuligine inficiunt, fuliginoſa dicuntur: quæ raptim tranſmittuntur celeriterque provolant, Argetes vocantur.*

73. Καρῆϊ] Δυνάμει. Εὖ] Καλῶς. Unde κόσμος ab ornatu nomen accepit.

74. Διέταξε.] Μετὰ τάξεως διεμέρισε. Sic Ovidius:

Quæ poſtquam evolvit, cæcoque exemit acervo,
Diſſociata locis concordi pace ligavit.

Ὅ μοῦς.] Ὅ μοῦ. Ἐπιφραδέ.] Παρέχει. ἐπιφράζω, *indico*. Per τιμὰς non ſolum intelligit honores, ſed & imperia, gubernationes, officia, & ſimilia.

75. Ταῦτ' ἄρα.] Poſt enarratos Muſarum natales & officia, tandem ad ἀοιδὰ ipſa deſcendit. Duo priores verſus συμπέρασμα continent ſuperiorum, in quibus Muſarum ſedes, genitor, numerus & actiones breviter repetitæ proponuntur. In reliquis ſpeciatim explicat, quænam ſint novem illæ Muſæ, quibuſque nominibus à veteribus inſignitæ. Ad numerum quod attinet, de eo non ſatis convenit inter ſcriptores. Scribit Arnobius Ephorum tres poſuiſſe; Mnaſean quatuor; Myrtiſum induxiſſe ſeptem; octo aſſeveraſſe Craten. At Heſiodus, quem ferè omnes ſequuntur poëtæ, novem prodidit, Deis cælum & ſidera locupletans. Aliis novem eſſe placet propter novem earum inventa. Clio hiſtoriam inveniſſe perhibetur. Euterpe tibiæ modulos. Thalia Comœdias; vel ut alii, Geometriam.

triam. Melpomene Tragœdiis præſidere putatur. Terpſichore tripudiorum inventrix habita. Erato nuptialia & amatoriam artem præcepiſſe traditur. Polymniæ γεωμετρία aſſcribitur; Aſtrologia Uraniæ, cui & inde nomen. Calliope poëſin expolivit. Quibus omnibus pro numero artium inventarum libros ſuos inſcripſit Herodotus. At ſi Pythagoricis fidem habemus, nihil aliud fuerint Muſæ, quàm ſphærarum animæ. Urania ſcilicet ſtelliferi cæli & ejus ſphæræ, quæ vocatur ἀπλανὴς ſeu fixa, Polymnia Saturni, Terpſichore Jovis, Clio Martis, Melpomene Solis, Erato Veneris, Euterpe Mercurii, Thalia Lunæ: quæ ſicuti magis recedunt à medio mundi, ita diverſos ſonos efficerent. Nam cùm aliæ ſphæræ tardiores ſint, aliæ velociores, aliæ medium inter hos motum ſortiantur, eadem credita fuit ſonorum differentia, ita ut ex velociſſimo & ordinato cælorum motu, contactuque potentiſſimo & varia & ingens efficeretur melodia, quam Pythagoras ſæpe auribus ſe percepiſſe dicebat. Nugatur Myrtilus Lesbius, qui novem has virgines Lesbo aſſerere conatus eſt, eoque in Lesbiorum templis totidem ipſis aras fuiſſe poſitas ait, ac pro Myſis Muſas eſſe dictas. Sed hanc opinionem ut falſam & ineptam jure optimo refellit Clariſſimus Voſſius lib. 1. de Idolol. Gent. cap. 13. Inter Muſas autem Calliope præſtantiſſima cenſetur, quod in omni ſcriptionis genere principatum obtineat poëſis, in poëſi heroïci carminis ſublimitas. Qua de cauſſa & regum comes traditur, ob majeſtatem epici metri, quo res præclarè in bello geſtas celebrat. Flaccus in Arte Poët.

Regumque Ducumque & triſtia bella
Quo ſcribi poſſent numero monſtravit Homerus.

Sed & prior Homero oſtendit Orpheus, cujus mater fuiſſe creditur Calliope. Ἄειδον.] Ἤειδον, neglecto poëticè augmento.

76. Ἐννέα θυγατέρες] Hinc Deæ *Novenſiles* dictæ veteribus. Μεγάλης Διός.] Sic & μεγάλη Ἥρα, *Iuno magna* cognominata eſt Samothracum more, ut obſervat Macrobius ex Caſſio Hemina lib. Saturnal. 3. Ἐκγεγαῶσαι.] Ion. pro ἐκγεγηκυῖαι, ab inuſitato γάω, τὸ γίγνομαι, naſcor.

77. Κλειώ.] Κλειὼ dicta ἀπὸ τοῦ κλείειν, quod eſt *celebrare, à gloria & celebritate rerum geſtarum*, quas canit. Εὐτέρπη.] Nomen accepit *à ſuavitate concentus*, ex εὖ & τέρπω, *delecto*. Θάλεια.] Hæc cùm τὴν φυτουργίαν, ſive plantandi artem docuerit, nomen ſortita eſt ἀπὸ τοῦ θάλλειν, quod eſt, *germinare, florere*.

Μελ-

Μελπομένη.] Hüic præter Tragœdias quoque oden, hoc eſt, *cantilenam* tribuunt. Unde nomen ſibi adoptavit à Græco μέλπω, quod eſt, *canere, modulari.*

78. Τερψιχόρη.] Sic appellatur, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς, à *delectandis choris.* Ἐρατώ.] Et hæc ita vocatur ἀπὸ τοῦ ἔρωτος: à *canendis amoribus.* Ovidius lib. 2. de Arte, ad Etymon alludens inquit:

Nunc mihi ſiquando, puer & Cytherea favete:
Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

Πολύμνια.] A *multitudine cantus* ſic dicta. Οὐρανίη.] Nomen illi, vel à rerum cæleſtium cantu, vel à cantus divinitate, quaſi dicas, *cæleſtem.*

79. Καλλιόπη.] Sic eam dixere à bonitate vocis. Κάλλος enim *pulchritudo*, & ὄψ, ὀπὸς, *vox.* Ἀοιδῶν.] Ion. ἀπασῶν.

80. Βασιλεῦσιν.] Calliopen poëta epici carminis præſidem facit, regumque comitem, ob majeſtatem & ſublimitatem cantus, ut dictum. Αἰδοίοισιν.] Αἰδοίοις. Ὅπηδεῖ.] Ἀκολουθεῖ.

81. Ὅντινα.] Scientiæ omnis & eloquentiæ donum Muſis acceptum refert poëta. Quæ ſuada, uti judicibus omnibus & populi præfectis perquàm neceſſaria eſt: ita Regem imprimis condecorat, cui ſummum in populos imperium conceſſit Deorum ſummus. Ὅντινα.] Scilicet, βασιλέων.

82. Γενόμενον.] Γενώμενον, à γένομαι, *naſcor.* Εἰσίδωσι.] Εὐμενὲς ἰδεῖν), quod Græcis poëtis eſt, εἰσιδεῖν vel εἰσβλέπειν ὄμμασι λαοῖς. Sic & Callimachus:

Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμμασι παῖδας
Μὴ λοξῷ, πολίοις τοὺς ἀπίθοις φίλους.

Διοτρεφέων.] Pro διοτρεφῶν. Βασιλήων.] Βασιλέων.

83. Τῷ.] Τούτῳ, Ionicè. Γλυκερῷ.] Γλυκερῷν, quod Poët. pro γλυκεῖαν. Χείλεσι.] Χείλεσι, per epentheſin ι jota.

84. Τοῦ δὲ.] Τούτου δὲ. Ἔπεα.] Ῥήματα. Μείλιχα.] Γλυκύτητος ſignificatio ſubeſt verbo, ἀπὸ τοῦ ἀπαλὸν καὶ λέγων, inquit Scholiaſtes. Οἱ δὲ νν λαοί.] Deſcribitur eloquentiæ vis in flectendis & ſedandis hominum animis. Etenim ſiquis aut rex, aut judex pro tribunali ſedens gravi ac diſerta oratione populum alloquitur, rectiſque judiciis ſuum cuique tribuit, eum, ut numen quoddam tutelare ſuſpiciunt & venerantur omnes. Id veriſſimum eſſe poëta oſtendit lib. 8. divini operis, ubi commotam plebeculam graphicè depingens, quantum in ea ſedanda polleat viri gravis & facundi oratio, ibidem declarat, inquiens:

Ac

Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate gravem ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Exemplo ſit vir diſertiſſimus in gente Romana Menenius Agrippa, de quo Livius lib. 2. decad 1. *Cùm plebs à Patribus ſeceſſiſſet in Aventinum, quod tributum & militiam toleraret, nec revocari poſſet, Agrippa eos facunda oratione reduxit, propoſita ſimilitudine de ventre & artubus inter ſe diſſidentibus.* quem apologum inibi legere eſt. Deinde qualem oporteat eſſe regem aut judicem ſubdit poëta, nempe qui perpenſa litigantium cauſſa, probeque perſpecta, lites brevi dirimit: ſecundum vetus illud effatum: Πρὶν ἂν ἀκούσῃς, μὴ κρῖνε. priuſquam audias, ne judica. Λαοί.] Δῆμοι.

85. Θέμιτας.] Τὰς δίκας. Θέμιτας vocat, jura, leges, ſtatuta.

86. Γ'θείῃσι δίκῃσι.] Pro Κθείαις δίκαις, ἤγουν, δικαίως. Ο' δέ.] Οὗτος δέ. Ἀσφαλίως ἀγορεύων.] Pro ἀσφαλῶς δικάζων.

87. Αἶψα] Ταχέως. Μέγα νεῖκος.] Id eſt, ἔριν. Ἐπισπερχέως.] Hinc Marius apud Plutarchum: *Nequaquam, tantum ſe in humeros ſuos impoſiturum onus dixit, uti de re ita magna ante cognitionem ſententiam ferret.* Καταπαύει.] *Diremit, ceſſare fecit.*

88. Τύνιος.] Boni regis ſive judicis encomium proponitur. Illi reges ſive judices ſunt prudentes, qui juſtitiam ex æquo omnibus adminiſtrant, damnoque affectos, in integrum reſtituunt: contumelioſos contrà in officio continent: idque non ſuppliciorum terrore, ſed paternis, ſi fieri poſſit, monitis. Senecæ effatum eſt: *Nullum clementia ex omnibus magis, quàm regem aut principem decet.* Hinc optimo Principi, ut inter alias virtutes, quibus opus habet ad reipub. adminiſtrationem, nihil animi moderatione debet eſſe antiquius. Recte apud Claudianum Theodoſius Honorio filio ſalubre hoc conſilium ingerit:

Sis pius imprimis: nam cùm vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.

Et notum eſt illud ingenioſiſſimi poëtæ:

Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

Con-

Conſtat ex hiſtoriis Cæſarem Julium in Deos relatum, quod clemens ac placabilis fuerit in eos, à quibus injuriam bellis civilibus acceperat. Eadem virtus Auguſtum conſecravit, alioſque permultos immortalitate donavit. Prudentiam itaque & clementiam principibus commendat poëta. Prudentiam, ne temere quem & incognita cauſſa condemnent: clementiam, ut blanda oratione potiùs, & paternis admonitionibus delinquentem corrigant, quàm pœnæ ſeveritate; nec niſi extremis malis extrema adhibeant remedia, prudentum medicorum exemplo, qui tum urunt ſecantque, cùm fruſtrà tentatis blandioribus remediis aliter ægro ſuccurri nequit. Hoc eſt, quod Scholiaſtes inquit, non ἐξυσιαστικῶς agendum, ſed ὑφηνιακτικῶς, id eſt verbis potius quàm verberibus, aut pœnis. ad quod prudentiam in Regibus, ſuadam & clementiam requirit Aſcræus noſter, principe dignas virtutes. Τέτυκται.] Τέτυκται ἔστιν, διὸ. Ætiologia. Βασιλῆες.] Pro βασιλεῖς. Ἐχέφρονες.] Scil. εἰσὶν ἢ λέγουσι). ἐχέφρων, ὁ φρόνιμος. Λαοῖς βλαπτομένοις.] Τοῖς πολίταις ἀδικουμένοις, civibus damno affectis, in paſſiva ſignificatione, non, *damnum inferentibus*, ut vertit Smidtius.

89. Ἀγορῇφι.] Ἐν ἀγορᾷ. Vox ἀγορὴ hic τὸ δικαστήριον ſignificat. Μετάκοπα ἔργα.] Sic dicuntur res, quæ poſſunt adhuc μεταστῆναι, converti, ſeu reſtitui in integrum. Scholiaſtes exponit, μεταβληθήσεται εἰς τὸ βέλτιον, quæ mutari poſſunt in melius. Τελεῖσι.] Pro τελῶσι.

90. Ῥηιδίως.] Ῥαδίως. Μαλακοῖσι.] Μαλακοῖς. Ἔπεϊ, ἔπος, λέγος. Παραφαίνουσι.] Παραφαίνουσι, per epentheſin ῠ jota metri gratia.

91. Ἐχέφρονα.] Docet poëta, quanto ſit populi erga regem pium & benevolum cultus, amor & obſervantia. Eum quippe in publicum prodeuntem, mediamque per urbem inter cives incedentem, velut numen quoddam tutelare intuentur, & fauſtis acclamationibus proſequuntur, ipſe vero in concione, vel cœtu populi ſupra omnes eminet. Sic Virgilius de Æneâ 4. Æneidos:

Ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Æneas, atque agmina jungit.
Qualis, ubi hybernam Lycium Xanthique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo.

Et paulò poſt:

Tantum egregio decus enitet ore.

Quem-

Quemadmodum enim Deus Solem collocavit in cælo, tanquam suæ divinitatis illustre symboluin, ita in terris simile donavit lumen in persona regis, ad irradiandum ac prælucendum subditis suis, uti Solis astrum in firmamento. Unde monarchicum regimen Hesiodus, ut divino magis simile, cæteris videtur præferre gubernationibus, utpote in quo repræsentatur nobis magnitudo illa ac majestas ejus, qui regit & moderatur hoc universum. Et hæc caussa est, cur Sallustius Crispus Tiberio auctor fuerit, *ne vim principatus solveret, cuncta ad Senatum vocando: eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quàm si uni reddatur.* Tacitus lib. 1. Annal. cap. 2. Ἀνὰ ἄστυ.] Etiam scribitur ἀν' ἀγῶνα. Θεὸν ὡς.] Per anastrophen, pro ὡς θεόν. Posterior in θεὸν producitur ope vocis aspiratæ, quæ sequitur. Ἱλάσκοντ'.] *Placant*, hoc est, votis victimisque, sibi propitiare student. Vel simpliciter τιμῶσι, *colunt, honorant*, ob benevolentiam & justitiam ejus, ut exponit Scholiastes.

92. Αἰδοῖ μειλιχίῃ] *Reverentia blanda*, hoc est, quæ cum benevolentia civium conjuncta est. Μετὰ δ' πρέπει.] Tmesis, pro μεταπρέπει δ', hoc est, ἀμαλάμπει. Ἀγερωχοῖσι.] Ion. pro ἀγεροχοῖς, id est, συνεθροισμένοις, ab ἄγερμαι, quod Atticum, pro ἀγείρομαι, *congregor*.

93. Οἷα τοι.] Conclusio epiphonematica, quasi dicat: Tantum tamque excellens donum est bene dicendi facultas. Per anthypophoram hoc ait poëta. Objicit enim sibi ipsi. Cùm reges à Jove sint, quo pacto à Musis eos diligi asseris? respondet Hesiodus: Etsi quidem reges à Jove sint, suamque illi dignitatem & potestatem debeant acceptam, tamen & à Musis amantur, à quibus habent τὸ εὔγλωττον, & bonarum artium studia. Felicissimus itaque rex ille, quem & Jupiter & Musæ diligunt. quod & historicè & mathematicè exponunt nonnulli. Reges ex Jove esse dicuntur, quatenus ab eo, ut summo rege, cæterorum in terris propago sit proseminata, sicut ab Apolline, & Musis, artium & harmoniæ omnis inventoribus prognati sunt vates & citharædi. Mathematici vero per Apollinem cum veteribus Solem intelligunt, ideoque ex Apolline vates & citharædos esse dicunt, quatenus ex concentu stellarum & apto Solis concursu gignuntur viri sapientes & Musici: at vero ex Jovis cum sideribus συνόδοις fiunt reges. Hinc τὸ βασιλικὸν conferre dictus Jupiter: τὸ μουσικὸν Musæ & earum præses Apollo, qui & citharam primus inveniisse traditur à Gentibus. Οἷα τοι

Mu-

Μουσάων.] Acclamatio. Verſus in principio non conſtat, niſi *σωίζησιν* ſtatuamus in *οἵα*: vel Creticum ponamus loco dactyli vel ſpondæi: vel *οι* corripi dicamus. *Ἱερή.*] *Ἱερός.* Quicquid magnum eſt, vel ſingularem habet utilitatem & præſtantiam, *ἱερὸν* appellant Græci. Sic *ἱερὸν ἄλσος*, Homerus dixit ob utilitatem; *ἱερὸν μένος*, *ingens robur*; *ἱερὸν κνίφας*, pro *denſiſſima caligine*; Medicis, *ἱερὸν ὀστοῦν*, *os magnum atque latum eſt*: *ἱερὸς ἰχθὺς*, apud Comicum, *piſcis magnus vel præſtans.*

94 *Ἐκ γὰρ Μουσάων.*] Τὸ *ἐκ*, non cauſſam materialem, ſed efficientem denotat. *Ἑκηβόλος.*] Apollinis epitheton, quaſi *ἑκὰς βάλλων*, longè jaciens. De quo Macrobius 1. Saturnal. At præceſſor meus Hoezlinus ſic dictum putat ratione vaticiniorum, ut *βάλλω* ſit idem quod *συμβάλλω*, *conjicere. Sol enim eſt fatum, fati & intelligens & effector. Ac quoniam is rem divinat optimè, qui eam facere poteſt & vult, idcirco ἑκὰς, & ἑκαβόλος βάλλει, & ἑκάεργος eſt.*

95. *Ἄνδρες ἀοιδοί.*] *Ποιηταί.* *Ἔασιν.*] Ion. *εἰσίν.* *Ἐπὶ χθόνα.*] *Ἐπὶ τὴν γῆν.* *Κιθαριστής.*] *Κιθαρίζω*, *citharam pulſo.* Apollinem quatuor imprimis artibus præfecit antiquitas: medendi, ſagittandi, vaticinandi, & citharam pulſandi.

96. *Ἐκ Διός.*] *Παρὰ Διός*, ut ſuprà. *Βασιλῆες.*] *Οἱ βασιλεῖς.* Repetendum *ἀπὸ κοινοῦ* verbum *εἰσὶ*, quod præceſſit. *Ὅ τινα δ' ὄλβιος.*] Hæc cum ſuperioribus conveniunt, ſive concluſio ſunt præcedentis orationis. Felix ille quem Muſæ diligunt. Tali enim & ſua dona liberaliter conferunt, nempe prudentiam, & ſuaviſſimam dicendi copiam. Quod illuſtre donum tanti fit ab hominibus, ut ejuſmodi principes è cælo demiſſi videantur inter mortales: cùm contra rex *ἄμουσος* & illitteratus ſit aſinus coronatus, ut vulgò dicitur. Hinc Muſis exoſi dicuntur homines *ἀπαίδευτοι* & *ἄχρωτοι*, quibus nullum cum virtute & bonis artibus commercium eſt. *Ὅ δὲ.*] Pro *ἐκεῖνος δὲ*. n. rex. *Ὄλβιος.*] *Μακάριός ἐστι.*

97. *Φιλέουσ'.*] Dor. pro *φιλοῦσι*, & hoc pro *φιλοῦσι*, in activa ſignificatione. *Οἱ.*] *Αὐτῷ. Ἀπὸ στόματος.*] Sic & ſupra dixit de Muſis:

Τῷ μὲ ἐπὶ γλαίσῃ γλυκερῷ χείουσιν ἀοιδὴν,
Τῷ δ' ἐπ' ἐκ στόματος ῥεῖ μείλιχα.

98. *Εἴ γάρ τις.*] Muſicæ præſtantiam virtutemque deprædicat poëta, quam curarum levamen, afflictorumque ſolatium eſſe dicit. Cujus vim admirandum in eo ponit, quod non veterem modò, ſed & recentem animi dolorem ſedare queat.

Δυσκλείπαιων γὰρ τὸ νέον πάθος, inquit Scholiorum auctor. Id verum esse, non profani solùm, sed & sacri scriptores passim testantur, qui propterea Musicam, ut artem Deo gratissimam, humanoque generi perutilem commendant, de qua legere est, 1. Reg. cap. 16. & apud Jessæum vatem non uno in loco. Scripsit Plutarchus elegantem de Musica commentarium, cujus vires attingit posteriore, de fortuna & virtute Alexandri, & de cohibenda iracundia. ne de Luciano, aliisve idem argumentum tractantibus quicquam loquar. Νεοκήδει.] Νεοκηδεῖ. Fit ex κῆδος, *cura*, φερτὸς, & νέος, *novus, recens.*

99. Ἄζηται κραδίην.] Propriè *arescat corde*, ab ἄζομαι, τὸ ξηραίνομαι: per metaphoram, *cura & mœrore conficiatur.* Ἀκαχήμενος.] Λυπέμενος. ἀκαχίζομαι, fit ex ἀχέω, *tristor, doleo.*

100. Μουσέων θεσπεσίων.] Sic Poëtam vocat Hesiodus. appositio. Μουσέων pro μουσῶν, Æol. Κλεῖα φερσίβροτα ἀνθρώπων.] Id est, τὰς τῶν ἡρώων καλὰς πράξεις, ut exponit Scholiastes. Huic geminus est locus Apollonii lib. 1. Argonaut. Παλαιγενέων κλέα φώτων Μνήσομαι. id est, interprete Hoezlino, *Viros veteres, eosque fama claros memorabo.* Κλεῖα, pro κλέα, inserto jota ob metrum. Τὸ κλέος, vocabulum est τῶν μέσων, ut *facinus*, & *clarus* apud Latinos.

102. Αἶψα.] Ταχέως. Ὄγε.] Οὗτος. Δυσφροσυνέων.] Genit. Ionicus, pro δυσφροσυνῶν, à δυσφροσύνη, quod κατὰ συγκοπὴν factum, ex δυσφροσυνίη, *sollicitudo.* Aliis participium esse placet, exponiturque, *ægrè ferens*, quod loci sententiæ minus quadrat. Ἐπιλήθει).] Ἐπιλανθάνει). Οὐδὲ μέμνηται).] Declarativum verbi præcedentis. Κηδέων.] Pro κηδῶν, à κῆδος significante *curam.*

103. Παρίστασαι.] Nempe, τὸν λυπέμενον ἢ λύπης. Δώρων θεαίων.] Pro θεῶν. Per dona Musarum intelligitur, ἡ ποίησις ἢ μουσική.

104. Χαίρεις.] Continetur his versibus ᾠδὴ προοιμιακὴ ad Theogoniam, unà cum salutatione & invocatione Musarum. Præmissa enim compellatione honorifica supplicat Musis poëta, ut cùm Theogoniam scribere propositum sit, suavem ipsi & amabilem concedant cantum. Deinde ut Deorum sibi ignotas generationes revelent, tam eorum qui Cælo & Terra, quàm qui Nocte & Ponto prognati sunt. Sciendum Veteres Cælum & Terram, ut Deorum primos coluisse, cùm eorum beneficia primùm in sensus sese ingerant, ex quorum conjunctione reliqua Deorum turba prodierit. Nam cæli solisque influxu & calore

exci-

excitatur terra, & apta redditur ad rerum omnium generationem. His & Noctem Pontumque subjungit, ut Deorum itidem antiquissimos, & reliquorum progenitores. Nam antequam Sol & Cælum fierent, nulla erat in rebus lux, sed nox & caligo texerant abyssum, uti legere est Genes. cap. 1. vers. 2. Nec Pontus divino honore caruit. Ab eo quoque initium sumpsisse res omnes plurimi veterum crediderunt, cum omnia priusquam oriantur, aut intercidant, indigeant humore, sine quo nec gigni possit quicquam, nec corrumpi. Χαίρετε.] Salutatio petitoria. Τέκνα Διός.] Id est, *Musæ Iovis ex Mnemosyne filiæ*. Γεγάασιν ἀοιδήν.] Ἐφύμνιον ἆσμα.

105. Κλείετε.] Ὑμνεῖτε. Ἀθανάτων] Θεῶν.

107. Δνοφερῆς.] Σκοτεινῆς, à δνόφος, *caligo*, quasi γνόφος, verso Doricè γ in δ. Unde Latinum *tenebræ*, quasi *denebræ*, ut vult doctissimus Caninius. Ἀλμυρός.] Quasi ἅλμηρος, & verso η in υ, ἁλμυρὸς, teste Etymologo, ab ἅλμη, *salsugo*. Ἔτρεφε.] *Nutrivit*, hoc est, *produxit*, per metonym. consequentis. Πόντος.] Θάλασσα.

108. Εἴπατε.] Duplex sequitur petitio. Primùm petit à Musis, ut cùm Deæ sint, & rerum abstrusissimarum gnaræ, memorare ipsi velint, unde singuli Deorum ortus duxerint: quorum aliquot hoc loco enumerat: tum secundò, quî inter se partiti fuerint orbis universi opes sive imperia, quove tandem pacto cælum occuparint. Quæ cùm multis retrò seculis involuta sint, longeque ab hominum nostrorum memoria remota, Musarum ad hæc enarranda opem meritò implorat. Solent enim Musæ poëtis, ut internunciis suis multarum rerum arcana revelare. Sic Horatius:

Favete linguis. carmina non priùs
Audita Musarum sacerdos
Virginibus puerisque canto.

De his sic scribit Herodotus: *Unde singuli*, inquit, *Deorum extiterint, an cuncti semper fuerint, aut qua specie, hactenus ignoratum est, nisi nuper atque heri, ut sic dicam. Hesiodus enim atque Homerus, quos* CCCC. *non amplius ante me annos opinor extitisse, fuere, qui Græcis Deorum sobolem introduxerunt, eisque & cognomina & honores, & diversa officia, & figuras attribuerunt: alii Orpheum existimaverunt, qui hos ætate antecesserit.* Εἴπατε.] Λέγετε. Γένοντο.] Pro ἐγένοντο, neglecto poëticè augmento.

109. Πόντος ἀπείρητος.] Ὁ πέρας μὴ ἔχων. Sic mare vocat, non quasi non habeat limites suos, sed quod totam ambiat terram sphæricum in morem. At quæ rotunda, principio & fine carent. Οἰδμαλὲ ῥοῦν.] Οἴδμα, quasi οἴδημα per syncopen, ab οἰδέω, *tumeo*. Θοῦν hoc loco est ὁρμᾷν, *furere, seu cum impetu ferri*.

110. Λαμπετόωντι.] Pro λαμπετώντι, pleonasmo τοῦ ο, verbi λαμπετάω, pro λάμπω.

111. Τῶν.] Τέτων.

112. Ἄφενος.] Proprie unius anni reditus, quasi ἀφ' ἑνὸς ἐτιαυτοῦ, ut πλοῦτος ἐκ πολλῶν ἐτῶν. Poëtis tamen promiscuè usurpantur. hic voce ἄφενος designantur universi orbis imperia, opes & honores. Δάσσατο.] Pro Ἐδάσσατο, à δάζομαι, τὸ μερίζω. Διέλοντο.] Pro διείλοντο, hoc est, διεμερίσαντο, à διαμερίω, quod est in tribu τῇ ἀνομάλων.

113. Ἠδὲ καὶ.] Pleonasm. Πολύπτυχον.] Sic dicitur Olympus, quod in eo multæ sint πτυχαὶ, *plicæ*, hoc est, *sinus & convalles*. Alii de cælo exponunt, *multis implicitum sphæris*.

114. Ἔσσετο.] Λέγεται. Ab ἔσσω, quod ex ἔπω, factum.

116. Ἤτοι μὲν.] Hic auspicium facit Theogoniæ suæ poëta. Tria ponit ab initio facta, Chaos, Terram, & Cupidinem cælestem, qui etiam censetur Deus. Primo loco collocatur Chaos, cui Numini supplicabant Veteres, tanquam parenti, à quo rerum omnium factum putabant initium. Arnobius Jani nomine cultum à superstitiosis hominibus affirmat. Poëtæ chaos in principio fuisse ajunt, id est, confusionem rerum atque elementorum. De quo Ovidius lib. 1. Metamorph.

Vnus erat toto Naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos. ——

Mosi *tohu* & *bohu* vocatur, Genes. cap. 1. vers. 2. Estque nihil aliud, quàm rudis inordinatæque materiæ confusa congeries, quam postea Deus universi conditor diremisse dicitur, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, & in ordinem descriptis, instruxisse mundum & ordinasse. Veteres Græci ea voce aëra signarunt, sive omne id, quod inter sidera terrasque est interjectum. Unde & *cohum* dixere, pro cælum teste Festo, à Χάος, vel inserto Æolum more digamma, *covum*. Hebræis רקיע, hoc est, *expansum*, quod nihil aliud est, quàm diffusum quoddam corpus aëris, distinguiturque in duas partes, in superiorem, quæ appellatur æther: & in partem inferiorem,

quam

quam vocarunt aërem. De priori chao hic ſermo eſt, quatenus confuſam & inordinatam materiam ſignificat, hoc eſt, congeriem rerum ἀόρατον, καὶ ἀκαταστασίαστον, ut exponunt ſeptuaginta interpretes. Secundo autem loco Terram ponit Heſiodus, quæ ex elementis prima honorem ſortita eſt divinum, quia ut dictum eſt, in partibus mundi inferioribus primo oculis & corporis & mentis Telluris ſe bona offerunt. Hinc Deorum antiquiſſimam vocat Plato in Timæo, quæ non hominum modò, ſed & Deorum ſedes ab eodem dicitur in Phædro. Nam homines cum adhuc juſti eſſent, & vita innocentes, Deos habebant ſecum familiariter converſantes. Πρώτιστα.] Τὸ ἀοράτον. Χάος.] Sic dicitur ἀπὸ τοῦ χαίνειν, vel χάσκειν, *hiare*, q. d. *hiatum*, *tenebras*. Philo ὕσιον ἄπτωτον vocat. Γένετο] Pro ἐγένετο.

117. Γαῖα] Ἡ γῆ. Εὐρύστερνος.] Quod *lato vel amplo ſit pectore*, ob amplas ejus planicies, campoſque diffuſos. ex εὐρὺς, *latus*, & στέρνον, *pectus*. Στερνοῦχον appellat Sophocles. Ἀσφαλὲς.] Ob ſoliditatem terræ, cui velut centro ſuo ſubnixa ſunt cætera. Hinc & Deus *terram fundaſſe dicitur ſuper baſes ſuas*. Pſal. 78. & 104.

119. Τάρταρα.] Hæc cum ſuperioribus jungenda. In terræ receſſibus ponit Tartarum. Eſt autem Tartarus inferorum locus profundiſſimus, in quo plectuntur ſontes. Videtur Heſiodus Tartarum ex illa confuſa mole, quæ Chaos vocatur, genitum credidiſſe. Ariſtophanes Comicus illum antiquiſſimum facit locum, & coætaneum cum Nocte & Chao, ut legere eſt in Avibus. Τάρταρα.] Τάρταρος ἀπὸ τοῦ ταράττω *contarbo*, quod locus ille plenus ſit perturbationis. Talem & impiis in terra receſſum eſſe deſtinatum ſacra pagina affirmat. Plato in Phædone *ſceleſtorum carcerem* appellat, quem ſub terra prope centrum eſſe putavit. Ἠερόεντα] Ab obſcuritate. Ἠερόεις idem quod σκοτεινὸς, ab Ionico ἠὴρ, *caligo*, *aër*. Μυχῷ.] Pro ἐν μυχῷ. Χθονός.] Γῆς. Εὐρυοδείης.] Εὐρυχώρου. Quod *latas habeat vias*, ſive *latè patens*.

120. Ἠδ' Ἔρως.] Tertiò Amorem, ut principium conſtituit, ſed cæleſtem. Nam qui ex Venere natus eſt, recentioris eſt ævi. Hunc Cupidinem ſive Amorem poëta dicit ex informi materia, quæ Chaos dicta eſt, in lucem prodiiſſe. Idem tradit Onomacritus in hymnis, & φάνητα illum appellare videtur, quod ex Chao primùm apparuerit. At Ariſtophanes in Avibus Noctem Zephyrium ovum peperiſſe ſcribit, è quo natus ſit Cupido, qui cum Chao miſtus omne Deorum genus ex illo excitaverit.

Quod verò Deorum antiquiſſimum fecerint Cupidinem, eo ſignificare viſi ſunt Veteres, quod res priùs inter ſe confuſas amicitia & odium invicem diſcreverint, cùm illæ per ſe ſine his nihil gignere poſſint. Nihil ergò aliud Cupidinem eſſe ſenſerunt antiqui, quàm quod ſuaſit Empedocles, vim ſcilicet ſimilium divinam coire & coaleſcere cupientium, vel potiùs mentem divinam, quæ has ipſas motiones ipſi Naturæ indidit. Hic cùm primùm in architectando hoc mundo apparuerit, ex informi illa materia natum crediderunt. Nam tametſi Thales aquam rerum omnium principium poſuit, aptiſſimam ſanè gignendis rebus & accommodatam materiam, tamen nihil ex illa ſimpliciter gignitur ſine hoc artifice, ſive amicitiam, ſive marem, vel maris vice fungentem calorem quis appellaverit, vim divinam ſcilicet, res ad ortum evocantem. Pulcherrimus inter Deos vocatur, quoniam Amor omnia etiam longiſſimè diſtantia unit, omniumque rerum & generationum cauſſa eſt. Neque enim tam veneream cupiditatem intelligit poëta, quàm jucundam unionem & commixtionem diverſorum inter ſe elementorum. Plato quoque in Sympoſio Deorum omnium feliciſſimum, potentiſſimumque vocat, quod homines juxta ac Dii ejus ſubjiciantur imperio. Sed geminos facit Cupidines: alterum cæleſtem; alterum terrenum ac vulgarem. Ἔρωτα.] Æolicum eſſe vult Scholiaſtes pro Ἔρως, quæ vox tum *amorem*, tum *amoris Deum ſive Cupidinem* ſignificat.

121. Λυσιμελής.] Ab effectu, ὡς ἀπὸ τοῦ λύειν τὰ μέλη, *quod membra diſſolvat, & enervet.* Παίζοντα θεῶν.] Amoris vim & potentiam demonſtrat, quod Deos pariter & homines domet. Unde & παιδομιγῆτας à poëtis appellatur.

122. Δάμνα.] Δαμάζει, à poëtico δάμνημι, *domo.*

123. Ἐκ Χάεος] Erebi, Noctis, itemque Ætheris & Diei γοιὸς enarrat hic poëta. Erebum ex Chao unà cum Nocte progenitum aſſerit. E Nocte verò Æthera & Diem prodiiſſe ait. Quod & Hyginus refert fabul. poëticarum cap. 1. *Erebus*, inquit, *inferorum Deus eſſe fingitur, & pater Noctis ex Chao & Caligine procreatus.* Cicero tamen de natura Deorum, Noctem Erebi non filiam, ſed uxorem facit. Poëtæ frequenter Erebum pro ipſa inferorum ſede collocant. Unde Ovidius Proſerpinam *Erebi reginam* appellat lib. 6. Metamorph. Noctem quoque ex eodem Chao prognatam eſſe tradit auctor, nec ἀλόγως, cùm ante Solis & aſtrorum ortus, aër eſſet tenebricoſus. Hanc & anti-

antiquiſſimam Deorum omnium credidit vetuſtas, cum neque illam quidem ante mundum in ordinem digeſtum, uſquam fuiſſe intelligant. Unde & mater Deorum ac hominum dicta Orpheo, quod omnia ex illâ nata eſſe credantur. Ex Nocte viciſſim Æther genitus. Quippe nocturno tempore aërem videmus Luna & Stellis ardentem. Unde & illi nomen, αἴθειν, quod eſt, *ardere*. Nam Ætheris vocabulo univerſa intelligitur regio illa, quam Anaxagoras igneam eſſe credidit. Euripides apud Ciceronem in ſecundo de natura Deorum, ſummum Deum appellat:

Vides ſublime, fuſum, immoderatum Æthera,
Qui tenero terram circumvectu amplectitur;
Hunc ſummum habeto Divûm, hunc perhibeto Æthera.

Cùm enim calore ſuo contemperet omnia & foveat æther, non mirum, ſi pro Numine habitus, & quidem ſupremo, cùm in ſuprema aëris regione ſit collocatus. Cicero in ſomnio Scipionis, ubi de orbibus agit cæleſtibus, *Quorum unus*, inquit, *eſt cæleſtis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus, arcens & continens cæteros.* Sed notandum, cùm Æthera ſupremum Deum appellant Gentes, unà cum æthereo corpore complexas eſſe mentem ejus præſidem, quæ animaret æthera, ac præcipuè ſe exſereret in celſiſſimo æthere. Diem præterea ex Nocte genitum affirmat, quia niſi præterierit Nox, non illuceſcit dies. Hinc ex Nocte, quam ſequitur, & in cujus locum ſuccedit, quaſi ortum ducere videtur. Χάος.] Pro χάους, Ion. dialyſi. Ἔρεβος.] Sic propriè dicitur τὸ ὑπὸ γῆν σκότος, ex Hebræo *Ereb*, quæ vox *veſperam*, vel *noctem* ſignificat.

124. Αἰθήρ.] Ab αἴθω, *ardeo*, quod ſuperior mundus ardeat igne totus: vel propter aſtra, quæ ignea eſſe crediderunt Veterum nonnulli. Ἡμέρη.] Ion. Ἡμέρη.

125. Τίκτε.] Ἔτικτε. Κυοσαμένη.] Pro κυησαμένη, à κύω, *uterum geſto*. Φιλότητι μιγεῖσα.] Συνελθοῦσα. Sunt qui inter φιλίαν & φιλότητα, diſtinguant, hanc de Venereo amore: illam de amore benevolentiæ uſurpari volunt, quod tamen diſcrimen non ſemper obſervatur.

126. Γαῖα δέ τοι.] Deſcribitur Cæli generatio. Terram Cæli matrem eſſe tradit Heſiodus contra ſacræ hiſtoriæ veritatem, cùm Moſes cælum terræ præmittat, vel ſimul creata extitiſſe dicat, Geneſ. 1. cap. verſ. 1. Cauſſam vero, cur Terra Cælum genuerit, hanc fuiſſe aſſerit, ut ſeipſam ambiret & circumte-

geret. Nam cum omnia corpora naturalia, omniaque elementa ex ſe invicem gignantur, quorum omnium ſedes eſt tellus, etiam cæleſtia corpora ex ejuſdem ſinu prodiiſſe crediderunt. Dici etiam poteſt Cæli mater, eoque prior, quia terra eſt centrum. At centrum cauſſa eſt ſphærici motus in cælo. Hinc & Uranum ſibi parem genuiſſe dicitur, non reſpectu ſubſtantiæ, quæ diverſa eſt; ſed ob figuram ſphæricam & rotundam. Ut enim cælum eſt σφαιροειδὲς, ita & Terra. Nobiliſſimis autem & perfectiſſimis corporibus, ut cælo & terræ, figura etiam debetur nobiliſſima & perfectiſſima, quæ eſt ſphærica, cùm unica ſuperficie terminetur, & capaciſſima ſit, intraque ſe omnia ἰσοπερίμετρα claudat, vergens tota quaſi in ſeipſam. Homerus tamen Terram Cæli non matrem, ſed uxorem facit: alii Titanis, quia ſol & cælum aſſiduo in terram agunt, & calore ſuo motuque eam ad generationem excitant: illa vero, ut uxor ſemina, ex omnibus elementis vim condenſatam in ſe recipit. Quod naturæ connubium ſcitè expreſſit Virgilius 2. Georg.

——fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Deinde & cælum vocat Deorum ἵδρασμα, ſolidum & firmum, utpote Terræ velut baſi ſuæ & centro inſiſtens, circa quam perpetuo movetur: tum etiam reſpectu cæleſtis materiæ, quæ non corrumpitur, ut corporum ſublunarium. Nemo enim hominum eſt uſquam, qui vel minimam mutationem in cælo partibuſve ejus factam deprehendere potuit. Idcirco Ariſtoteles cælum vocat, ἀγήρατον, ἀναλλοίωτον, καὶ ἀπαθές. ἜγειναΘ.] Ἔπος. Synecdoche generis. Ἴσον.] Parem, non mole, ſed figura ſphærica.

127. Οὐρανὸν ἀστερόεντα.] Hinc ἠρανὸς à Chaldaico אוֹר, quo *lux* ſignificatur. Lucidum quippe cælum ob aſtra. Μίν] Αὐτὴν. Περὶ πάντα.] Subaudi, μέρη. Καλύπτοι.] Circumgyrando eam, ut terra ſit centrum: circumferentia, cælum.

128. Ἕδος ἀσφαλές.] Sedes tuta, ut & terra, cui innititur: tum etiam hoc dicitur ob cæli ἀφθαρσίαν.

129. ΓείναΤο δ'.] Montium & ſpeluncarum origo. Heſiodus Terram quoque montes genuiſſe ait, qui montes nympharum Oreadum gratæ & amœnæ ſunt ſedes. Nympharum vox generalis eſt, cum quædam terris præſint, quædam aquis. Ex iis, quæ terris præſunt, aliæ montes incolunt, ut Oreades, de quibus hic

hic ſermo: aliæ vallibus gaudent, ut Napeæ. Sunt præterea quæ eundem cum arboribus ævi terminum ſortitæ Dryades & Hamadryades appellantur, à δρυὸς nomine, quo quercus, imo omne arborum ac lignorum genus denotatur, quippe cum iis naſcentes & morientes. Proprie tamen hoc nomen convenit Deabus aquarum præſidibus. Eſt enim ab Hebræo *nuph*, quod eſt *ſtillare, effundere*, ut νυφίους loquendo, νύμφη ſit *aqua*. Latini pro eo *n* in *l* converſo dixere *lympha*. At quæ fontibus aquiſque præſunt nymphæ ſpeciatim Najades dicuntur à ναίω, *nato*, quarum natales alibi exponit poëta. Montes autem genuiſſe dicitur Terra, non ſine ratione, cum nihil aliud ſint montes, quam terræ ἐμφύσεις quædam & protuberationes. Unde & apud Græcos ὄρος nomen, ὡς ἀπὸ τοῦ αἴρω, τὸ ἀπὸ γῆς εἰς ὕψος ἀνερχόμενον, quod *mons è terra elevatus* ſit, & *in altum eductus*. Γείνατο] Pro ἐγείνατο. Οὔρεα.] Ion ὄρη. Μακραί.] Ψηλαί. Ἔναυλος.] Appoſitio. Ἔναυλοι ſunt *ſedes, antra, receſſus*. Et Scholiaſtæ, εὐδιαυτήρια, vel τὰ ἐν πεδίοις κοιλώματα.

130. Νυμφέων.] Νυμφῶν. Αἳ ναίουσι.] Periphraſis Oreadum, quæ & Οἰκοδημιάδες Heſychio, quod in cubilibus, hoc eſt, antris montium quieſcerent. Ἀν' ὕρεα.] Ion. κατὰ τὰ ὄρη. Βησσήεντα.] Græci βήσσας vocant *ſaltus* & *convalles profluas*, διὰ ἃς ἐστι βῆναι, ἴέναι, πορεύεσθαι.

131. Ἠδὲ καὶ] Pontus itidem Terræ filius, ſed abſque complexu virili & Venerea voluptate procreatus, quod ut ſingulare hic notandum. Heſiodus Pontum ab Oceano diſtinguit, de quo in ſequentibus agit. Primum itaque geniti ſunt montes: deinde Pontus, cum necdum pluviis, vel rore, vel alia virtute cæleſti deſuper madefacta eſſet terra. Moſes autem narrat ſecundo die aquas, quæ ſub cælo erant, Dei mandato in unum confluxiſſe locum, congregationemque illam aquarum vocatam eſſe *maria*, Geneſ. 1. verſ. 9. & 10. Mare autem illud, ſive Pontum voces, ſive Oceanum, ſive alio nomine, pro Numine habuerunt Gentes, ob immenſam ejus molem, profunditatem & multiplicem utilitatem. Ponti enim beneficio populi longiſſimè diſſiti inter ſe conveniunt, mutua commercia agitant, alter alterius neceſſitatibus ſuccurrit, ut non ſine cauſſa Homerus ἅλα δῖαν, *mare divinum* appellet. Cum abſque amore ſeu maris conjunctione Pontum genuiſſe dicitur Tellus, ferociam elementi reſpicit poëta & indomitam vim. Unde & tauro ei feciſſe veteres notat Spondanus ad Ho-

meri Iliad. Quod & Virgilius confirmat libro 5.

Dii quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus.

Indomitum quippe animal taurus & furioſum. Nec alia de cauſſa *Neptuni filios* appellarunt Latini homines ferociſſimos, & immanes, tanquam è mari genitos, elemento feroci & implacabili. Ἀτρύγετον.] Ob profunditatem, cujus τρύγα, hoc eſt, fundum invenire ſit difficile: vel ἀφ' ἧς οὐδὲν τρυγῶμεν, à quo nihil frugum colligimus. Nam ἀτρύγετα πόντια dixit Euripides pro mari. Οἰδμοῦ.] Οἰδήματος. Syncope. Θόον.] Ὁρμῶν, μανιώδη.

132. Ἄντρε φιλότητος.] Ἄνδρα σωμασίας. Ἐφιμείρα.] Τερπνῆ. Αὐτὰρ ἔτικτε.] Hic Cæli & Terræ filios, filiaſque recenſet poëta, Oceanum ſcilicet, Cæum, Creum, Hyperiona, Iapetum, Theam, Rheam, Themin, Mnemoſynen, Phœben, Tethyn. Primo Cælus è Terra ſuſcepiſſe dicitur Oceanum. Oceani nomine intelligitur vaſtiſſimum illud mare, quo univerſus ambitur terrarum orbis, fluviorum fontiumque omnium pater. Veteres nonnulli Oceanum rerum omnium principium ſtatuerunt. Sic Homerus Iliad. ξ.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.
Oceanumque Deûm patrem, & Tethyn genitricem.

Cæli & Terræ filius eſſe fingitur Oceanus, quoniam ex informi materia cum prius natus eſſet Amor, iſque univerſam molem miſcuiſſet, natum eſt Cælum, & Mare, & Terra, & omne genus inde pullulavit Deorum, ut ait Ariſtophanes in Avibus. Ex quibus patet, Oceanum poſt cælum natum fuiſſe. Nam cum ſummus Opifex in hoc mundo architectando dixiſſet, *Fiat lux*, continuo lucis inſtrumenta, cæli planetarumque corpora nata ſunt: quare prius natum eſt cælum: deinde Deus ſecrevit univerſam aquarum naturam ab aquis, quæ ſuper cælum ſunt, & in unum locum juſſit ſecedere. Hac igitur ratione Amor, quæ divina eſt bonitas, cuncta commiſcuit & ad generationem excitavit. Unde Oceanus natus eſſe creditur ex cæli & terræ combinatione. Cæus quoque Cæli & Terræ proles fingitur. Τὸ ποῖον interpretatur Scholiaſtes κ pro π Æolicè poſito, ut qualitatem terræ denotet. Zeno eo nomine unum ex Titanibus intelligit, cujus etiam meminit Virgilius 4. Æneid. ubi Famam deſcribens, hunc in modum loquitur:

Illam

Illam Terra parens ira irritata Deorum
Extremam, ut perhibent, Cœo, Enceladoque ſororem
Progenuit.

Dicitur Terra Cæum progenuiſſe Gigantem duplici de cauſſa: vel quod Phyſicè loquendo procelloſos gignat ventorum flatus: vel hiſtoricè, impiam ac crudelem gentem intelligit, qualis fuit Gigantum. Earum origo cum ignoraretur, Terræ filios appellarunt priſci, ut & ipſum nomen indicat. At Crei nomine deſignari videtur princeps aliquis potens, vel rex, ἀπὸ τοῦ κρείειν, quod poëticum eſt ἀντὶ τοῦ βασιλεύειν. hinc ὁ κρείων, *rex*. Hyperion Cæli item & Terræ filius, Solis pater, qui *Hyperionides* propterea appellatur à poëtis, nec raro pro ipſo Sole accipitur. Si Phyſicè conſideretur, ita dicitur cælum ſive Sol, quod ſupra nos eat, ὑπὲρ τὸ ἡμᾶς ἰέναι. Unde ὑπερίονος ponitur ab Homero Odyſſ. α, in principio. Diodorus Siculus ſcribit, Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cæli filium, qui Solis ac Lunæ, aliorumque aſtrorum motus horaſque primum ſumma cura, obſervationeque à ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit. Ideò eorum parens nominatur, velut ipſorum naturæ contemplator. Inter Cæli & Terræ liberos quoque cenſetur Iapetus, qui Noachi filius fuit, Græcis Promethei pater, qui cum humani generis auctor extiterit, è Cælo & Terra natus fingitur. Thea, vel Thia Solis mater eſſe traditur, quod omnia bona, in quibus Sol excellit, à divina natura prodeant. Θεία enim adjectivè *divinam* ſignificat. Rhea pariter Cæli & Terræ filia, quæ ſic vocatur ab ῥέω, quæ eſt *terra*, myſterii ergo trajectis litteris Ῥέα. *Magna mater* dicta eſt, quia matris eſt parere, & uberibus nutrire. Tellus autem eſt omnium hominum materies & alimonia. Themis Cæli item & Terræ filia, mater Promethei, qua deſignatur optimus affectus in animis noſtris, qui ex impreſſione cæli & terræ, quam incolimus, nobis naſcitur. mater juſtitia atque æquitas, è quibus bona conſilia & prudentia, tum in rebus privatis, tum in publicis adminiſtrandis, & rerum humanæ vitæ neceſſariarum inventiones exſurgunt. Hæc Dea credita eſt, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſſet, teſte Feſto. Nam θέμις Græcè *fas* dicitur. Mnemoſyne Terræ ex Cælo filia. Muſarum mater credita, quod omnium ſcientiarum theſaurus memoriæ beneficio & acquiratur & conſervetur. Μνημοσύνη enim memoria, idem quod μνήμη. Phœbe è Cælo & Terrâ nata fingitur, quo nomine puritatem

ritatem aëris ſignificari tradunt Phyſiologi. Φοίβη enim adjectivè καθαρὸς Heſychio. Aër quippe ſecundum nonnullos, nihil aliud eſt, quam terra purificata, & rarefacta. Alias Phœbe eadem eſt, quæ Diana vel Luna, ſoror Phœbi, hoc eſt, Solis. cui corona tribuitur, ut ſiderum reginæ: aurea dicitur, ob Lunæ fulgorem, quæ modo auri, modo argenti ſpeciem refert. Tethys uxor Oceani dicitur, Terræ & Cæli filia. Hanc Nereidum matrem appellarunt, cum pater illarum eſſet Oceanus. At Thetis, quæ priore aſpirata & brevi legitur, Nereidum una, quæ nupſit Peleo. Utraque Dea marina, ſed nomine Tethyos deſignatur ipſa aquæ moles, quæ ad generationem concurrit: Thetis vero aquæ elementum eſt. Τηθὺς nomen accepit à τηθὴ, vel τηθὺς, quorum prius aviam & nutricem; poſterius amitam vel materteram ſignat. Aptè autem hæ, ac præcipuè aviæ vel nutricis appellationes conveniunt Oceani uxori, omnium nympharum matri, quia principatum tenet in natura humida, ut ait Etymologus, qui tamen perperam derivat à τρέφω, *nutrio.*

133. *Εὐρηθεῖσα.*] Συμπαίζουσα, ab *Εὐάομαι*, *concumbo.* *Ὠκεανόν.*] Dicitur ὠκεανὸς, Solino & Servio teſtibus, ἀπὸ τοῦ ὠκέως ῥέειν, *quod ocyus fluat.* Quam tamen ſententiam refellit Columbus Navarchus, qui cum per Oceanum ad Indos uſque penetrarit, nullam ſe ejuſmodi velocitatem in eo deprehendiſſe ſcribit. Hinc potior eorum opinio, qui ſic appellatum volunt ab antiquitate, quam ſupra retulimus, vel ab ὠγυγὴ, quomodo prius vocatum eſſe Oceanum tradit Heſychius. Ὠγυγὴ vero eſt ab Hebræo חוג, quod valet *circulum* vel *ambitum*, quod circuli in modum ambiat orbem. Βαθυδίνην.] *Quod profundos habeat vortices.* Δίνη, *aquarum vortex.*

137. Τὸν ὃν μέθ'.] Inter Cæli & Terræ filios etiam commemoratur Saturnus, qui crudeliſſimus dicitur liberorum omnium, & patris ſui oſor. Quod ad fabularem hiſtoriam attinet, fratrem habuit Saturnus Titanem majorem natu, qui cum parenti, uti par erat, ſuccedere deberet, animadvertens matrem ſororeſque in Saturnum proniores eſſe, jure ſuo ceſſit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem maſculam tolleret, ſed regnum ad ſuam ſtirpem rediret. Saturnus igitur ex pacto cum fratre inito liberos ſuos maſculos, ubi primum nati eſſent, devorabat, unde & πανοφάγος dictus. At cum Saturnus ex oraculo didiciſſet fore, ut à filiis regno pelleretur, cumque ob hoc Jovi

à ma-

à matre clam ſervato inſidias ſtrueret, ab eo regno pulſus in Italiam profugit, ubi aliquamdiu apud Janum regem latitavit. Unde & *Latio* nomen, à *latendo*, ut volunt. Phyſiologi fabulam ad opificium Naturæ referunt, eaque temporis & cæli motum ſignari volunt. hinc & Κρόνος dici mutata priore littera, pro χρόνος, quod tempus ſignificat. Verum omiſſa fabulari expoſitione, quæque ex ea deducitur phyſica contemplatione, non alius fuit Saturnus ille antiquiſſimus, quam Adamus generis humani primus auctor & propagator. Nam, ut poëtæ noſtri veſtigiis inſiſtamus, Cæli filius dicitur Saturnus, quemadmodum & Adamus Dei filius vocatur, quod non alium agnoſceret patrem, quam cæleſtem. Et uti Saturno terra pro matre data eſt ab Heſiodo & aliis: ſic etiam Adamus de pulvere terræ formatus dicitur. unde & ei nomen, Geneſ. 2. Quid quod ſub Saturno auream ætatem ſtatuunt poëtæ. Talis fuit ſtatus Adami in Paradiſo. Tandem ut imperio pulſus eſt Saturnus; ita & ex deliciarum horto ejectus Adam, cum quo finem habuit primæva felicitas. Saturni quoque nomen id indicat, Adamoque merito competit, cum pudore nuditatis ſe abſconderet à facie Domini, Geneſ. 3. *Sathar* enim Hebræis *latere* eſt. At quæ de tribus Saturni filiis memorantur à poëtis, Noacho, tribuſque ejus liberis, optimè quadrant. Τεκνοφαγία vero Saturni originem cepiſſe videtur ex eo, quod Deus Abrahamo præceperat de filio unico in holocauſtum ſibi offerendo, Geneſ. 22. Hinc poſteri ad ſuperſtitionem proni & vicinarum gentium exemplo allecti ſexum utrumque vix natum Molocho ſuo offerre pro relligione habebant, contra expreſſum Dei mandatum, Levit. 18. Deut. 18. & aliis in locis. Erat autem iſte Moloch, quaſi Deorum rex, vel Deus ſummus. Saturnum alii, alii Solem fuiſſe putant. Et hic cultus immolandi Saturno liberos ad varias tandem nationes profluxit, nec Syros modo, Phœnices, aut Pœnos, ſed & Græcos & Romanos pariter involvit, duravitque in Africa ad Tiberii uſque tempora, ut auctor eſt Tertullianus in Apologetico cap. 4. ut non immerito Saturnus vocetur *ſæviſſimus liberorum*. Denique patrem ſuum Cælum odio proſecutus dicitur, quod Phyſicè loquendo corpora cæleſtia ſint æterna, neque temporum mutationibus obnoxia. Nam Saturni nomine, ut dictum, tempus ſignificatur. Patri autem Cœlo virilia exſecuit idem Saturnus, quia, teſte Iſidoro, nihil in cœlo de ſeminibus naſcitur. Sed de his ſuo loco. Τὸν ὃ μετ']

Me

Μετὰ τοῦτος δὲ. Anaſtrophe. Ὁπλόπαι.] Ὁπλότεροι ſunt juniores, quaſi armis ferendis aptiores, quàm ſenes. Ὅπλα enim arma. Γίνετο.] Ἐγένετο. Ἀγκυλομήτης.] Ob varia & obliqua ejus conſilia.

138. Δεινότατον.] *Acerrimus*, ſive *duriſſimus*. Παίδων.] Nempe Cæli & Terræ. Θαλερόν.] Ita Saturni patrem vocat, non ob ætatem juvenilem, cum vetuſtiſſimus ſit Deorum, & primus, ſed ab effectu, quaſi θαλεγενιὸν, quod floreſcere omnia faciat cælum imbribus ſuis. Τοκῆα.] Τὸν τεκόντα. Synecd.

139. Γείναντο δ'.] Cyclopes quoque Cæli & Terræ filii perhibentur, quorum nomina, robur, & officia hic & in ſequentibus deſcribit poëta. Cum omnia fabularum figmenta proprium quoddam habeant veræ hiſtoriæ fundamentum, Cyclopes pyratæ fuerunt & latrones, qui præternavigantia navigia deprædarentur. Ii cum Læſtrygonibus Ætnæ, & Leontinis vicina loca incoluiſſe dicuntur, immanes & efferi homines, & in omnes peregrinos prorſus inhumani. Alii malunt fabulam ad Phyſicas rationes traducere, qui nihil aliud Cyclopas eſſe volunt, quàm vapores, è quibus fulmina, fulgura & tonitrua naſcuntur. Hi dicuntur Cæli & Terræ filii, quoniam vapores è terra, non niſi per calorem cæleſtem extolli atque extenuari in aëra poſſunt. Cum verò multi etiam ex aquis extenuatis oriantur, meritò Europæ ſeu terræ, & Neptuni filius dictus eſt Cyclops Polyphemus. Ex his Cyclopibus, qui centum fuiſſe perhibentur, tres potiſſimum celebrantur, Brontes, Steropes, & Arges, pro quo alii ſubſtituunt *Pyracmonem*. Ovidius *Acmonidem* vocat. Hi fulmen & tonitru Jovi fabricare finguntur, quod ad Naturam quoque refert Servius. De his ita Virgilius 8. Æneid.

Ferrum excercebant vaſto Cyclopes in antro,
Bronteſque Steropeſque & nudus membra Pyracmon.

Scribit Pauſanias in Corinth. aram fuiſſe exſtructam Cyclopibus, ad quam res divina fieret, & divinos honores illis fuiſſe inſtitutos. Horum quoque Gigantum origo cum ignoraretur, Cæli & Terræ progeniem eſſe dixerunt veteres. Γείναντο.] Ἐγείναντο. Αὖ.] Πάλιν. Κύκλωπας.] Tria Cyclopum genera enarrat Scholiaſtes: at Zeno Cyclopas in genere intelligit ab Homero & Heſiodo decantatos, uti & Apollodorus lib. 1. Ὑπερφίαλον ἦτορ.] Ὑπερήφανον καρδίαν.

140. Βέβριθεν.] A recto Βέβρις. Quæ lectio Latinorum poëtarum

tarum teſtimoniis confirmatur. Brontes fit ἀπὸ τῆς βρονῆς, quod eſt *tonare*. Στερόπην.] Alii legunt, Ἀστερόπην. Στερόπης, qui Virgilio *Steropes*, ſic dicitur à *fulgure* & *ſplendore*, qui fulmina antecedit. Ἄργης.] A *candore*, vel *celeritate* nomen accepit. nam ἀργῆτα κεραυνὸν vocant poëtæ *fulmen candidum*, vel *raptim emicans*. Ὀφθαλμόθυμον.] Μεγαλόψυχον.

141. Τεύξαν.] Ἔτευξαν, à τεύχω, *fabricor*.

142. Οἵ δή τοι.] Cyclopas porrò deſcribit à divinis animi corporiſque dotibus. Nam etſi per alia omnia Diis eſſent perſimiles; vultu tamen ſive oculo, quem unicum eumque orbicularem in media fronte habebant, ab iis diſtinguebantur. Unde & illis nomen. Sic Ulyſſes apud Virgilium 3. Æneid. de Polyphemo:

—— Telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat
Argolici clypei, & Phœbeæ lampadis inſtar.

Per circularem illum oculum φυσικῶς deſignantur circulares ignis & vaporum ἀναθυμιάσεις. Nam vapores, ex quibus fiunt fulmina, & venti, & imbres, modò rarefacti per vim Solis aſcendunt, modo in pluvias condenſantur, circularique ſemper agitatione vertuntur in elementa, de quibus ita Lucretius lib. 3.

Et primùm faciunt ignem ſe vertere in auras
Aëris, hinc imbrem gigni, terramque creari
Ex imbri, rurſuſque à terra cuncta reverti:
Humorem primum, mox aëra, deinde calorem.

Τὰ δ' ἄλλα.] Subauditur κτλ. Ἐναλίσκιοι.] Ὅμοιοι.

143. Μοῦνον.] Μόνον. Μίαν.] Μίαν. Ἔπικειτο.] *Impoſitus*, vel *inſertus erat*. Μετώπῳ.] Τὸ μέτωπον, *frons*, quaſi μετ' τοὺς ὤπας.

144. Ὄνομα ἐπώνυμον.] Nomen ex re ductum, ſive naturæ rei convenienter impoſitum. Οὔνεκα.] Διότι. Σφίσιν.] Ion. σφῶν αὐτῶν.

145. Κυκλοτερής.] Κυκλοειδὴς, à κύκλος, id eſt, *circulus*. Alii compoſitum eſſe volunt ex κύκλος, & τρύω, *terebro*. Quo alluſiſſe putant Virgilium 3. Æneid. *telo lumen terebramus acuto*. Ἔης.] Ionicè, pro εἷς, per diæreſin ſyllabæ circumflexæ. Ἐνέκειτο.] Supra dixit, ἐπέκειτο.

146. Ἰσχύς τ' ἠδὲ βίη.] Ex parallelo. Μηχαναί.] Ad animum transfertur: μηχαναὶ ſunt εὐπορίαι πολλαί, καὶ ἐπίνοιαι, teſte Scholiaſta.

147. Ἄλ-

147. Ἄλλοι δ' αὖ.] Tres alios jam commemorat Cæli Terræque filios poëta, non multùm Cyclopibus diſſimiles, ſi corporis formam ſpectes & immane robur, Cottum ſcilicet, Briareum, & Gygen. Secundum fabulas poëtarum ſunt qui nominibus iſtis intelligunt homines violentos & efferos, qui robore & viribus ſuis freti non ſolum aliis bellum intulere, ſed & Deos ipſos contumeliâ affecere. De Briareo tamen refert Homerus Iliad. α. quod Jovi adverſus Palladem & Junonem, & Neptunum reliquoſque Deos, qui in Jovis tyrannidem conjurarant, fuerit auxilio. Qua de cauſſa & Heſiodus eum unà cum Gyge & Cotto Jovis cuſtodes & ſatellites facit. At Apollonii interpres lib. 1. Briareum, Ægæona, Gygen, unum & eundem fuiſſe ſcribit, diſſimilibus nominibus idem ſignificantes. Homerus, quem Briareum hic appellat poëta, apud ſuperos Ægeona appellari tradit, quod in eo vellicat Dio Chryſoſtomus orat. XI. quaſi Deorum linguas ipſe ſolus noſſet. Nam id Homero familiare eſt, ut quibuſdam rebus duplex nomen imponat, quorum altero homines, altero Dii utantur. Sunt qui pro Gyges & Cottus, legendum putant Gyes, & Cæus, ut Lambinus notat ad Horatium lib. 2. Carm. Od. 17. moti illo Apollodori loco, ubi inquit in principio: Οὐρανὸς πρῶτος ἅπαντος ἐβασίλευσε κόσμου· γήμας δὲ γῆν ἐτέκνωσε πρώτους τοὺς ἑκατόγχειρας καλουμένους Βριάρεων, Γύην, Κόττον. id eſt, *Cælum ſeu Cælus primus totius mundi imperium obtinuit. Cum autem Terram uxorem duxiſſet, ſuſcepit ex ea liberos primos Briareum, Gyen, Cæum, qui Centimani ſunt appellati.* Hos Gigantes ab ingenti corporis ſtatura & robore deſcribit, quod proceri eſſent, prævalidi, nec nominandi ob feritatem: ſub quibus fabularum involucris deſcribere voluerunt poëtæ ventorum naturam & immane robur, in altiſſimis locis & ubique graſſantium. Quod & ipſa etiam nomina non obſcurè innuunt. Nam Cottus vim motricem ſignificat, ἀπὸ τοῦ κόπτειν, quod eſt Heſychio interprete τύπτειν, *ferire*. Briareus à robore dictus, quaſi βριαρός, è nomine βία, *vis*: vel ex dictione intenſiva βρῖ, pro λίαν & ἄρης, *Mars*, quaſi *valde Martius*. Gyges vim latentem deſignat, quod lateat in terra obſcurus, ob venti materiam. Nam γυγαῖος Heſychio σκολιός. Scholiaſtes ita vocari docet ventos σκυθίας & procelloſos. Hinc & Ægeon dictus ab αἴγης, *procella*. de quibus in ſequentibus plura.

148. Ὄβριμοι.] Exponitur *impetuoſus* & *rapidus*, quod ventо,

to, optimè convenit. Οὐκ ἀνομαστοί.] Ob feritatem ſcilicet; vel ὡς ἀ δυσκλεᾶς τις ἀνομάσαν, inquit Scholiaſtes.

150. Τῶν ἑκατόν.] Amplificatio ſuperiorum. Gigantibus hiſce quinquaginta capita, & centum manus tribuit poëta, quo quid aliud ſignificatur, quàm portentoſa ventorum vis, & turbinum? Demon in Atthide ventorum hanc appellationem eſſe ſcribit teſte Suida in Τεκτόνιτρες. Hinc & Briareus *centumgeminus* vocatur à Virgilio Æneid. lib. 6. Horatius item Gygen *centimanum* dixit lib. 4. Carm. Od. 3. Idem & de Cotto affirmat Heſiodus. Euſtathius, quod notandum, Briarei nomine apud Homerum deſignari putat Solem, qui *centum*, id eſt, plurimas habet manus quibus operosè laborat in terris. Sunt verò radii, manus Solis, ut Auroræ roſei digiti. Qua de cauſſa etiam Archimedes vocabatur ab hoſtibus ſuis ἑκατόγχειρ, quod πολυμήχανος eſſet. Refert idem Euſtathius, montem Ægæonis fuiſſe, è quo centum fontes profluerent, qui ſubjectam planitiem mirè fæcundabant, ἡ πολλὰς πίδακας, inquit, πολλὰς χεῖρας Βριάρεω dixere, *manus Briarei*: hinc ἑκατόγχειρον eundem appellari. Nos ventorum hic naturam deſcribi nihil dubitamus, quemadmodum & Typhon (venti nomen eſt) ἑκατόγκεφαλος ab Heſiodo appellatur, quem uti & alios, velut Gigantes nobis repræſentant poëtæ multimanos & multicipites. Τῶν.] Ion. τέων. Ἑκατὸν μὲν χεῖρες.] Synecdochicè. Λέγει τὸ πολλὰς εὐρρεῖας ἔχειν, inquit Scholiaſtes. Ἀπ' ὤμων.] Ὦμος, *humerus*: at ὠμὸς, *crudus*. Ἄϊσσοντο.] Pro ἤϊσσοντο, ab ἄϊσσω. Latinus interpres vertit, *ab humeris prodibant, vel manabant*: H. Stephanus, *erumpebant cum impetu*, vel *prodeuntes impetum faciebant*, ſeu *irruebant*. Habet enim ὁρμητικόν τι καὶ ἐφαστικὸν hoc verbum.

151. Ἄπλαστοι.] Pro ἀπίλαστοι, ab α privante & πιλάζω, ad quos accedere periculoſum ſit ob metum.

152. Ἐπέφυκον.] A poëtico themate πέφυκα, quod factum è præterito πέφυκα, ἐκ φύω, *naſcor*. Σπέρμασιν μείλιοσιν.] Σπέρμασι μείλιοις. σπάρος, à σπείρω, *calco*.

153. Ἄπλατοι.] Καὶ συγκοπὴ, quaſi ἀπίλατοι, quod coincidit, cum ſuperiori ἀπίλαστοι. Εἶδος.] Alii *formam*, alii *ſtaturam* interpretantur. Corporis proceritatem deſignat, cui proportionatæ erant vires.

154. Οἵοσι γάρ.] Titanum in patrem vis & ira deſcribitur. Docet Heſiodus Cæli Terræque filios jam ante memoratos liberorum ex aliis genitorum eſſe ſæviſſimos, & patri Cælo inſe-

ſtiſſimos. hinc eoſdem à parente in imis Terræ latebris abſcondi, nec in lucem emitti, quod ægrè ferens & dolens Terra mater, in patrem liberos ſuos concitaſſe & armaſſe dicitur. Quæ fabula, ut inepta videtur & turpicula, tamen quid boni ſucci, hoc eſt, doctrinæ in ſe contineat, quantum in nobis eſt, elicere conabimur. Fabularis hiſtoria breviter ita ſe habet. Cùm adoleviſſet Saturnus, audiviſſetque ex matre Terra, quod Cælus Cyclopas in Tartarum vinctos dejeciſſet, id ægrè ferens, matre inflammante adverſus patrem Titanas præcipuè, & falcem Saturno, vel ut Heſiodus ait, Terra matre ipſa ſuggerente, inſidias Cælo tetendit, ut ait Apollodorus lib. 1. atque fratres è Tartaro eduxit, quibus etiam ſociis uſus eſt in regno paterno occupando, quod accidit anno trigeſimo ſecundo illius regni, ut ait Euſebius in Theologia Phænicum. Cælo igitur comprehenſo genitales partes amputavit Saturnus, atque à fratribus facilè impetratum eſt, ut expulſo patri in regnum ſuccederet. Ad naturam ſi referas figmentum, per Cælum veteres ætheream deſignant regionem, in quam inſurgentes è terra ventorum procellæ quaſi Cælo vim inferre conantur. Hinc patrem, ex quo geniti, odiſſe dicuntur, qui & eos à ſe repellit, ac in Tartarum detrudit, hoc eſt, in infimas terræ partes. Ita ut per Cæli liberos intelligantur vapores, ex quibus venti, fulmina & tonitrua generantur, quos in terræ latebris abſtruſos detinere dicitur Cælus, ne erumpant, & cæleſtem regionem ignibus ſuis & flatibus infeſtent. Ob id verò dolere fingitur Terra, quæ procellis & flatibus intra ſe clauſis coarctatur quaſi, & angitur, ventis ſcilicet è terræ anguſtiis ſurſum erumpere conantibus. Scholiaſtes item Cæli liberos, vel abſtruſos in terra ventorum flatus interpretatur: vel animantia, plantas, arbores, aliave, quæ celantur, quoties prædominante noctis caligine, omnia, quæ de die apparent adhibita luce, tunc quaſi abſconduntur & inconſpicua redduntur. Ita ut hic ſit proſopopæia quædam Phyſica rerum naturas & viciſſitudinem ſcitè repræſentans. Ὅσοι.] Ὅσοι. Γαίης.] Γῆς. Οὐρανῷ.] Uranus hic Deus.

155. Σφετέρῳ.] Vocula ᾗ redundat. Scholiaſtes copulam eſſe ait. Ἤχθοντο.] Ab ἄχθομαι, quod cum dativo perſonæ junctum ſignificat, *infenſus ſum, ſuccenſeo*. Scholiaſtes, ἤχθοντο τοῖς, videtur exponere, ἐμισοῦντο ὑπὸ τῶν παίδων, contrario planè ſenſu, cùm ἄχθομαι ſignificationem habeat activam.

156. Τῶν.]

156. Τῶν.] Pro, τούτων.

157. Ἀποκρύπτουσι.] Pro ἀπέκρυπτε. Imperf. Ion. pro ἀπεκρύπτεσκε, posito α pro ε. Ἄνιεσκε.] Imperf. quoque Ionicum, pro ἄνιε, ab ἀνίημι, *emitto*. Nonnulli codices habent ἀνίεσκε, sed perperam, cùm vocalis longa verti debeat in brevem; ut in πίθεσκε, δίδεσκε & similibus.

158. Κοίλῳ ἐνὶ.] Κοίλῳ, *latebra*, ἀπὸ τοῦ κοίλειν, quod est *occultare*. Καχῷ δ', &c.] Docet porrò Hesiodus, quomodo Cælus ob vinctos in Tartaro filios fuerit gavisus: Terra mater contra doluerit. Solent enim matres teneriori ergo liberos esse affectu, quàm patres. Sed notanda hic in Cæli liberis regnandi libido, quæ tanta est, ut nulla consanguinitatis habeatur ratio. Nam ubi ea semel obtinet, non parentes à liberis, nec hi à parentibus suis tuti sunt. Verùm ut dicere cœpi, ad Naturam potiùs referenda est fabula. Gaudet Cælus ob vinctam prolem, hoc est, ventos terræ visceribus inclusos: dolet contra Tellus, quod depressione illa filiorum coarctatur intus & affligitur. Coarctatur, quando vaporibus flatulentis erumpere gestientibus divellitur terra: vel hoc dicitur respectu frugum & aliarum rerum è terrâ nascentium, quarum gratia ferè bella geruntur, quæ bella multorum gemituum & angorum sunt caussæ. Unde statim sequitur falcis mentio, quam Terra fabricasse dicitur ad demetendas suo tempore fruges. Καχῷ ἔργῳ.] Regitur dativus ille vi præpositionis quæ est in verbo ἐπείρητο.

159. Ἡ δὲ.] Αὕτη ἡ, *Terra*. Στοναχίζετο.] Pro ἐστοναχίζετο. Πελώρη.] Sic dicitur terra ob vastam & portentosam ejus magnitudinem. πέλωρ, *monstrum*.

160. Στυφομένη.] Στυφοχωρυμένη, à verbo, στύφομαι, *arctor*, quod est ab Ion. στυὸς pro στὸς *angustus*. Notat Scholiastes Seleucum pro eo scripsisse ἀχνυμένη, quem vide. Ἐπεφόβητο.] Poëtica geminatione pro ἐπεφόβητο.

161. Αἶψα δὲ.] Terra, inquit Hesiodus, Cæli scelere coarctata, cùm produxisset candidi ferri metallum, ex eo magnam fabricavit falcem demetendis Cæli genitalibus accommodatam. De hujus falcis inventione variæ circumferuntur opiniones apud Veteres. Sunt qui Saturno eam tribuant, quod tempus omnia metit: Vel propter agriculturæ rationem; cujus ipse repertor fuit, & proinde *falcifer* à poëtis cognominatus. Auctor noster hanc falcem Saturno à matre datam fuisse asse-

rit, qua genitalia Cælo abscidit, quæ postea, uti volunt fabulæ, in Sicilia decidit. Unde & promontorium, alii urbem Siciliæ ab hac falce dictam volunt Drepanum. Quanquam alii ita vocatam malint ab illa falce, quam Ceres à Vulcano raptam donavit Titanibus, cum eos metere docuit. Timæus verò scriptor antiquissimus existimat dictam fuisse *Drepanum* ab altera falce, qua Jupiter Saturnum castravit, quæ ibi occultata dicitur. Alii crediderunt falcem illam non à matre datam fuisse Saturno, sed Telchinen è Creta, Rhodum veniſſe per Cyprum, indeque ferrum & æs, quod à loco *Cyprium* nominatur; laboraſſe, falcemque illam fabricaſſe Saturno, ut memoriæ prodidit Strabo lib. 14. Geograph. Natalis tamen nulla harum de cauſſa Drepanum vocari putat, ſed ex eo, quod crebræ maris undæ, illuc cum impetu irruentes ita terram corroſerint, ut inſulam in formam falcis excavarint, quod Apollonii interpres confirmat, cujus verba apud ipſum legere eſt. Nec tamen de nihilo eſt, quod falcem ſive Saturni, ſive Jovis, ſive Cereris, aut alterius in hac inſula delapſam & occultatam fuiſſe fabulati ſint poëtæ. Nam eo ſignificare voluerunt, frumenti in ea rerumque victui neceſſariarum fertilitatem. Teſtatur enim Polybius lib. 1. hiſtoriarum, fertiliſſimam omnium prope inſularum eſſe Siciliam, ut non immeritò Romani olim imperii horreum fuerit appellatum. Ποιήσασα γόνον.] Alii poſt γόνον, inciſum ponunt, exponuntque, *cum edidiſſet fœtum*. Sed potius referendum ad ſequentia, vertendumque: *Cum procreaſſet genus cani ferri*. Nam & Terra metallorum genitrix. Πολιῆ.] Id eſt, λαβρᾷ, per metaphoram. Scholiaſtes exponit τίμιον καὶ πολύχρηστον. Ἀδαμαντίνου.] Notat Scholiaſtes vocem ἀδαμαντίνου, non de lapide dici, ſed de ferro. Alias pretioſiſſimæ gemmæ genus eſt, ex α, difficultatem ſignificante, & δαμάω, *domo*, quod difficulter domari poſſit. nam & pilis ferreis in minutiſſimum pulverem poſſe confringi docet Salmaſius ad Solinum. Et auctor eſt Plinius hircino vel leonino ſanguine molliri eum ac diſſolvi, quod & plumbo liquefacto in fornace ardenti tribuunt alii.

162. Τεύξῃ.] Pro, ἐτεύξῃ. Δρέπανον.] Παρὰ τὸ δρέπω, quod eſt, *decerpere*. Tempus metendi deſignat. Καὶ ἐπέφραδε.] *Tum edixit*. Παισὶ φίλοισιν.] Nempe Titanibus.

163. Εἶπε δὲ.] Sequitur oratio Terræ matris animoſa planè & acerba, qua filios inſtigat in vindictam patris. Eum vocat nefa-

nefarium, quo magis ad iram concitet. Nam cum Titanas intra terram concluſos teneat Cælus, hinc turbines & procellas excitat, inque terram dimittit, quo fit, ut maximæ humano generi inferantur noxæ. nam & terræ motuum cauſſa eſt, quibus agitata terra civitates divelluntur, ædificia corruunt, plurimi mortalium abſorbentur, aliaque ejus generis damna pati neceſſe eſt. Quibus obviam eundum eſſe liberorum ſuorum ope monet Terra mater. Hinc patet, non Saturnum eſſe, qui primus omnium mortalium regnarit, ſed Cælum ſive Uranum, qui pater fuit Saturni, ab eoque regno dejectus propter injurias fratrum: imò ante Saturnum & Rheam, Ophion & Eurynome Oceani filia imperaſſe leguntur, quos & ipſos Titanas vocarunt: quo tempore Saturnus poſt captum Ophionem & Eurynomen à Rhea in Tartarum dejectos, Deorum imperio potitus dicitur, donec & eandem ipſe paſſus eſt injuriam à Jove, ut ait Iſacius. Quin & Lactantius ſcriptum reliquit in lib. de falſa relligione: Cælum præſtitiſſe potentia cæteris mortalibus, atque cum reges antiquitus pro Diis colerentur, inde accidiſſe, ut Cælus pro Æthere cultus ſit. Hunc tyrannicè in filios ſævientem cum regno exuere deſideraret Saturnus, facile occaſione ejuſmodi arripuit crudeliſſimus filius, matriſque orationi morem geſſit. Nam aliis Titanibus metu perculſis ob verba matris, ipſe ſtatim patrando ſceleri ſe promptum exhibuit. Quæ quomodo ad Naturæ doctrinam referri poſſint, jam ex parte oſtenſum in ſuperioribus. Τελεμήν.] Ἀνιαρὰν, à poëtico τίομαι, *doleo, excrucior.*

164. Πατρὸς ἀστεροπητᾶο.] Nimirum Cæli. ἀστεροπητὴς dicitur, hoc eſt πατρός. ὁ ἄστεως ἡγεμὼν, *qui damnis viget.* Αἴκ' ἐθέλῃσι.] Εἰ ἂν βούληται.

165. Τισαίμεσθα.] Ἐκδικήσασθαι. à τίω vel τίομαι *ulciſcor, punio.* Λάβῃσι.] Γένηται.

166. Ἀεικίαι.] Vox ἀεικὴς conflatur ex à privante, & εἴκω, *cedo.* Exponitur *durus, aſper, ſævus.* Μήσατο.] Pro, ἐμήσατο, à poëtico μήδομαι, *machinor, molior, delibero.*

167. Ὡς φάτο.] Saturni in patris ſui vindictam conſenſus. Cum enim multi eſſent Terræ Cælique filii, ſolus tamen Saturnus, ut reliquis audacior, orationi votoque matris obſequentem ſe præbet. In quibus, ut mater infidelis maritæ: ſic Saturnus impii & perduellis in patrem filii exemplum præbet. Et ne prætextu careat utriuſque ſcelus, Cælum δολόμητιν, hoc

 eſt,

est, *inauspicatum* & *nefarium* appellat mater, supra αἰζήδαλον dixit. Τὸ αἰπαίμφον est, injuria sibi illata, quod Titanas fratres in vincula conjecisset. hanc vindicandam esse censet mater: consentit filius, cujus responsio subditur, qua primum matri opem operamque suam pollicetur in ulciscendo patre: tum caussæ æquitatem probat, quod pater sit nefarius, priorque læserit, quod Græcis est, χειρῶν ἀδίκων ἄρχοις. Ὣς φάτο.] Οὕτως ἔφατο. Τὸς δὲ.] Τάτας δὲ. nimirum Titanes. Ελεν.] Εἶλεν, neglecto poët. augm. Δεῦ.] Φόβῳ.

163. Φθίγξατο.] Pro ἐφθίγξατο. Scitè τὸ πάθῳ exprimit in filiis Terræ. Sic Æneas: *Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.* Quod in subita animi consternatione fieri solet. Μέγας Κρόνῳ.] Vide supra.

169. Ἀψ αὖπις.] Pleonasmus. Μύθοισι.] Ion. pro μύθοις. Προσηύδα.] Προσεφώνει, *verbi* προσαυδάω.

170. Ὑποχόμῳ.] *Sponsione facta, pollicitus*, ab ὑπισχνέομαι, quod est in catalogo anomalorum.

171. Δυσωνύμε.] Hoc est, *infausti nominis & ominis.* Οὐκ ἀλεγίζω.] Οὐ φροντίζω, *non curo*, id est, *contemno, detestor.* λιτότης.

173. Ὣς φάτο. γήθησεν.] Terra mater generosa Saturni oratione supra modum gavisa, filium in insidiis collocat, quodque aperta vi tentare non audet facinus, dolo aggreditur, ὅπῃ μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, inquiebat, Lysander Heraclides apud Plutarchum, εὐσοφιστέον ἐστὶν ὅπου τῇ ἀλκῇ: innuens dolis utendum, ubi viribus superare non datur. Saturnum itaque in loco collocat obscuro, falcemque dextræ ejus indit, qua partes genitales patri demetat, idque noctis beneficio fretus, quod cum in muliebrem sexum vix cadere posse videtur, qui cum Venere sua solet esse φιλαμμηδής, nec in filium, ut genitalia præcidat patri, quæ nascendi principium ipsi dedere, liquet omnino non propriè, sed Physicè hæc interpretanda esse. Quod enim celans in insidiis collocat Saturnum Tellus, eo significatur, tempus, quod Saturni nomine designatur, latenter præterire: vel ad semina respiciunt poëtæ, quæ in terris abscondita, ad tempus ibi latent, donec iterum emergant. Hinc & ei falcem tribuit Tellus, quo metendi tempus indicatur. Æstatis enim adventu maturæ segetes resecantur, falcesque in manibus gestant agricolæ. Nec assentior H. Stephano, qui hic & in sequentibus vocem ἅρπης, pro ense falcato sumendam putat,

putat, quod non videtur, cum paulo ante δρέπανον vocet poëta, & Saturno falx, non enſis falcatus tribuatur, tanquam agriculturæ inventori, vel ad temporis naturam ſignificandam. Ὡς φάτο] Οὕτως ἔφη. Γήθησεν.] Pro ἐγήθησεν. γήθω vel γηθέω, *gaudeo*. Μέγα] Μεγάλως.

174. Εἶσε.] Ab anomalo themate ἴω, *ſedeo*, *vel ſedere facio*, *colloco*. Μέν.] Αὐτόν. Λόχῳ] Ἐν λόχῳ. λόχος idem quod ἐνέδρα. Χειρί.] Τῇ δεξιᾷ.

175. Ἅρπλη.] Τὸ δρέπανον. ὡς δὲ τὸ ἁρπάζειν, quod fruges demetendo quaſi ſecum rapiat. Καρχαρόδοντα.] Quod dentes habeat acutos & aſperos. Apud Homerum ita canes appellantur ob dentes item acutos, & pectinatim inter ſe coëuntes. Ὑπεθήκατο.] Ab ὑποτίθημι *ſignificante inſtruo*, *præcipio*, quaſi dicat, *plenè eum de dolo inſtruxit*.

176. Ἦλθε δ' Νύκτ'.] Refert jam poëta, quo pacto Saturnus Cælo patri Terram conjugem amplecti ex amore cupienti genitalia præciderit, idque nocturno tempore, matris ad hoc dolo, auxilio & falce uſus. Temporis circumſtantiam exprimit, cum per noctem id factum eſſe ait, quo lateret dolus, & ex improviſo patrem aggrederetur Saturnus. Modum quoque indicat, quo facinus iſtud exſecutus eſt. Siniſtra enim manu pudendum patris arripuit, dextra falcem, qua demeſſuit ipſum. Hæc φύσιν ſpectant. Cælus cum terra coïre dicitur, cùm cæleſti rore & imbribus madefacta, omnis generis animalia & plantas producit. Ejus genitalia abſcidiſſe fingitur Saturnus, quia falce ſibi à matre data, reſecantur, quæcunque è terra cæleſtibus imbribus irrigata naſcuntur: vel quod Saturnus, id eſt, tempus fœcundiſſima cæli terræque ſemina abdit & vindemiat, eaque rurſus pone abjiciuntur ac diſperguntur, cum ex iis quæ meſſuerunt, ſementem faciunt agricolæ. Natalis Comes id ex eo fictum putat, quod unus ſit æther, unumque cælum, neque ullum tempus patietur poſſe alium æthera, aut aliud cælum procreari, cum ex univerſa conſtet materia. Nam cum unus ſit mundus, at non plures, cum neque eſſe poſſint, meritò dicunt Cælum exſectum à filio, quia ſibi ſimile quippiam tempus non ſinet procreari. Sunt qui per Cælum intelligunt animam ſupremi & ſtellati cæli, quam modo Deum, modo Dei ipſius fœcunditatem putarunt. Atque cum Jovem beneficam voluntatem Dei omnibus providentem exiſtimarunt, ajebant eum exſecuiſſe Saturnum, hoc eſt, ad Dei mentem pervenire:

mox Saturnus exsecat Cælum, quia mens ipsa plurima extorquet à Dei optimi fœcunditate : à quo ea quæ proveniunt, non integra & perfecta sunt, ut in Deo : sed a Jove ligata & angustioribus naturæ limitibus accipientis vitio coarctata. Hæc opinio, nempe Cælum à Saturno fuisse exsectum, licet universam Græciam repleverit, nulla tamen affertur expositio probabilior, certiorque quam quæ mundi à Deo procreationem respicit. Ad historiam quod attinet, Cæli res gestæ nullæ ad nostræ ætatis memoriam pervenerunt : hoc unum de illo reperitur apud Lactantium, ut dixi, quod ob prudentiam probitatemque hominis ei principatus fuerit delatus, cumque reges antiquitus pro Diis colerentur, inde accidisse, ut Cælus pro æthere cultus sit. Saturnus verò, ut generis claritatem extolleret, è Cælo & Terra natum se esse gloriabatur. Idem Lactantius memoriæ prodit, Cælum regem mortuum esse in Oceania (Cretam ita vocari putant) inque oppido Aularia fuisse sepultum. Νύκτ' ἐπαίρων.] Nox pro Dea habita, quæ sole discedente quasi à Cælo oriri videtur. Virgilius : *Nox humida cælo Præcipitat.* Μέγας Οὐρανός.] Sic appellatur, quod reliqua omnia corpora suo complexu contineat. Ἀμφὶ Γαίῃ.] Περὶ ἢ Γῆν.

177. Γ' μείρων.] Ἐφιέμενος. Φιλόπτολος.] Τῆς οἰκουμένης. Ἐπαινύθη.] A poëtico παινύω pro πείνω. Cælum quippe circa terram extenditur, eique ab omni parte quasi imminet. Eodem verbo & regius Psaltes utitur hymno 104. *Qui extendit cælum veluti cortinam.*

178. Λοχεῖο.] Ion. λοχεῦ. λοχεὸς, poëticum est, pro communi λόχος, *insidiæ.* Παΐις.] Παῖς. Ὀρέξας.] *Porrectis manibus petiit*, vel *prehendit.* ὀρέγω est ἐκτείνειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸ λαβεῖν, inquit Apollonii interpres.

179. Δεξιτερῇ.] Τῇ δεξιᾷ. Πελώριον.] *Portentosæ magnitudinis, immanem.* Ἔλαβεν.] Ἔλαβεν.

180. Ἀπὸ, &c.] Pro ἀπήμησε, id est, ἀπέτεμε, metaphora. ἀπαμάω, *demeto.* Μήδεα.] Τὰ αἰδοῖα. Alias τὰ βυλεύματα, eo nomine significantur, à μηδομαι, *delibero.*

181. Ἐκυμάνθη.] Id est, ταχέως καὶ ὁρμητικῶς. Ἔρριψε.] Μετὰ τὸ κόψαι. Solent enim messores, postquam segetes resecuerunt, eas à tergo abjicere.

182. Τὰ μὲν ἔπι.] Describitur Erynnidum, Gigantum, & Meliarum nympharum generatio. Primum è terra, & resectis Cæli testiculis natæ sunt Erynnyes. Alii Noctis, & Erebi filias dixe-

dixere : nonnulli Acherontis & Proſerpinæ. Tres fuiſſe dicuntur Alecto, Tiſiphone & Megæra, quæ ſcelerum ultrices à poëtis finguntur, ut earum metu & reverentia ſemel animis impreſſa à ſceleribus perpetrandis deterreretur vulgus mortalium. Sunt alioquin nihil aliud, quam affectuum vindices, vel potius affectus commiſſorum ſcelerum cauſſæ. Conſcientiam eſſe dixit Oreſtes apud Euripidem in ſua Tragœdia, quæ ipſum pro Furiis aſſiduè torqueret & exagitaret. E turpibus Cæli partibus, & Terra natæ dicuntur, quod flagitia omnia & turpitudines, quæ ſub cælo committuntur, ob terræ fertilitatem & opum affluentiam committi ſolent. De ſterili & inopi regione nemo bellum ſuſcipiat, nemo cuiquam invideat vel exitium paret. Idem & de Gigantibus pronunciandum, qui ſimiliter è Terra & Cæli cruore prognati, in quibus ſunt Alcioneus, Enceladus, Porphyrion, Mimas, Obrimus, Phrutus, teſte Scholiaſta. De his ita Ovidius in Faſtis :

Terra feros partus immania monſtra Gigantes
Edidit auſuros in Iovis ire domum.
Mille manus illis dedit & pro cruribus angues,
Atque ait, in magnos arma movete Deos.
Exſtruere hi montes ad ſidera ſumma parabant,
Et magnum bello ſollicitare Iovem.
Fulmina de cæli jaculatus Iupiter arce
Vertit in auctores pondera vaſta ſuos.

Dicuntur Telluris filii, quod eorum origo ignoraretur, & corporum proceritas, roburque ſupra hominem eſſet. E Cæli ſanguine & parricidio geniti perhibentur, quod nihil boni ex adulterio & illegitimo congreſſu naſci conſuevit, vel quod perverſum, & ſanguinolentum eſſet genus virorum, quibus non niſi bella & cædes cruentæ placerent, in perniciem Deorum hominumque procreati. Phyſici interpretantur ſpiritus terræ incluſos, qui dum exitum non inveniunt, fractis interdum altiſſimis montibus vi erumpunt, & fruſta ipſa quaſi in cælum ejaculantur. Sed de his ſupra quoque dictum. Præter Erynnyes & Gigantes, etiam nymphæ, quas vocant *Melias*, ex amputatis Cæli pudendis natæ traduntur. meminit earum & Apollonius. Zetzes illarum nomina recenſet, quæ ſunt Helice, Cynoſura, Arethuſa, Ide, Crime, Britho, Celæno, Adraſtea & Glauce. quid quod Melias cum Oreſtiadibus & Hamadryadibus videtur conjungere. Sunt qui ex Meliis nymphis primò

homines natos fabulati ſunt. Proclus ad locum Heſiodi in Ἔργοις, ubi tertium genus hominum deſcribit poëta, ἐκ μελιῶν, δεινόν τε καὶ ὄμβριμον, deridet eos, qui genus hominum dicunt ἐκ μελίας, id eſt, *fraxino* natum. nec aliter cenſet Palæphatus. Et revera ſi ita putaſſent poëtæ, meritò ridendi erant: ſed eo figmento docere voluerunt τὸ σκληρὸν καὶ ἀνόητον tertii ſeculi hominum. Idem tamen Proclus, quod mirandum, eodem in loco, τὰ ἄλογα ζῶα ex arboribus eſſe ait. Quæ hic Meliæ vocantur nymphæ, etiam ab Heſychio dicuntur μελιάδες, & ἐπιμελιάδες. Phavorinus ſcribit Dorice μαλίδας, & μαλιάδας appellari, quod tamen non ex μελίᾳ, id eſt, fraxino deductum videtur, ſed potius ἐκ τῶν μήλων, qua voce deſignantur τὰ ὠόβατα, forte quod curam haberent ovium, unaque cum arboribus & pecudibus è terra natæ crederentur. Τὰ μὲν] Ταῦτα μὲν, nempe μήδεα. Οὔπω] Pro ὐ redundante π. Ἐπιώσια] Ἐπιοίους, hoc eſt, μαλαίους. Ἔκφυγε.] Pro ἐξέφυγε ſpreto augm.

183. Ῥαβάμιγξις.] Ῥαβάμιγξ, *gutta*, ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν ἅμα, quod *perfundatur crebrò & frequenter.* Ἀπόσυθεν.] Bæoticè, pro ἀποσυθησαν, verbi σεύω, vel σύω, *erumpo.*

184. Δίξατο.] Ἐδίξατο. Περιπλομένων.] Per ſyncopen, Ἀντὶ τοῦ περιπλομένων. De annis uſurpatur verbum hoc, & *circumvolvendi* notionem habet.

185. Ἐρινῦς.] Sic dicuntur Furiæ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἐρεννύειν, quod eſt, *indignari*: vel ἀπὸ τοῦ ἔρεβος, & νύειν, quod *ſubterranei ſint dæmones.*

186. Τάμνεσι] Ὄπλοις. Δολιχαί.] Μακραί.

188. Μήδεά θ'.] Sequitur generatio Veneris, quam ex amputatis item Cæli virilibus & ſpuma maris natam fabulatur Heſiodus. Sic & Tibullus lib. 1. Elegiar.

Nam fuerit quicunque loquax, is ſanguine natam,
Is Venerem è rapido ſentiet eſſe mari.

Poſtquam igitur Saturnus Cælo patri genitalia demeſſuit, ea in mare Epiroticum abjeciſſe dicitur, quæ cum longo tempore per mare fluctuarent, exorta tandem eſt ſpuma, ex qua Venus nata fingitur. Hanc, ne turpiter furere & jumentorum in morem libidine agitari viderentur homines, ut Deam coluerunt, cujus in poteſtate eſſet, omnia commoda ad libidinem ſpectantia cum ratione largiri. Antiquiſſimum fuiſſe numen Veneris ſupra oſtendimus, ubi hiſtoricam ejus expoſitionem dedimus. Qui vero naturale numen eſſe docent, per Venerem intelligunt

gunt Veneris planetam ſive ſtellam, quæ benigna & blanda eſt: vel ipſam Lunam. Sed revera nihil aliud eſt Venus, quam occultum coitus deſiderium à Deo & natura rebus inſitum ad procreandum ſui ſimile, quod nec gentes ipſæ ignorarunt Lucretius lib. 4.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
Sive puer membris muliebribus hunc jaculatur,
Seu mulier toto jactans è corpore amorem,
Et jacere humorem in corpus de corpore ductum.
Namque voluptatem præſagit multa cupido.
Hæc Venus eſt nobis: hinc ductum nomen Amoris.

E ſpuma maris nata dicitur, quoniam ſemen genitale animalium ſit ἀφρώδες, & albicans ſpumæ inſtar, ut ſupra ex Ariſtotele docuimus. Per mare denotatur natura humida, ſine qua nihil gignitur: tum etiam hoc fingitur propter ſalſedinem maris, quæ non parum confert ad fæcunditatem. hinc & in ſacris Veneris oſtendebatur *ſalis pugillus*, quod ſalis eſus faciat ſalaces. Per teſticulos Cæli ſignatur virtutem illam genitricem cælitus provenire. Bacon magni Angliæ ſigilli olim cuſtos hanc de cælo execto à Saturno, & Veneris ex amputatis ejuſdem teſticulis generatione fabulam, ad altiorem traducit philoſophiam. Per *Cælum* mundi originem ſignificari docet, qui materiam complectitur. *Saturnum* eſſe Materiam ipſam, quæ Cælo parenti omnem generandi vim præſcidit, cum æterna ſit, & eadem perpetuo, neque ipſum quantum Naturæ creſcere aut minui poſſit. Hanc materiam primo agitationes & motus imperfectos, & male cohærentes rerum compages produxiſſe ait, & veluti tentamenta mundorum: Dein ævi proceſſu fabrica orta eſt, quæ formam ſuam tueri & conſervare poſſet. Tunc *Venerem* natam fuiſſe ſub Jove, quæ nihil aliud eſt, quam adulta & prævalida rerum concordia, ut mutatio tantum per partes procedat, integra & inconcuſſa fabrica univerſali. Vide illius, ſi placet, eruditiſſimum libellum de Sapientia Veterum, cap. 12. Ἀδάμαντι.] Sic legendum, non ἀδαμαστῳ, vel ἀδάμαντα; & pro *ferrum*, repone, *ferro*. Ἀδάμας hic σίδηρος; & Synecdochicè *falx è ferro confecta*.

189. Κάββαλε.] Pro Κατέβαλε, ſubaudi, *genitalia*, non *falcem*. Ἠπείροιο.] Ion. pro Ἠπείρου. Hic mare Epiroticum deſignat. Πολυκλυς.] Ponti epitheton, quod *multis fluctibus agitatur*. Ἐνί.] Ἐν, & hoc pro εἰς.

190. Ὣς.]

190. Ὣς.] Οὕτως. Φίρεϐ.] Ἐφίρεϐ. Ἀμπίλαγϑ.] Ἀνὰ πίλαγϑ. Πελαγώ.] Πελαγώ.

191. Χερός.] Σώμαϐϑ. Ὦρυϐ.] Ab ὄρνυμι, quod ab ὄρω, cieo. Τῷ δ' ἐνὶ.] Pro ἐν τούτῳ ἦ, nimirum αἰφρῷ. Κύρη.] Ion. κόρη, nempe, Venus.

192. Πρῶτον δέ.] Describit locum, ad quem Venus recens nata dicitur advecta, vel in concha, ut Martialis & alii fabulantur: vel sola cum spuma in Cyprum delata, ut Homerus & Hesiodus tradunt. Cytheris primum admota fingitur, quæ Cypri est civitas. hinc Venus *Cytherea* à poëtis appellatur. Nam quæ postea Cyprus dicta est insula, priusquam eo appulisset Venus, *Sphecia* ab habitantibus fuit appellata, ut testatur Philostephanus. Nec sine caussa fingitur testiculos Cæli in Cyprum decidisse, & Venerem eo susceptam regnasse, quod locus sit fæcundissimus, & ad partum commodissimus: tum etiam floribus renideat variis, & grata quadam amænitate delectet. Hinc & Κύθηρα, dicta videntur, ἀπὸ τοῦ κεύθειν, id est, κρύπτειν τὸν ἔρωτα, quod *occultet amorem*: vel ἀπὸ τοῦ κύειν, quod est, *uterum ferre*, ob fæcunditatem insulæ. Sic & Κύπρϑ, ὅτι τὸ κύειν πυρεῖ, nomen accepit, Venerique consecrata legitur. Κυθήρῃσι.] Κυθήρῃσιν, & hoc pro Κύθηρα. Virgilius:

Est Paphos, Idaliumque mihi, sunt alta Cythera.

Ζαθέοισι.] Ζαθέοις, id est, ἁγίοις θείοις.

193. Ἔπλετο.] Per syncopen, pro ἐπίλετο, à πέλομαι, *sum*, *accedo*. Ἔνθεν.] Ἐντεῦθεν. Περίῤῥυτον.] Epitheton insulæ, quod undique fluctibus alluitur. Ἵκετο Κύπρον.] Pro ἐπὶ Κύπρον. Sic Maro: *Cretæ veniemus Oaxem.*

194. Ἐκ δ' ἔβη.] Pro ἐξέβη δέ. Tmesis. Αἰδοίη.] Videtur & alludere ad τὰ αἰδοῖα, è quibus nata Venus. Καλὴ θεός.] Pro θεά. Discrimen ex adjecto patet. Ἀμφὶ δ' ἄρα ποίη.] Vim Veneris describit poëta adventu suo lætificantis omnia & procreantis. Nam ubicunque Diva illa graditur, ibi omnium rerum copiam adesse, & flores herbasque fragrantissimas continuo succrescere ait. Eandem virtutem Veneri tribuit Lucretius, initio operis sui cum inquit:

—— Tibi suaves Dædala tellus
Submittit flores; tibi rident æquora ponti,
Pacatumque nitet diffuso lumine cælum.

Generationis omnis & facunditatis caussam facit Venerem. Unde & nomina aliquot ei imposita refert poëta, quæ veritatem

tem rei non obſcurè evincunt. Quid quod nonnulli ideo *Venerem* Latinis dictam velint, quod omnia in lucem venire faciat, cui & cornu copiæ, id eſt, fructuum omnium abundantiam & affluentiam tribuunt alii, ſicut etiam ex antiquis quibuſdam numiſmatis id ipſum diſcere eſt. Ποίη.] Ion. & Poët. pro πόα, ὕλην, βοτάνη.

195. Ποσὶν ὑπὸ ῥαδινοῖσιν.] Pro ὑπὸ ποσὶ ῥαδινοῖς. Αἴξετο.] Ηὐξάνετο, ab αἴξομαι, *creſco*.

196. Εὐϛέφανον.] Εὐϛέφανον, *bene coronatam*, hoc eſt, *formoſam*. Κυθήρειαν.] A *Cytheris* inſula.

197. Κιναήσουϛι.] Καλοῦσι.

198. Θρέψη.] Pro ἐτρέφθη, verbi τρέφω, *nutrio*. Περόεντα.] Ἤτοι, vel ἐπεροώκελα, à ἐπερόω, quod poëticum eſt, cujus fut. Æol. ἐπερόσσω. hinc aoriſt. ἐπερόσσα.

199. Κυπρογενὴς.] Quod *in Cypro genita ſit*, ut ipſe exponit poëta. Πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.] Verſus ille paulo aliter in diverſis codicibus legitur: ſed potiorem illi medelam afferunt, qui ſynizeſin ſtatuunt in Κυπρογενὴς, & γάῳ ponunt, pro ἐγάῳ, ut Commeliniana habet editio.

200. Φιλομμηδέα.] Ion. dialyſi pro φιλομμηδῆ. Venus dicitur φιλομμηδὴς, geminata poëtis littera μ. quod *genitalium ſit amans*, vel, ut poëta noſter exponit, quod *è genitalibus emerſerit*. Hinc in ſacris quoque Divæ, *phallus* ſive *veretrum* circumferebatur, quod σωτῆρος erat ſymbolum. Μηδέων.] Pro μηδῶν. Sic enim movendus verſus. Ἐξεφαάνθη.] Pleonaſmo ἐξ α, pro ἐξεφάνθη, ab ἐκφαίνομαι, *appareo, emergo*.

201. Τὴν δ' Ἔρος.] Ἔρως & Ἵμερος, quibus nominibus Amor & Cupido ſignificatur, Veneris ſatellites conſtituit Heſiodus. Differentiam utriuſque dat Scholiaſtes, qui Ἔρωτα ex aſpectu naſci ait: Ἵμερον vero poſt adſpectum provenire docet, nihilque eſſe aliud, quam deſiderium fruendi re viſa & amata. Quod eleganti gradatione expreſſit Ovidius:

Viderat hanc, viſamque cupit, petiturque cupitâ.

Alii Amorem & Cupidinem non Veneris tantum ſatellites, ſed & filios eſſe crediderunt, cum Venus ſit deſiderium in rebus naturalibus, quod naſcitur ex ſymmetria corporum & aëris temperie. At voluptas illa ſine amore non peragitur. Verum de Cupidine & Himero, eorumque diverſis effectis ſupra dictum eſt, ubi Amorem illum antiquiſſimum ex informi chao natum aſſerit Heſiodus, quod ei coævum perhibetur. Ad juniorem

niorem vero hunc Cupidinem quod attinet, ejus allegoria ad mores traducitur: ita tamen, ut subsit quædam ejus cum illo antiquo conformitas. Nam Venus generaliter affectum conjunctionis & procreationis excitat; Cupido ejus filius, affectum ad individuum applicat. Itaque à Venere est generalis dispositio, à Cupidine magis exacta sympathia: Atque illa à caussis magis propinquis pendet; hæc autem à principiis magis altis & fatalibus, & tanquam ab antiquo illo Cupidine, à quo omnis exquisita sympathia. Sed de his graviter differentem audi Baconem in libello supra memorato, cap. 17. *de Cupidine seu Atomo.* Τῇ δὲ.] Pro ταύτῃ δὲ, Veneri. Ὡμαρτησε.] Id est, ἠκολούθησε, ab ὁμαρτέω, *una sequor.* Ἵμερον.] Hunc fratrem Cupidinis statuunt, sicque dictum volunt ἀπὸ τοῦ ἱεσθαι, ab *incitando*, quod feratur ad ea, quæ formosa sunt. Ἕπετο.] Ἕπετο, verbi ἕπομαι, pro ἕπομαι, *sequor.*

202. Φῦλον.] Ὄμιλον.

203. Ταύτῃσι δ'.] Veneris porro dignitatem, potentiam, variasque illecebras describit poëta, quibus eam cohonestavit Jupiter ab ipso nativitatis suæ momento. Cum enim amorum conciliatrix sit Venus, diversi generis θελκτήρια ei tribuit, uti sunt confabulationes mutuæ, risus, deceptiones, oblectatio, benevolentia, similiaque blandimenta & illecebræ, quibus incitantur & inflammantur amantium corda. Hinc & baltheum Veneri sive cestum donaverunt poëtæ discolorem, in quo omnia illa amorum philtra includebantur, de quo legere est apud Homerum Iliad. ξ. ubi de Venere loquens sic inquit:

Ἦ, καὶ λαβὼν στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα,
Ποικίλον, ἔνθα οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο.
Ἔνθ' ἐνὶ μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαρισμὸς,
Πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Sic ait, & lorum cesti de pectore solvit:
In quo blanditiæ plures mortalia corda
Mulcentes inerant, sermo jucundus, amores,
Gratia, quæ mentem falsa dulcedine fucant.

De his item Horatius loquitur Carm. lib. 1. Od. IX.

Nunc & campus, & areæ,
Lenesque sub noctem susurri
Composita repetantur hora:
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo,

Pignus-

Pignuſque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

Λέλοσχε.] *Sortita eſt*, vel *ſortitò accepit.* τοῦτης δ' ἁπάσης μεμέλλαξε.

204. *Μοῖραν.*] *Sortem divinitus cuique aſſignatam.* Τὸ ἐπιβάλλον μέρος.

205. *Παρθενίους ὀάρους.*] Παρθενικὰς συνδέξεις ἢ ὁμιλίας. Ὄαροι ſunt luſus Venerei, ſeu colloquia amatoria, qualia procorum cum virginibus eſſe ſolent. *Μειδήματα*] A μειδάω, τὸ γελάω. Unde Venus dicta φιλομμειδὴς, id eſt, *riſus amica.* Horatio, *Erycina ridens.* Od. 2. lib. 1.

206. *Μειλιχίην.*] Τὴν εὐφροσύνην, ſubſtantivè.

207. Τὸς ἣ πάλιν.] Poſtquam Veneris nativitatem, & contubernium deſcripſit poëta, ad Titanes revertitur, de quibus antea locutus erat. Refert enim, quomodo filios ſuos ad ſe vocarit pater Uranus, eoſque graviter increpuerit ob contumeliam ſibi illatam, ſceleriſque tanti vindictam aliquando futuram comminatur. Nam uti Cælo patri inſidias ſtruxit, viriliaque abſcidit Saturnus: ita & Saturno ſimiliter eventurum prædicit à Jove filio, qui patrem ſuum eadem falce per inſidias eſſet caſtraturus, regnoque exutum in Tartarum præcipitaturus, quod etiam accidiſſe teſtatur Porphyrius, in ſpelunca Homerica. Sunt autem Titanes Cæli & Terræ filii, ut dictum. Diodorus Siculus ex Ægyptiorum doctrina quadraginta, & quinque Cælo filios fuiſſe prodidit, quos ille è variis mulieribus ſuſceperit: decem & ſeptem è Titea uxore, qui cum ſinguli proprium nomen haberent, omnes tamen dicti ſunt à matre Titanes. Alii Dæmones fuiſſe putant à Jove è cælo ſub terram detruſos, & deturbatos. Qui φυσικῶς fabulam interpretantur, elementorum mutationes ſignari putant, quæ cum terreſtre quiddam & craſſum in ſe contineant, vi corporum ſuperiorum inferius aſſiduè detruduntur. Nam vapores ſemper ſurſum vi ſolis, qui & Titan dictus, attrahuntur, qui ubi ad ſuperiora pervenerint, virtute divinorum corporum, vel ſolvuntur in puriſſima elementa: vel repelluntur inferius, quæ Titanomachia ſempiterna eſt. Bacon duas ævi diſtributiones hac fabula contineri putat: quarum prior ſub Saturno fuit, qui ob frequentes diſſolutiones & breves durationes, filiorum ſuorum devorator dictus eſt. Poſterior Jove regnante extitit, qui Saturnum, hoc eſt, continuas iſtas & tranſitorias mutationes in

Tar-

Tartarum detrusit, qui locus perturbationem significat. Is locus videtur esse spatium inter ima Cæli & interiora Terræ medium; quo intervallo perturbatio & fragilitas, & mortalitas, sive corruptio maximè versatur. Jovis autem regno vix firmato gemina bella maximè memorabilia exorta sunt, Titanum & Gigantum, quibus etiam ab illo oppressis & dissipatis magis pacata ac durabilis rerum conspiratio & tranquillitas accrevit. Tum moraliter docet fabula, neminem impunè temerarium esse adversus relligionem & officia parentibus debita, sed impietatis tandem suæ pœnas luere gravissimas. Τὲς δὶ.] Pro τύτυς δὶ. Saturnum intellige, qui vel solus cum Titanibus vel cum paucis saltem hoc scelus perpetravit. Τιτλῶας.] Ion. Τιτῆνας. Sic dicuntur ex Hebræo *tith*, quo lutum denotatur, quod è luto, vel terra nati. Hinc mater eorum *Tithea* & *Aretia* dicta. ארץ, enim *terra* Hebræis. Καλέεσκε.] Ion. ἐκάλεε. Notetur loquendi genus, ἐπίκλησιν καλεῖν, pro ἐπονομάζειν.

208. Νειτείων.] Νειτίων, inserto jota poëticè.

209. Φάσκε.] Ἔφασκε. Τιτηνοῖς.] Variè hoc exponitur. Rectissimè Hesychius: Τιμωρίαν λαμβάνουσας. ut τιταίνω, hoc loco idem sit quod τίσιν λαμβάνω. Ἀπαθαλίη] Πονηρία. Ῥίξαι.] Α ῥίζω τὸ ποιῶ.

210. Τοῖο.] Ionicè pro τύτυ. Τίσιν.] Τιμωρίαν, ἐκδίκησιν. Ἔπαλξ.] Scil. per Jovem.

211. Νὺξ δ'.] Fatum, Parcam & Mortem Noctis filias esse ait, nec non Somnum, & Insomnia. Infra sub calcem Theogoniæ suæ Jovem ex Themide Parcas suscepisse tradit, quarum nomina ibidem recenset. Pro Deabus habitæ sunt, cum sine Fati & Parcarum imperio nihil fieri creditum sit. Fatum Græcis Εἱμαρμένη, à μείρομαι, *divido*, quod suum cuique dividat. Latinis fatum *à fando* teste Varrone. Distinguitur hic à Parca, cum utrumque pro eodem accipiant alii. Nam quæ fatum & Parca, eadem & Nemesis, & Adrastia, & Necessitas ab aliis appellantur. Sic docet auctor lib. de mundo, sic Parmenides, sic Heraclitus & aliorum philosophorum non pauci. Ex Stoicorum opinione fatum nihil aliud est, quam mens divina, quæ singula certo fine fecit, ac vitæ quoque humanæ & mensuram & ordinem præscripsit. Quæ quidem etsi pie dicantur, tamen in eo à Christianis discedunt οἱ ἀπὸ στοᾶς, quod in connexione & serie quadam caussarum sibi mutuò succedentium constituerint fatum suum, illudque non hominibus solis, sed etiam

Diis

Diis ipsis dominari crederent. Unde Herodotus in Clio: *Τὸν πεπρωμένον μοῖραν ἀδυνατέει τις ἀνθρώπων ἐκφυγεῖν καὶ θεῶν, ipsum autem fatum devitare nec Deus quidem ullo pacto potest.* De hoc autem fato Veterum erat opinio, fuisse illud non modo ante Saturnum *ἰσοχικῶς* sumptum, hoc est, hominem primum; sed etiam *φυσικῶς* acceptum, id est, priusquam Deus chaos digereret & rerum conderet naturam, quæ itidem per Saturnum intelligitur. Fatum & Parcas Noctis filias esse dicit poëta, quod fatalia sint obscura, & ex occulto hominibus obveniant: *Τῶν δ' μελλόντων πεπόταται φρενῶν*, inquit Pindarus, *futurorum excæcatæ sunt cogitationes*, in Olymp. Od. 2. Et Flaccus Carm. lib. 3. Oda 29.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus.

Cur vero Jovis ex Themide sobolem postea vocet Hesiodus, suo loco dicemus. Præter has Mortem quoque Noctis filiam appellat, quia Mors noctem inducit perpetuam teste Catullo, nihilque aliud est, quam ferreus somnus. hinc & *σύγερὴ νὺξ*, pro *morte* apud poëtas. Hanc ut Deam coluisse Veteres, ostendit illud Maronis lib. XI.

Multa boum circà mactantur corpora Morti;
Setigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
In flammam jugulant pecudes.

Et Statius in sua Thebaide;

——Stygiis emissa tenebris
Mors fruitur cælo bellatoremque velando
Campum operit, nigroque viros invitat hiatu.

Extat item *Θανάτου* hymnus apud Onomacritum, cum manna thuris. Quam hic Noctis filiam Hesiodus, eam Somni sororem esse dixit Homerus. Scribit Pausanias in Eliacis, apud Eleos in templo quodam fœminam expressam fuisse, quæ pueros sopitos sustineret, manu quidem dextra album, at sinistra alterum nigrum, & hunc dormienti similem: ambos distortis pedibus: quorum scriptiones indicabant, alterum esse somnum; alterum, mortem: at fœmina, quæ illos alebat, Nox erat. Nec sine ratione hoc fictum à poëtis, cum & physicè loquendo, Somnus & Insomnia Nocti natales suos debeant. Quippe noctis humor stomachi vapores ad supremas partes corporis ascendentes auget, qui postea facti frigore cerebri frigidiores descendunt inferius, atque ita gignunt Somnum & Insomnia, quorum alia terribilia sunt, alia fallaci imagine sensus illudunt. Et

hos omnes Deos Deaſve Nox peperit nullius viri contubernio mixta. Quæ enim ſine connubiali voluptate generantur, terrorem incutere ſolent & horrorem. Unde & Nox, Fatum, Parca, Mors, Dearum omnium duriſſimæ & maximè implacabiles habitæ. Quod & de Somno & Inſomniis dici poteſt, quæ dormientes ſæpe territant, noctuque obvenire ſolent. Nec ſine cauſſa Somnium *atrociſſimum publicanum* vocavit Ariſto, quod dimidium ætatis noſtræ ad ſe rapit, & Lethes frater jure dictus eſt in hymnis falſo Orpheo tributis. Στυγερόν.] Μισητόν. Μόρον.] Hunc à Parca diſtinguit Heſiodus, cum revera idem ſit. Μόρος, pro quo & Μοῖρα dicitur, eſt fatum, à μείρω, *partior*. Κῆρα.] Κὴρ, κηρὸς, *Parca*: at κῆρ ex κέαρ, *cor*. Perperam hæc à nonnullis ſcribuntur. Μέλαναν.] Ab effectu.

212. Φῦλον.] Τὸ πλῆθος. Ὀνείρων.] Id eſt, Τῶν ὀνείρων.

213. Οὔ τινι.] Nulli Deorum aut hominum. Κοιμηθεῖσα.] Pro συγκοιμηθεῖσα. Νὺξ ἠερόεντι.] Σκοτεινῇ. Sunt qui ex hoc loco colligunt Parcas & Somnia ex Nocte & Erebo nata eſſe, ſed perperam. Nox ἠερόεντι, eſt nox obſcura, non quæ *ex Erebo concepit*, vel *cum Erebo congreſſa eſt*.

214. Δεύτερον αὖ.] Momus item Nocte matre progenitus dicitur, cujus naturæ proprium eſſe ferunt poëtæ, ipſum quidem nihil operis edere, ſed aliorum Deorum opera curioſis oculis contemplari, & ſiquid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere: unde & nomen accepit. nam μῶμος Græcè *reprehenſionem* ſonat. Hic inter Deos Neptunum, Vulcanum, Minervamque de artificio contendentes judex delectus, omnium opera reprehendit. Nam cùm Neptunus taurum effinxiſſet, Minerva exſtruxiſſet domum, Vulcanus hominem formaſſet: nihil non reprehenſione dignum invenit. Deum tauri opificem reprehendit, quod cornua ante oculos non præpoſuiſſet. Minervam, quod domus non eſſet facta truſatilis, quæque poſſit facilè circumagi, ſi fortè malum haberet vicinum. At Vulcanum, quod non feneſtratum hominis pectus feciſſet, ut ſciri poſſit, quid in animo quiſque ſtrueret, & num mentiretur, an verum diceret. Momum Lucianus inducit non ſemel taxantem cùm alia, tum Deos ipſos, ut minus mirum ſit, & illum ſandalia & crepidas Veneris vituperaſſe, adeo ut inter proverbia jam Momo locus ſit. Ita ex actionibus humanis pagani Deos ſuos finxerunt. Hunc Noctis filium eſſe tradit Heſiodus,

eo

eb docens nullum esse opus humanum, quod non aliquid noctis, hoc est, insciticæ habeat, imo ne Deum quidem, qui ipse est Naturæ fundamentum, optimus ac sapientissimus, obtrectatoribus carere. Ærumnam quoque iisdem natalibus ortam refert, Noctisque filiam vocat, quod nocturno tempore hominem maximè vexet sollicitudo. Sicut enim dies animi curas sublevare aliquo modo solet: ita Nox eas increscere facit, & quasi de novo subnasci. Hesperidas item Noctis filias esse asserit, quas fabulantur habuisse hortos nemore aurifero pretiosos à Dracone pervigili servatos, quem Hercules dicitur interfeciisse; pomaque aurea ad vitricum Eurystheum retuliisse. Duplex hujus figmenti datur interpretatio: una ad historiam pertinet, quatenus refertur ad Herculem quendam Tyrium sive Ægyptium, qui diversus ab Hercule illo Thebano, in Africa bellum gessit, pomaque aurea, id est, oves præstantissimas abstulit custode earum Ladone interempto, qui vel ob vigilantiam, vel quod inhumanus esset & agrestis, Draco est appellatus. Altera expositio Naturam respicit, quatenus per Herculem signatur Sol, qui exoriens luce sua præstinguit lumen stellarum, quæ generali nomine per Hesperides intelliguntur, quippe Vesperæ & Noctis filiæ. Sub noctis enim initium apparere nobis stellæ, & velut nasci videntur: hortus Hesperidum est cælum stellatum. Nam stellas pro floribus, & flores vicissim pro stellis usurpari ex poëtis notum est. mala dicuntur ob rotunditatem: aurea, quod aurei sint coloris. Draco, qui custodit, vel Zodiacus est, vel Horizon, vel Draco inter Arctos ambas flexuoso tramite decurrens. Locum quoque indicat Hesiodus, qui Hesperidum nemus ultra Oceanum collocat. Virgilius, juxta Oceani fines ponit. Sic enim ille in quarto Æneid.

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos
Hesperidum templi custos, epulasque Draconi
Quæ dabat, & sacros servabat in arbore fructus.

Alii tamen, in quibus est Pherecydes lib. 10. terram Oceano proximam in Occidente aurei coloris poma tulisse tradunt, quæ Cl. Salmasius ad Solinum, *Aurantia* nostra fuisse existimat: alii *citrea*, quæ propterea & ἐσπερικὰ μῆλα vocantur à di-

verſis auctoribus, ab aliis μηδικά. Aurea dicuntur, quod τὰ ἰδίαν eſſent χρυσᾶ. Hæc primus in Græciam apportaſſe fertur Hercules. Unde & Lucanus:

Abſtulit arboribus pretium, nemorique laborum
Alcides: paſſuſque inopes ſine pondere ramos,
Rettulit Argolico fulgentia poma Tyranno.

Δόρπον αὖ.] Pleonaſmus. Μῶμος.] Proprie *reprehenſio*, hic Deorum, hominumque irriſor; à quo μωμέομαι, *carpo*. Ὀιζύς.] Ærumna hic filia Noctis. Fit ὀιζὺς ex paragoge vocis οἰ, quæ eſt lamentantis, ut ex αἰ, αἰάζω, Ἀλγινόεσσαν.] Λυπηράν.

215. Ἑσπερίδες.] Heſperi fratris Atlantis filiæ, quarum nomina ſunt Ægle, Arethuſa, & Heſperthuſa. Vide plura in ſuperioribus. Μῆλα.] Vox ambigua eſt, quæ modo *poma*, modo *oves* ſignificat. Πέρην.] Ion. πέρην. Ὠκεανοῖο.] Ὠκεανοῦ. Oceanum intelligit Atlanticum.

216. Χρύσεα μῆλα.] Quæ & una voce χρυσόμηλα appellare liceat. Δένδρεα.] A δένδρεον pleonaſmo ε, pro δένδρον, *arbor*. Φέρβεται καρπόν.] Καρποφόρα.

217. Καὶ Μοῖραι.] Parcæ, ut ſupra dixit poëta, filiæ Noctis ſunt, propter obſcuram & abditam fatorum vim. Harum nomina jam recenſet, ternaſque eſſe ſtatuit, Clotho, Lacheſin & Atropon, quas Μοῖραι appellat, à dividendo & diſtribuendo unicuique, quod ſuum eſt. Ammianus *partilia fata* exponit. Alii αἴσιμα *fata* appellare malunt. Effingebant Parcas antiqui, tanquam anus niveis velleribus redimitas, quarum una colum teneret, altera neret, tertia filum abrumperet, vitæ humanæ curſum ſtatumque deſignantes. Cur vero tres ſtatuantur, parum inter Veteres convenit. Sunt qui rationem arceſſant à triplici facie Lunæ corniculata, ſemiplena & plena, cum Parca eadem cenſeatur, quæ Luna. Nam Pauſanias in Arcadicis, Lucinam Εἰλείθυιαν ſeu Ilithiam ab Arcadibus cultam, unam fuiſſe putat è Parcis, quæ dicta eſt πανωμίη, multoque Saturno antiquior habita. Varro apud Gellium lib. 3. tres fuiſſe ait, propter triplicem Lunæ poteſtatem in maturando partu. Fulgentius triplicem hominis rationem ſeu temporis circumſtantiam eo deſignari ſcribit, quatenus gignitur, vivit, & moritur. Sic auctor lib. de mundo: *Tres*, inquit, *ſunt Parcæ juxtæ tria tempora diviſæ, quarum alia res tranſactas, alia venturas, alia præſentes ſignificat. Nam una Parcarum Atropos nomine res præteritas ſpectat, quia quæ præterierunt, nulla ratione poſſunt converti,*

verti, aut revocari. Alia quæ futuri curam sortita est, Lachesis dicitur, quoniam qui rerum naturalium est eventus, stabilis est. At Clotho præsentia perficit, illaque absolvit, quæ sui sunt muneris. Dictæ vero sunt Parcæ Latinis, non per antiphrasin, sive à contrario, ut volunt Grammatici, quod minime parcant, sed potius, quod homini parcant: duæ enim nent, ac filum producunt: tertia autem Atropos secat: vel sic nominantur à partu, quæ Varronis est sententia, ut supra diximus: vel à partiendo, quod nascentibus hominibus pro cujusque merito bona malaque partiri censeantur, ut hic tradit Hesiodus. Unde & Parcas infra Jovis & Themidis, quæ justitia est, filias esse dicit. *Μοίρας τ' κῆρας.*] Supra dixit, *Μόιρα τ' κῆρα*, quas hic in plurali repetit. Unde liquet easdem esse Deas cum superioribus, quarum nomina hic recensere voluit poëta. *Νηλεοποίνους.*] Quod rigidæ sint in suppliciis exigendis: *νηλὴς*, *immitis*, & *ποινὴ*, *pœna*.

218. *Κλωθώ*] *Ἀπὸ τ' κλώθειν*, quod est, *nere*, quoniam suum cuique pensum netur. *Λάχεσιν.*] *Παρὰ τὸ λαχεῖν*, à *sortiendo*, quia fatum sortito cuique obtingit. *Ἄτροπον*] Quasi dicas, *immutabilem*, eo quod mutari, aut flecti non possit, ex *α* privante, & *τρέπω*, *verto*. Eâ mors seu exitus cujusque designatur, qui fixus est, & *ἀμεταστρεπτον*. *Αἵτε.*] *Τε* vacat. *Βροτοῖσι.*] *Ἀνθρώποις.*

219. *Ἀγαθοῖσι κακοῖσί τε.*] Nam ex Parcarum arbitrio & dispensatione bonis bona, malis mala necessario obvenire credebant Veteres.

220. *Ἀνδράσι θεῶν τε.*] Hinc patet, non homines tantum, sed & Deos Parcarum imperio subjectos esse. *Παραιβασίας.*] Pro *παραβάσεις*, inserto poëticè jota ob metrum. *Ἐφίενσιν.*] *Διώκουσιν.*

221. *Λήγουσι.*] *Παύουσι.* *Δεινοῖο χόλοιο.*] *Δεινῆ χόλῳ. Χόλος*, vel *χολὴ*, *bilis*, *ira*.

222. *Τῶ*] *Τούτῳ. Δώσι.*] Pro *δῶσι*, per epenthesin *σ*. Est hic sectio vocis compositæ, pro *ἀποδῶσι*. *Κακὸν ὄπιν.*] *Ὄπις* ab *ἕπομαι*, *sequor*, ut sit *ἡ ὀπισθεν ἑπομένη ποινή*. Quo respexisse videtur Horatius: *Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo.*

223. *Τίκτει δὲ.*] Nemesin quoque Noctis filiam esse tradit poëta, alii Jovis & Necessitatis. Eam ad hoc introduxerunt Veteres, ut hujus Deæ metu seu reverentia deprimerent nimis elatorum animorum temeritatem, eosque omnes labefa-

ctarent, qui plus æquo felicitate aliqua, vel honorum, vel imperii, vel insignium opum, vel rerum hujusmodi facti essent, superbi. Hinc & pennas ei tribuerunt, ut Jovis nutu præsto esse & insequi cunctos celeritate quadam existimaretur. Philosophus in libro de Mundo, per Nemesin intelligit divinam potestatem, ac justitiam ipsam Dei, quæ condigna sceleratis præbet. Macrobius propriè contra superbos Nemesin coli ait. Unde Catullus de amica fastuosiore :

—— Precesque nostras
Oramus cave despuas ocello,
Ne pœnas Nemesis reposcat à te.
Est vehemens Dea, lædere hanc caveto.

Scholiastes μίμψιν interpretatur, quæ malis obtingit : *Indignationem* Latini vocant, quæ tamen vox non satis exprimit vim vocabuli Græci. Noctis filia dicitur Nemesis ob insciti am hominum. Nam ex insciti a rerum, sive opulentiæ abundantia, temeritas & arrogantia, & aliorum hominum contemptus nasci solet, ex quo postmodum Dei vindicta oritur. Fraus etiam sive Deceptio, quæ Græcis Ἀπάτη, Nocte genita fingitur. Hanc Lucianus in fabulosa Somni civitate collocat. In qua templum esse fingit augustissimum Noctis, quod eximia religione colitur. Tum aliud inibi ponit Apates Deæ, & aliud item Alethiæ delubrum, in quibus utrisque & aditum esse inquit, & oracula. Noctis filia dicitur Apate, quod nox fraudibus struendis opportuna sit, tum qui verbis fallere studet, veritatem occultare solet. Unde Lavernio ille apud Horatium in epistolis :

Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.

Fraudem vero scitè effinxit Dantes Aligerius poëta Italus, ut faciem habeat justi hominis, corpus reliquum serpentinum variis & maculis & coloribus distinctum : cujus cauda terminatur in scorpionis aculeum. Amicitiam similiter Noctis sobolem esse ait, cujus picturam videsis apud Lilium Giraldum in syntagm. Deorum. Scholiorum auctor per φιλότητα, non amicitiam, quæ benevolentiæ est, sed amores intelligit Venereos, qui ut plurimum noctu & in occulto perficiuntur. Notum est illud Peligni vatis : *Celari vult sua furta Venus.* Senectutem quoque subdit Hesiodus, quam & Noctis γήρημα esse prodit : οἱ γὰρ γηράσκοντες, inquit Commentator, ὥσπερ θνήσκοντές εἰσι τῷ θανάτῳ, *qui senescunt proximi sunt morti.* At mors noctem inducit & rerum omnium caliginem. Nec alia matre se natam gloria-

tur

tur Eris, quæ contentionis Dea fingitur. Hæc cum mortale genus inter ſe committat, populiſque noxam & exitium creet, Noctis filiam merito eam dixit poëta Ex hac Eride Laborem, & Oblivionem, & Peſtem, & Dolores, & Cædes, & Perjuria, nec non omnis generis mala prodiiſſe ait, quæ ſigillatim hic enarrat poëta. Supra in Operibus geminam Erin rettulit poëta, unam laudabilem, alteram vituperio dignam; de qua poſteriori hic ſermo eſt, cum hominibus gravia damna afferre dicatur. Nam Aten generat, hoc eſt, damnum, ſive noxam, quæ velut Dea hic repræſentatur, ſive dæmon potius homines malis implicans menteſque ſeducens, quam & Homerus deſcribit Iliad. 19. ubi tradit, Aten de cælo à Jove præcipitatam, quæ religionis Chriſtianæ auctores, ſed ineptè de Luciferi è cælo præcipitati lapſu interpretantur, ut Juſtinus Martyr, Suidas, alii. Videatur Cælius Rhodiginus lib. 2. cap. 5. & Spondanus ad Homeri locum ſupra citatum. *Τίκτει.*] Pro ἔτικτε. *Νέμεσιν.*] Propriè *νέμεσις*, *indignatio*, ſeu *juſta reprehenſio*: hic Dea injurioſorum hominum ultrix. *Πᾶσι*] Appoſitio. *Θνητοῖσι βροτοῖσι*] *Θνητοῖς βροτοῖς.*

224. *Νυξ ὀλοὴ*] Ab effectis. *Μετὰ τοῖσι δὲ*] Nemeſin. *Φιλότητα.*] *Τὴν φιλίαν ἢ τὴν ἀφροδίσια.*

225. *Οὐλόμυον.*] *Ὀλόμυον*, pleonaſmo τοῦ υ. *Ἔριν*] *Φιλονεικίαν. Καρτερόθυμον.*] *Pertinacem.* Solent enim homines contentioſi pertinaces eſſe, nec alter alteri cedere. propriè ſic dicitur, qui toleranti eſt animo.

226. *Στυγερή.*] Vel quod homines oderit ipſa: vel quod hominibus exoſa ſit.

227. *Λιμόν τε.*] Nam qui ſæpe litigiis implicantur, *ἐπιλανθάνονται τῆς ἐπιμελείας*, inquit Scholiaſtes. *Λοιμόν τε.*] Notandum pro *Λιμόν* in nonnullis codicibus legi *Λοιμόν*. Sic in Operib. ambo conjunxit Heſiodus, *famem*, & *peſtem*, quarum altera alteram ſequitur.

228. *Ὑσμῖνας.*] *Μάχας. Φόνους.*] Malim hic legi *φόβους*. ſic in Aſp. duo hæc copulat poëta. *Φόβον τε ἀνδρομάχοισιν.* Inter miſcellaneos Deos ponitur *Φόβος*, pingebaturque cum capite Leonis, ut videre eſt in ſcuto Agamemnonis apud Homerum Iliad. lib. XI. Pauſanias apud Lacedæmonios *Timoris* templum extitiſſe ait prope triclinium, quo ipſi tribunal habebant, ut eſſent cæteris majori formidini. *Ἀνδροκτασίας.*] *Ἀνδροφονίας.*

229. *Ἀμφιλογίας.*] Sic vocat *diſceptationes*, cum ab utraque

parte contenditur. Notetur hic ſecundam ſyllabam produci ab Heſiodo contra legem.

230. Δυσνομίλω.] *Legum contemptum.* alii exponunt *licentiam*, qua qui utuntur difficulter ſe legibus ſubjiciunt. Ἄτλω.] Conſociat Heſiodus δυσνομίαν, & Ἄτλω. Legum quippe contemptum ſequitur noxa. Dicitur Ἄτη, ut Homerus exponit, ὅτι πάντας ἀάτην, *quod cunctis noxia ſit.* Συνήθεας ἀλλήλοισι] Συνήθεας ἀλλήλοις, hoc eſt, συνηθεύοντας ἀλλήλους, ut declarat interpres.

231. Ὅρκον.] *Iuramentum*, quod ut Deum repræſentat poëta, ex Eride natum. Dicitur homines lædere, qui nimirum perjuriis cauſſam ſuam in judicio tueri ſtudent.

232. Πημαίνῃ.] Βλάπτῃ. Ἑκών.] Nam qui imprudens pejerat, excuſationem mereri videtur. Ἐπιορκον ὁμόσσῃ.] Pro ἐπιορκήσῃ.

233. Νηρέαο.] Nerei natales refert, quem Ponti filium eſſe affirmat. Idem Neptuni filius dicitur ab Apollodoro lib. 1. biblioth. quem tamen paulo ante Ponti & Terræ filium dixerat. Ad hæc facilè conciliantur, cum φυσικῶς conſiderando, quatenus ad rerum naturam pertinet; idem ſit Neptunus, qui Pontus: imò Nereus, etſi unus ſit è Neptuni ſive Ponti filiis, tam latè patet, quàm Pontus & Neptunus. Hinc Νήρεια πίνεα vocat Athenæus, quæ Plautus *Neptuni pecus*, pro *piſcibus*, qui paſſim in mari inveniuntur. Veracem Nerea appellat & fallere neſcium, quia vates fuit. Hic enim Trojanas calamitates Paridi prænunciavit, de quo Horatius Carm. lib. 1. Oda 16. Ad eundem quoque miſſus Hercules, ut ex eo tanquam vate reſciſceret, ubinam locorum eſſent Heſperidum aurea mala, quem variis formis eludere conantem tam diu detinuit, ut in priſtinam figuram redierit, remque indicarit. Scholiaſtes ideo veracem & juſtum à poëta dici putat, quod qui per mare navigant, Deorum reverentiores eſſe ſoleant, & veri amantiores. Filiorum quoque natu maximum & ſenem facit: ob navigationis antiquitatem: vel quod cani & ſenes finguntur Dii marini propter maris ſpumam. unde & cærulei pinguntur, qui color eſt pelagi. Scripſit item Nerei hymnum Onomacritus cum ſuffitu myrrhæ. Νήρεα.] Dictus eſt Νηρεὺς à νηρὸς, quod & ναρὸς, id eſt, ὑγρὸς, *humidus*, ut ex Heſychio & Etymologo conſtat. Eſt enim humoris, hoc eſt, Ponti & Tethyos filius. Ἀψευδέα.] Pro ἀψευδῆ. Scholiaſtes diſtinguit à ſequenti epitheto, & ἀ-

ψευδῆ

ψεύδη dici putat, qui mendacio non credit: ἀληθῆ, qui mendacium non dicit.

234. Πρεσβύτατον παίδων.] Hinc ἅλιον γέροντα eum vocat Homerus, & Nereidum nympharum patrem.

235. Οὔνεκα.] Διότι. Νημερτής.] Ἀληθὴς, ex νὴ particula privante, & ἁμαρτάνω, *pecco*. Ἤπιος.] Πρᾶος. Θεμιστέων.] Genit. plural. pro θεμίστων inserto ε, à θέμις, ιος, *jus*. Si Ioniſmum hic ſtatuas, dicendum potius, θεμιστέων eſſe, à θεμιστή. Nam in nominibus quintæ ſimplicium ille Ioniſmus locum non habet.

236. Ἀήθεσσι.] Ἐπιλανθάνεσθαι. Δολίοις.] Τὰ βυθοδόμαβα, ex Chaldaico Dena, quod eſt, *meditari*. Alii codices habent μήδεα.

237. Αὖτις δ' αὖ.] Ponti & Terræ progeniem recenſet poëta, Thaumantem, Phorcyn, Eurybiam, Ceto. Thaumas pater Iridis fuiſſe dicitur, quæ ab illo *Thaumantias*, & *Thaumantea virgo* dicta. Scholiaſtes Thaumantis nomine φυσικῶς ſignificari putat exhalationes quæ fiunt è mari, nec non diffuſam aquarum molem, quæ contemplantem in admirationem rapit, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν, quod eſt, *admirari*. Ponti filius appellatur, quod qui per mare navigant, cælumque ſolum aſpiciunt, percelli ſoleant ob immenſam ejus vaſtitatem & profunditatem. Phorcys Ponti itidem & Terræ filius, de quo ita Servius ad Æneid. lib. 5. *Phorcys Thooſæ nymphæ & Neptuni filius, ut autem Varro dicit, rex fuit Corſicæ & Sardiniæ, qui cum ab Atlante rege navali certamine cum magna exercitus parte fuiſſet victus & obrutus, finxerunt ſocii ejus eum in Deum marinum eſſe converſum.* At Phorci nomine Phyſiologi intelligunt circularem aquarum motum, qui principium capit ab Oceano & humore in terra exiſtente. Hæc cum longè lateque ſe extendat per terras, aſpectum præbet gratiſſimum. Uxor ejus Ceto dicitur, Dea item marina quæ inter cete degit; unde & ei nomen. At phyſicè eam conſiderantibus, erit exhalatio, quæ calore & radiis ſolaribus excitatur, qui humor cum per æſtatem graviorem extenuatus tollitur, fit Cetus vel Draco: prope enim tremula fit illa & obliqua, quæ per calorem Solis attollitur. Eurybia item Ponti & Terræ filia ſic dicta, quod imperium ejus & vis latè ſe diffundat per terras. Quid quod & Neptunus ipſe Εὐρυβίης à poëtis appellatur ob amplitudinem potentiæ, quam exerit in terris. Quanta enim maris ſit violentia, non ſolum teſtantur inſignes olim in Italia urbes, Adria, Cymachium,

Clodia & aliæ: ſed etiam in Zelandia & Batavia noſtra vici non pauci & oppida, maris eruptione ſubmerſa, ut meritò *Eurybia* dicatur hæc Ponti filia, corque fingatur habere adamantis propter vim elementi invictam. Θαύμαντα.] Thaumas pater Iridis, à θαυμάζω, *miror*. Ἀγλαόπην.] Ἀγλαόπη, quaſi ἀγλαὸν ὄπην. Sic dicitur φόρκυς, Ἀπὸ τοῦ βίαιον ἢ πόντος, inquit Scholiaſtes.

238. Γαίῃ μιγήμεν.] Τῇ γῇ μιγήμεν, hoc eſt, ὁμοιωθῆν. Ἀπὸ τοῦ εἶναι τὴν γῆς ὑγρασίαν τὸν πόντον, ait idem interpres. Κηθώ.] Alii ſcribunt Κητὼ per τ. ſic dici videtur, vel à prodigioſa craſſitie, qualis eſt in balæna: vel potius à cetibus, quæ in ponto degunt. κῆτος enim *cetus, balæna*. Καλλιπάρῃον.] Æolicè pro καλλιπάρειον. hoc eſt, *formoſam*.

239. Ἀδάμαντος.] De lapide illo & ejus duritie ſupra dictum. Scholiaſtes ad cete refert, quæ grandia ſunt & invicti roboris.

240. Νηρῆος.] Nunc ſobolem recenſet Nerei, & Doridis. Ex Doride enim Nereus maximam ſuſcepiſſe dicitur nympharum marinarum turbam, quæ nonnunquam à matre *Dorides*, à patre *Nereides* appellantur. Quinquaginta numero fuiſſe infra tradit Heſiodus. In has quoque hymnum conſcripſit Onomacritus cum ſuffimento aromatum. Nomina earum præter & ante Heſiodum memoravit Homerus lib. 6. Iliad. quanquam plures etiam apud alios reperiri fatear, quam ab Homero & Heſiodo numerantur. Has à forma commendat poëta ob aquarum marinarum pulchritudinem. Ut enim moto tempeſtatibus mari nihil eſt formidabilius: ita eodem tranquillo & æquato nihil formoſius. Dicitur autem Doris Oceani & Tethyos filia, maris nympha, ob varia ejus beneficia, quæ largitur hominibus. Non enim modo navibus ſe trajiciendam præbet maris aqua, ſed & piſcium, ſuccinorum, margaritarum, coralliorum aliarumque rerum genitrix eſt, & largitrix. Pro mari ſumitur interiori, quod cum ab Oceano principium capit, meritò Oceani gnata fingitur, & Nerei uxor. antiquiſſimus enim Deorum omnium Oceanus, & nympharum, id eſt, aquarum omnium fons & ſcaturigo: ἐξ οὗπερ πάντες, (ut canit Homerus) ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ ῥέουσι. *Unde liquor fluvios quovis, ſimul æquore toto, Fontibus & cunctis manat, puteiſque profundis.* Νηρῆος.] Ion. Νηρέος. Subaudi præpoſitionem ἐκ. Μνησάμενος τόνδε.] Sic vocat nymphas

ob

ob pulchritudinem, quasi μεγάλως ἐρίζουσα, quod de formæ pulchritudine inter se contendant. Alii legunt μεγήρυσα, id est, μεγάλως ἐρεθίσα, ἀφ' τὸ κάλλος, ut ait Scholiastes. Θοαίων.] Æol. θοᾶν.

241. Εὐήμυσιν.] Εὐήμυς. Laudatur à pulchris comis, quibus nitor aquarum designatur.

242. Κέρης.] Pro κόρης, id est, θυγατέρες. Τελήεντος ποταμοῖο] Ion. τελείου ποταμοῦ. Oceanum flumen appellat more Homerico, sed cum adjecto τελήεντος, quasi dicat, *perfecti, & eximii fluvii.* Sic τελήεσσαν ἑκατόμβην dixit Homerus, quæ selectis constat animalibus.

243. Πρωτώ τ'.] E Nerei & Doridis connubio natæ sunt filiæ, quarum nomina hic recenset poëta. Ingens turba commemoratur, quæ nihil aliud designat, quàm diversas aquarum partes & affectiones: vel ut Scholiastes docet, ποικίλα ἐφαρμόζοντα τὰ περὶ τὴν ναυτιλίαν, ἢ τὰς ἐνεργείας. Inter has nymphas familiam ducit Πρωτώ, ἀπὸ τοῦ πρωτεύειν, quod principatum teneat inter sorores: vel quod aqua primum inter elementa locum fortita sit, vel principium statuatur rerum omnium ex Thaletis sententia. Nec usu & utilitate res ulla prior est aqua, qua nullum animal sive λογικὸν, sive ἄλογον carere possit. Εὐκράντη nomen adepta videtur ab εὖ & κεράω, id est, *robur*, quod portandis navibus aptior sit aqua marina. Legitur & Εὐκρήνη, forte ob metrum: vel sic dicitur ab εὖ & κεράννυμι, *misceo*, ob aërem temperatiorem & salubriorem aquæ marinæ. Σαὼ Nympha propitia per mare currentibus, ἀπὸ τοῦ σώζειν τοὺς πλέοντας. Amphitritæ nomen inditum, ex ἀμφὶς, *circum*, & τρίβω, *tero*: quia terram undequaque fluctibus suis atterit: vel à τρίζω, *à circumstrependo*. Infra quoque Amphitrites meminit Hesiodus, quæ ab hac distinguitur, & uxor est Neptuni. Pro ipso mari sæpe ponitur. Εὐδώρη *à donando* dicta. καλλιδώρους γὰρ ἡ θάλασσα, inquit Scholiastes. Θέτις, ἀπὸ τῆς θέσεως, id est, *à positione aquarum* nomen accepit. In medio enim intra Erebum & Terram ab una parte: & aërem ignemque ab altera parte collocata est aqua. Γαλήνη vocatur à tranquillitate maris, quasi γελασίνη verbi γελάω, *rideo*. Unde Lucretius: *Subdola cum placide ridet pellacia ponti.* Γλαύκη nomen habet à glauco sive cæruleo colore, qui proprius est mari. Virgilius de Tiberino: *Eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus.* ubi Servius: *Glaucum ei tribuit amictum propter aquarum similitudinem.* Cymathoë nomen

suum

ſuum debet celeritati fluctuum. κῦμα enim *fluctus*, & θοὸς, *celer*. Σπειὼ nominata eſt ὡς ἀπὸ τὸ σπείδειν, vel σπένδειν, id eſt, *à libando*, quæ docet Dius marinis eſſe libandum ob proſperam navigationem. Sic Cloanthus apud Maronem lib. 5. Æneid.

Dî, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus: extaque ſalſos
Porriciam in fluctus & vina liquentia fundam.

Alii nympham eſſe putant, quæ ſpecus amet. Τὸ σπεῖος, pro σπέος, *ſpelunca*. Θαλίη Ionice pro Θαλία. Conveniens aquis nomen ἀπὸ τῆς θάλλειν, quod humor florida reddat omnia. Eſt etiam una è Muſis, de qua ſupra dictum. Μελίη à ſuavitate ſic dicta. Μέλι enim *mel*. Suaviſſima permultis navigatio viſa eſt ob lucrum. hinc & χαρίσσα dicitur poëtæ, hoc eſt, *gratioſa*. Εὐλιμένη. Vocatur quod in portum deducat naves, ab εὖ, & λιμὴν, *portus*. Ἀγαυὴ, quaſi dicat, ſplendida *nympha*, ob limpiditatem aquarum. ἀγαυὸς, enim λαμπρὸς. Παντθὴ, dicitur quod vel omnibus admirationi ſit, vel ab omnibus decurratur, ἢ πᾶσι θαυμὴ, vel εἰς ἣν πάντες θέουσιν, ut exponit Græcus interpres. Ἐρατὼ, quaſi ἐρατὴ, *amabilis*. Eſt etiam una ex novem Muſis. Εὐνείκη ab εὖ, & νεικέω, *litigo*, ab honeſta ſcil. navigantium contentione & æmulatione. Laudat eam à forma. ῥοδόπηχυς dicitur *à roſeis lacertis*. Δωτὼ. Quod ſingulare Dei donum ſit, aquæ beneficium: vel quod varia donet. Πρωτὼ. De hac ſupra dictum. Alii Πλωτὼ legendum putant, à poëtico πλώω, pro πλέω, *navigo*. Φέρουσα. Hujus officium eſt, portare naves & deferre ad optatum locum. Δυναμένη. Nympha potens, ob vim maris. prima producitur ob concurſum multarum brevium. Νησαίη. Ab inſulis, quas præterlabitur, vel amat. νῆσος enim *inſula*. Ἀγλαίη, quaſi dicat, *nympha littoralis*, quod littoribus gaudeat, vel naves littori impingat. ἀκτὴ enim *littus*. Πρωτομέδεια. Sic dicitur ob principatum aquæ, ex πρῶτος, & μέδω, τὸ βασιλεύω. Δωρὶς. Diſtincta hæc eſt à matre, de qua ſuperius dictum. Πολυδώρη vocat Homerus. Πανόπη. quod ab omnibus ſpectetur, ἢ πᾶσιν ὁρωμένη: vel quod omnibus ſit affabilis: ex πᾶν & ὄψ, ὀπὸς, *vox*, *loquela*, ut Paſor exponit. *Panopea virgo* à Virgilio appellatur. Galatea à candore lacteo ſic vocatur. γάλα enim *lac*. Laudatur à forma, quod eſſet εὐειδὴς, id eſt, *ſpecioſa*. Hinc fabulantur poëtæ Polyphemum amaſſo Galateam, quod cæteris nymphis candore vultus præcelleret.

251. Ἴσ-

251. Ἱππονόη.] Sequuntur reliqua Nereïdum nomina. Hippothoë, quasi valdè celeris. ex ἵππος, quod significationem auget in compositione, & θοὴ, *velox*. Laudatur à forma, quod sit ἐρέτισσα, *desiderabilis*. Ἱππονόη, *valde intelligens*, ex ἵππος, particula item intendente, & νοέω, *cogito*, *intelligo*. Boni enim naucleri est nosse marium profunditates, brevia, scopulos: ventorum & tempestatum signa, quo feliciter naviget. Κυματόλη. Sic dicitur ὡς ἐκ τοῦ δοκεῖν τὰ κύματα, quod *fluctus observet*: vel *quod fluctus* δέχεται, id est, *gremio suo recipit & sedat*. hinc navigantibus propitia dicitur cum fororibus Cymatolege & Amphitrite. Κυματολήγη. Quod cessare, hoc est, quiescere faciat commotos fluctus; κῦμα enim *fluctus*, & λήγειν, *cessare*. Si pro nomine proprio accipitur, inquit Aristarchus, quinquaginta & una erunt Nereides. Κυμώ, à fluctibus nomenclaturam habet. Ἠϊόνη, *nympha littoralis* est, vel *littora amans*. ἠιὼν *littus*. Ἀλιμήδη. Sic appellatur ὡς ἐκ τοῦ ἐν ἁλὶ μήδεται, quod quæ maris sunt, curet. Γλαυκονόμη, à cæruleo maris colore. γλαυκὸς enim *cæruleus*, & νομὴ, *pascuum*, hinc γλαυκιὼ βοτάνατον dixit Homerus. Πονθοπόρεια, quasi dicat, *pontivaga*, ἡ τὸν πόντον διαπερῶσα, quod navigantium est. hinc naves Homero πονθοπόροι dictæ. Λιμνώρη, *suaviloqua*, ἡ τὰ λεῖα ἀγορεύουσα, quæ mollia loquitur. Εὐαγόρη, fere idem quod antecedens, quæ bona & læta edicit navigantibus. Λαομήδεια, *populum regens, vel curans*, ex λαὸς, i. e. *populus*, & μήδομαι, *impero*, *curam gero*. Πολυνόμη, id est, ἡ πολλὰ τοῖς πλέουσι νέμουσα, *quæ multa tribuit, ac largitur navigantibus*. Αὐτονόη. Mentis prudentiam designat, quæ navigantibus necessaria est. Λυσιανασσα, quasi dicat, *regina solvens*, hoc est, liberans è periculis. Εὐάρη. Sic dictam vult Scholiastes ex οὔ, & ἀρνέομαι, *nego*, quod qui sæpius è gravissimis ponti periculis liberati sunt, negare solent, se unquam amplius mare conscensuros. Μενίππη, quasi *valdè robusta*, ex μένος, *robur*, & ἵππος, pro λίαν, quo perseverantia navigationis indicatur: vel ab *equitando*. Unde Neptunus ἱππιος, & naves ἵππαι à poëtis vocantur. Νησὼ, ab insulis, ut supra Νησαίη. Εὐπόμπη. Sic dicitur ὡς ἐκ τοῦ εὖ πέμπειν τοὺς πλοῦς, *à deducendis feliciter per mare navibus*. Θεμιστὼ, quæ jura ac leges præscribit navigantibus. Θέμις, ιος, *lex*, *justitia*. Tales olim fuere leges Rhodiæ. Προνόη nomen accepit ἀπὸ τοῦ προνοεῖν, quod est, *prævidere*, *prospicere*. Providentia navium gubernatori inprimis necessaria est: contra improvidi naucleri

est

eſt ſuaque ipſius dementia pereuntis, qui ſe in ſæviſſimas maris tempeſtates intrudit, nulla ratione habita eorum, quæ

Ipſe pater ſtatuit, quæ menſtrua luna moneret,
Quo ſigno caderent Auſtri.

Νημερτὴς.] Nomen hic nymphæ, quaſi *verax, non peccans*. Hanc à paterna indole commendat poëta. Nereus enim, ut ſupra auditum, Senex dicitur veridicus, & mitis, quæ virtutes etiam in filia eluxere.

252. **Η'ερεμνοῖσι.**] Σκληροῖς.

253. **Πνοιὰς.**] Pro πνοὰς, inſerto jota. **Ζαθέων ἀνέμων.**] Id eſt, *divinorum* ventorum: aut *vehementer ſpirantium*, ut exponit Scholiaſtes.

254. **Ρ'ηΐα.**] **Ρ'αδίως.** **Πρηΰνει.**] Pro πραΰνει, à πρᾶος, *mitis*, pro quo Ionicè πρηύς. **Ε'ὐσφύρῳ.**] Pro εὐσφύρῳ, per Dialyſin Ion. fit ex εὖ & σφυρὸν, id eſt. *malleus pedum*. Homerus plerumque pulchros pedes tribuit Deabus marinis. Sic & Ino maris Deam καλλίσφυρον dixit, & Thetin ἀργυρόπεζαν, quibus epithetis aquarum nitorem deſignari volunt poëtæ.

255. **Ε'ὐπρῴονι.**] Pro Εὐπρῴονι.

256. **Φιλομμειδὴς.**] Veneris epitheton, de quo ſupra.

263. **Αὐτὰρ μέ.**] Concluſio. **Α'μύμονα.**] Sic Nerea vocat ob maris antiquitatem, præſtantiam & utilitatem.

264. **Α'μύμονα ἔργα.**] Id eſt, *eximia opera*, cujuſmodi ſunt, quæ maris & rei nauticæ cognitionem ſpectant. **Εἰδῇσι.**] Τὸ εἰδέναι hic eſt ἐπίſτασθαι.

265. **Θαύμας.**] Deſcribitur Iridis & Harpujarum ex Thaumante & Electra Oceani filia nativitas. Ad Iridem quod attinet, hæc inter meteora principatum obtinet. Eſt autem Iris figura referens arcum diſcolorem in nube rorida Soli oppoſitâ, radiorum ejus fractione & reflexione repræſentata. Thaumante nata dicitur Ponti filio, & Electra Cæli ſive Solis filia, quod ex aqua præſertim marina, & Solis ſerenitate naſcitur per refractionem ſcil. radiorum ſolarium. Ariſtoteles totam Iridis obſervationem ac naturam ad opticam rationem perducit, nihilque eſſe reipſa vult, neque alicubi colores illos conſidere exiſtimavit: ſed Metrodorus Iridem revera evenire aſſerit, nec apparentes tantum eſſe colores putat, quos intuemur, ſed veros, ſi quando nimirum nubes denſa fuerit oppoſita Soli. Quicquid ejus ſit, multa ſe offerunt in Iride admiranda, ut meritò Thaumante nata fingatur. Tria autem præcipuè ſunt, quæ in ſtupo-

ſtuporem rapiunt hominem, figura, colorum varietas, & locus, in quo generatur. Figura ejus arcuata eſt, & ſemicircularis, quia ſolis radii incidentes in mediam planiciem nubis roridæ, non incurrunt eodem puncto in viſum hominis, ſed ſolum illi, qui ſecundum æquales angulos incidunt in nubem, & ab eadem ſecundum æquales angulos refracti perveniunt ad viſum exiſtentem in axe Pyramidis irradiationis. Id verò fit tantum in arcus circumferentia. de quo problemate acutè & variè diſputatum à philoſophis. Admirationem quoque parit in Iride colorum varietas, inter quos præcipuam pulchritudinem afferre videntur tres ſecundum Ariſtotelem, puniceus, quem φοινίκεον Græci vocant: viridis, qui πράσινον ſive porraceus dicitur, & cæruleus ſive purpureus, Græcè ἁλουργές. Sunt quidem plures, ſed ex iis miſti, nec ita conſpicui. Quare ὑπερβολικῶς dictum eſt à Marone 4. Æneid.

Mille trahens varios adverſo ſole colores.

Denique & locus admirationem parit, quod in cælo conſtituitur, & alteram ſubinde Iridem ex ſe gignit, imo tertiam & quartam pro varia reflexione colorum veræ legitimæque Iridis in alia parte nubis, de quibus ὁ αὐτὸς. De nomine Iridis, & diverſa ejus ſignificatione tam naturali, quam ſupernaturali videſis quæ infra dicemus in contextus explicatione. Cum igitur plenum admirationis ſit hoc φαινόμενον, non mirum, ſi pro Dea ſit culta Iris. Venerati eam ſunt Ægyptii, Phænices, Græci. De Romanis non ita liquet. Verba Ciceronis ſunt in tertio de natura Deorum: *Cur non*, inquit, *arcus ſpecies in Deorum numero reponatur? eſt enim pulcher, & ob eam cauſſam, quia ſpeciem habet admirabilem, Thaumante dicitur eſſe nata.* De civili Romanorum Theologia loquitur. Alias poëtæ pro Numine eam celebrarunt. Matrem illi aſſignat Heſiodus Electram Oceani filiam, quo nomine Solis fulgor, è cujus radiorum ἀναυγείᾳ & ſerenitate gignitur Iris, ſignificatur. ἥλιος enim *ſol*, & αἰθρία, *ſerenitas*: vel denotatur eo maris ſive aquarum nitor electro ſimilis. Eſt enim electrum ſuccini genus pellucidum, quod in oſtiis Scythicorum amnium, & Padi naſcitur. δάκρυον Ἡλιάδων à poëtis vocatur, id eſt, *lacryma filiarum Solis*, quas in morte Phaëthontis fratris ſui exſtillarunt. Quin & voce ea cryſtallus intelligitur, quod nihil aliud eſt, quam aqua gelu contracta, coactaque ſecundum philoſophos. Hinc Electræ nomen, Oceani & Tethyos, ut fabulantur, filiæ. Harpujas

pujas quoque inter Thaumantis & Electræ filias collocat Heſiodus, & ſorores Iridis eſſe tradit. Quo nomine φυσικὰς venti & imbres deſignantur, qui Iridem ſequi ſolent, vel hoc ideò dicunt poëtæ, quod utriuſque ſubjectum ſit aër, in quo & venti & arcus cæleſtis gignuntur. Duas recenſet Heſiodus, Aellò & Ocypeten. Totidem Apollonius & Iſacius apud Lycophronem. Virgilius autem tres eſſe ait, *Aello*, *Ocypeten* & *Celæno*. Sic dicuntur, quod venti ſecum omnia rapiant, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, quod eſt, *rapere*. *Canes Iovis* interpretatur Apollonii Scholiaſtes. nempe Jupiter eſt aër; ventus verò eſt motus, tum exhalationis per aërem, tum aëris ejus, quem exhalatio ſecum rapit. Quæ exhalatio partim ex puriore Oceani aqua, partim è terris per ſolis radios extollitur. Unde & Ponti & Terræ filias dixere Harpujas teſte Servio, eaſque ideò inſulas habitare ait, partem maris tenentes. Nec alia de cauſſa Thaumantis, & Electræ Oceani filiæ ſobolem fabulati ſunt, utilitatem ſcilicet cum ſuavitate commiſcentes, quoniam ex vaporibus aqueis, præſertim marinis, gignuntur venti. Tum etiam ipſa nomina Harpujarum belle conveniunt admirandæ ventorum naturæ. Nam Aello eſt ἄελλα, id eſt, *procella*. Maro de aquilone:

Ille volat ſimul arva fuga, ſimul æquora verrens.

Ocypete à celeritate nomen habet. Nihil vento celerius. hinc & alatæ finguntur Harpujæ, & laudat eas Heſiodus, à pernicitate volandi. Celæno, quam πολιόκελλω vocat Homerus, & Zephyri matrem eſſe fingit, à nigrore appellationem ſortita eſt. Ventis quippe offuſcatur cælum, à κελαινὸς, *niger*. Valerius Flaccus: *Inſequitur niger & magnis cum fratribus Eurus*. Hinc & *nigram hieni pecudem & tempeſtatibus agnam* immolaſſe leguntur Veteres, ut teſtatur Maro 3. Æneid. Sunt qui & quartam adjungunt *Thyellam*, qua nihil aliud ſignificatur, quam procella, ſeu flatus ventorum procelloſus. Hiſtoricè qui interpretantur fabulam, per Harpujas intelligunt pellices Phinei regis, quas aula expulere Calais & Zetes Boreæ, non venti, ſed Septentrionis reguli ex Orythia Iliuſſum rapta, filii; quorum ſororem Cleopatram, vel ut Servius tradit, Cleobulam duxerat uxorem. Poëtæ aves fuiſſe memorant rapaces Phinei filias. Eas ſic deſcribit Maro lib. 3. Æneid.

Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluvies, uncæque manus, & pallida ſemper
Ora fame.

Quæ

Quæ descriptio nulli avium generi magis convenit, quàm vespertilionibus Darienes in America, ut testatur Martyr lib. 6. Ocean dec. 3. Sed hoc genus avium Veteribus ignotum est. Plura Natalis Comes, qui perperam Harpuias cum Stymphalidibus confundit, nec rectè Giraldus, qui Harpuias & Furias infernales pro iisdem habet. Distinguuntur enim ab Hesiodo, qui diversos utriusque natales in hoc libro assignat. Videatur etiam πολυμαθίστατον Vossius in eximio & sæpius à me laudato opere lib. 3. cap. 19. Θαύμας.] Nomen ab admiratione fictum, ob Iridem, quam genuit. Βαθυῤῥείταο.] Æol. pro βαθυῤῥείτου, quod à βαθυῤῥείτης, pro communi βαθύῤῥοον, epitheton maris, à profunditate.

266. Η'λέκτρῳ.] Sic dicitur à nitore seu splendore aquarum, quæ electro similes. Ω'κεῖαν.] Celerem vocat quod nuncia sit Iunonis. hinc & alata fingitur, & ποδώκεμον dicta ab Homero, id est, *ventipes*, à pernice volatu. Γ'ειν.] Ab εἴρω, τὸ αἴσσω, inquit Eustathius, quia denunciat Iunonis, id est, aëris constitutionem. Nec pluviæ tantum index est, sed & serenitatis. Sed hæc Iridis significatio naturalis est, supernaturalis ejusdem denunciatio è sacris litteris petenda est Genes. c. 9. Ubi docet Deus se arcum cælestem in nubibus posuisse, ut esset signum promissionis, videlicet, non futurum amplius, ut mundus totus aquarum inundatione pereat.

267. Η'νηνέμας.] Ενηνέμας. Α'ρπυίας.] Sic vocantur ab ἁρπάζω, *rapio*, quod cibaria raperent ex ore Phinei. Suidas interpretatur, δαίμονας ἁρπακτικάς. Notetur, ultimam in ἁρπυίας corripi, Dorienfium more. Ω'κυπέτῃν.] Παρὰ τὸ ὠκέως πέτεσθαι.

268. Πνοιῇσι.] Ion. πνοιῆσι, à πνοιὰ, pro πνοὰ, *flatus*. Οἰωνοῖς ἅμα.] Pro Α'μα οἰωνοῖς, anastrophe.

269. Ω'κείῃς πτερύγεσσι.] Ω'κείαις πτέρυξι. Virgil. de Harpujis:

Iam jam linquo acies: ne me terrete timentem
Obscœnæ volucres, alarum verbera nosco.

Μεταχθονίαν δ' ἰάλλει.] Vulgatus interpres: χθόνιον pro cælo accipit, quod insolens videtur H. Stephano, qui propterea legendum putat, μεταχθόνιαν, hoc est, μετέωρον, *relictâ terrâ*. Equidem nihil hic mutandum censeo, cum & eodem modo loquatur Apollonius lib. 2. Argonaut. ubi de Iride cum Harpuiis fugata pulsaque sic ait: ἣ δ' ἀνέρπυζεν Ουλυμπόνδε θοῇσι μεταχθονίῃ πτερύγεσσι. ubi vide quæ notavit præcessor meus Hoelzlinus. τὸ ἰάλλειν hic est πέτεσθαι: alias significationem habet ἵημι.

270. *Φόρκυϊ.*] De Phorco Ponti ac Terræ filio ſupra dictum, ubi fabularem quoque ejus hiſtoriam ex Varrone & Servio dedimus, nec non figmenti illius Phyſicam expoſitionem. Nunc quas è Cetone ſuſceperit filias hoc loco enarrat poëta. Et primò quidem Græas recenſet, ſic dictas, quod ab ipſo nativitatis exordio fuerint canæ, ut & nomen ipſum indicat. Duæ memorantur Pephredo, & Enyo. Alii tres ſtatuunt, prioribuſque Dinon addunt. Athenienſis Apollodorus lib. 2. non iiſdem nominibus appellavit, ſed Pemphredo, Erito, Dono, quibus & alteram Iæno ſubjungit Melanthes in lib. de Myſteriis. Gorgonum ſorores fuiſſe dicuntur natu ſeniores. In Scythia habitaſſe feruntur à Gorgonibus diſtinctæ, unicum duntaxat habentes oculum & dentem, quibus viciſſim inter ſe tres uterentur, quem oculum & dentem communem rapuit Perſeus, cum ad cædendam Meduſam proficiſceretur, quos tam diu retinuit, quamdiu illæ nymphas, quæ alatos calceos haberent, indicaſſent, hoc eſt, Gorgonas. vide Eraſmum in *Orci galea*. Qui Phyſicè Græas interpretantur, per Phorcyn intelligunt circularem aquarum marinarum motum. Ceto maris eſt profunditas, in qua ſunt cete ſive balænæ. Græarum vocabulo deſignari volunt ſpumam maris albicantem. Unda enim brevibus colliſa ſpumas facit, quæ canæ videntur. Natalis eo nomine cognitionem & prudentiam, quæ non niſi longa rerum experientia acquiritur, ſignificari docet. Iſacius Pephredo ſic dictam putat ab horrore, quem navigare primùm incipientibus incutere ſolent fluctus ab ima maris profunditate concitati, tanquam à *φρίσσω*, *horreo*, unde *φρῖξ*, *fluctuum*, *vel maris fremitus* apud Homerum. Alii potius à *φρίζω* deducunt, id eſt, *dico*, cujus præt. medium *πίφρασμαι*, hinc *Πεφρηδώ*, verſo *α* in *η*, Ionicè ob metrum. At Enyo eſt ab *ἐναίω*, *inclamo*, cujus ſimplex thema *αὐω*, à quo *αὐτή*, *bellum*: vel ut Euſtathio placet ab *ἐνύω*, *τὸ φονεύω*, *occido*, & *πολεμικὴ θεὰν* interpretatur. Latinis *Bellona* dicitur. Hîc una eſt Phorcydum, ſic forte dicta, quod multis per mare navigantibus exitio ſit. Sequuntur Gorgones ex iiſdem parentibus ſeu monſtris natæ, ſorores Græarum, quæ tres memorantur ab Heſiodo, Stheno, Euryale, & Meduſa. Eas ita deſcribunt poëtæ, ut capita habuerint draconum ſquamis obſita, dentes maximos ſuum inſtar: manus & alas, quibus per aëra ferebantur, & ſe intuentes in ſaxa vertebant. Alii Gorgonem animal quoddam eſſe in Libya tradunt vitulo marino perſi-

perſimile, cujus ſpiritus ſive halitus adeo ſit noxius ac peſtilens, ut obvia quæque animalia perimat, comamque habere dicitur è fronte ad oculos demiſſam, quam qui adſpexerit, protinus concidit mortuus. Serenus puellas fuiſſe ſcribit tantæ pulchritudinis, ut ſiquis adoleſcentum eas vidiſſet, ſtatim quaſi ſtupore torperet. Unde fingunt, in lapidem fuiſſe verſum quiſquis eas aſpexiſſet, quod Græcis eſt λιθωθῆναι. à quo λίθος & ἀλίθιος, pro *homine ſtupido & ſenſus experte*. Diodorus Siculus, quod vero ſimilius videtur, fæminas fuiſſe ſcribit in Africa bellicoſas, adverſus quas Perſeus bellum geſſerit, & Meduſam earum reginam debellaverit ac interfecerit. Tamen meritò quis dubitet, an non Gorgones à poëtis tantopere decantatæ, ſint eædem, quæ Gorgades Africæ inſulas habitaſſe dicuntur, fœminæque fuere hirtis corporibus, viros pernicitate ſuperantes, ut Plinius tradit. γοργὸς enim Heſychio, ὀξυτικὸς, ταχύς. Certè ex nominum ſimilitudine natæ videntur hæ fabulæ. Marcianus, ut docet Salmaſius, Gorgadum (vel ut alii ſcribunt, Gorgodum) inſulas obverſas eſſe ſcribit promontorio, quod vocatur Heſperuceras. Et Heſiodus noſter, eas habitaſſe refert in extremis Iberiæ partibus ad occidentem ab Heſperidibus inſulis non procul diſtantes, qui locus eſt in Africa. Fabulæ interpretationem dat Fulgentius in primo. Baconus in libello ſuo jam memorato cap. 7. fabulam de belligerandi ratione & prudentia confictam eſſe tradit. Per tres Gorgones bella repræſentari ait. Ex his una mortalis erat, quam Perſeus debellandam ſuſcepit, eo docens, bellum ejus fuiſſe conditionis, quod confici & ad exitum perduci poſſit. Græarum nomine proditiones intelliguntur, bellorum ſcil. ſorores, non germanæ illæ quidem, ſed generis nobilitate quaſi impares. Canæ à nativitate finguntur, & tanquam vetulæ propter perpetuas proditorum curas & trepidationes. Ex capite autem Meduſæ amputato proſiliens Pegaſus, famam denotat, quæ per omnia volat & victoriam celebrat. Verum Tzetzes ad Naturam reducit, Gorgonaſque exponit aquas ſic dictas à fremitu maris. Ad quas accedit Perſeus, hoc eſt, Sol, qui divinæ quaſi mentis adminiſter Naturæ actiones ſapienter & utiliter perficit. Hic Meduſam, quæ ſola mortalis erat, dicitur occidere, cum ſolam aquam maris ſubtiliorem ac ſupernatantem extenuat & extollit, reliquis aquis in imo ſubſidentibus. Ad mores etiam accommodari poteſt fabula, ſi per Gorgones intelligantur volu-

ptates & illecebræ, quibus ſtulti velut in ſaxa convertuntur. Illas facilè ſuperat, qui ſicut Perſeus ægide & gladio Mercurii, hoc eſt, divina ope & animi fortitudine fuerit inſtructus. Φόρκυϊ.] A recto φόρκυς. Dicitur & φόρκυων, ωνος. Dæmon marinus, fortè à φορκὸς, id eſt, *canus*, *rugoſus*, Heſychio: vel ὡς ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι ἐν κυμάτων, *quod per maris fluctus feratur*. Γραίας] Sic dictæ ob caniciem. γραῦα enim *anus*. Καλλιπαρήους.] Hoc epitheton vix convenire videtur aniculis. hinc alii legunt καλλιπάρῃους, ut referatur ad Ceto, quam & ſupra epitheto illo inſignivit poëta.

271. Ἐκ γενέθης.] Ἀπὸ τοῦ γένεσθαι. Πολιάς.] *Canas* adjectivè: alii σεμνὰς interpretantur, id eſt, *venerandas*, ob caniciem.

272. Χαμαὶ ἐρχομένοις.] Ἐπιχθόνιοι. hominum epitheton.

273. Εὐπέπλου.] Ion. ἐὔπεπλον, *pulchro peplo indutam*, id eſt, *formoſam*. Ἐννώ] Belli dea: hic nympha maris. Κροκοπέπλου.] *Croceo peplo amicta*. Scholiaſtes ſubtiliter diſtinguit inter ἐὔπεπλον, & κροκόπεπλον, quem vide.

274. Γοργοῦς.] A recto Γοργὼ, cujus plurale Γοργαί. Dicitur & Γοργὼν, όνος, à γοργὸς, *velox*, *terribilis*. Ναίουσι.] Κατοικοῦσι.

275. Ἐσχατιὴν.] Deeſt σὺν. Πρὸς νυκτὸς] Id eſt, Πρὸς τῷ ἑσπερίῳ δόμῳ. Ἵν' Ἑσπερίδες.] Locum deſcribit poëta, quem Gorgones incolunt, non procul ab Heſperidibus ſitum. Sunt autem Heſperides Heſperi fratris Atlantis filiæ, de quibus, & horto ipſarum aurifero ſuprà diximus. Etiam inſulæ hoc nomine in occidentali plaga Oceani ſic dictæ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, id eſt, *veſperæ*, quod ad ſolis occaſum ſitæ eſſent. Fabulam de Heſperidibus nymphis tam ἱστορικῶς, quàm φυσικῶς conſideratam ſupra dedimus. Celebrat eas poëta à ſuavitate cantus. Hæc laus, ut virginibus propria eſt, ad naturam refertur à Scholiaſta, qui Heſperidum nomine ſtellas intelligit. Has λιγυφώνους appellari ait ex Pythagoræorum ſententia, ob incredibilem harmoniam ſive concentum, quem aſtra præcipuè circa Gades efficere creduntur, ut ait auctor lib. de mundo. Nomina Gorgonum ſunt Stheno, Euryale, & Meduſa, ex quibus una, quæ mortalis fuit Meduſa; à Perſeo decollata dicitur: reliquæ duæ ſorores, ut fabula eſt, immortales Perſeum nequivere conſequi, quod Orci galea obtectus non cerneretur: hinc illæ tandem cum perſequi deſtitere. Sed hæ Gorgonum appellationes, ut dici cœptum, Naturæ rebus quam optime conveniunt. Nam Stheno robuſtam ſignificat, quo nomine denotatur aqua-

rum

rum vis seu violentia. Euryale maris latitudinem designat. Medusa supremam aquam & subtilissimam, vereque regiam exhibet, quam Perseus, id est, Sol suo motu & calore exhaustam ad se attrahit & quasi abscindit ab aliis aquis, quæ crassiores sunt, nec à Sole ob gravitatem attolli possunt. Unde hæ immortales & senii expertes finguntur: Medusa autem mortalis, & à Perseo obtruncata. Ἵνα.] Ὅπως. Λιγύφωνοι.] Sic dictæ Hesperides ob cantus suavitatem.

276. Σθενώ.] Quasi dicat, *robusta*, à σθένος, *robur*. Inseritur iota ob metrum. Εὐρυάλη] Τὸ ἐπίμηκες τῆς θαλάσσης, designat hæc nympha. Μέδουσα.] Quæ *curat*, vel *imperat*, à μέδω, τὸ βασιλεύω. Λυγρῶς· παθοῦσα.] Non sine caussa, cum Neptunus ei stuprum intulerit, Minerva crines in angues commutarit, Perseus denique eam dormientem obtruncârit.

277. Ἡ μὲν.] Medusa. Ἔλυ.] Ἦν. Αἱ δὲ.] Ἔτερα nimirum, Stheno, & Euryale. Ἀγήρω.] Μὴ γηράσκουσα.

278. Τῇ ὑ μιῇ.] Refert poeta, quomodo Neptunus cum una Gorgonum, nempe Medusa, quæ mortalis erat, concubuerit, & quidem verno tempore in molli & florifero prato, tanquam lecto nuptiali. Alii in templo Minervæ id factum à Neptuno fabulantur. Quam injuriam graviter ferens Minerva Medusæ crines, quibus amatori suo placuerat, in angues mutasse fertur, dedisseque, ut omnes eam aspicientes in lapides verterentur. Scholiastes ad res naturæ reducit omnia. Neptunus mare est: Medusa vis sive motus aquarum in sublime tendens. Cum Neptuno concubuisse dicitur, quia ejusmodi exhalationes è maris sinu producuntur, & in altum extolluntur, idque verno tempore, cum mare placidum stat ventis, & ob Zephyros commoda est navigatio, ut alibi docetur ab Hesiodo. Baconus, ut supra ostendi, fabulam politicè exponit, quem consule. Moraliter quoque per Medusam diximus intelligi posse voluptatem, cujus comæ in serpentes commutatæ significant infamiam, qua illustres fœminæ deformantur amissa pudicitia. Τῇ μιῇ.] Pro μιᾷ, Medusæ videlicet. Παρελέξατο.] Συνεγένετο, ex σὺν, & λέχομαι significante, *cubo, dormio*. Κυανοχαίτης.] Ποσειδῶν. Sic dicitur à *cærulea cæsarie*. κύανος, *cæruleus*, & χαίτη, *juba, coma*. Eo significatur cyaneus aquæ marinæ color.

279. Εἰαρινοῖσι.] Εἰαρινοῖς, ab εἶαρ pro ἔαρ *ver*. Verna enim anni tempestas, ut temperatissima est, ita & amoribus aptissima.

280. Τῆς δ' ὅπ ἀπ] Docetur hic; quo pacto ex amputato Meduſæ capite nati ſint Chryſaor & Pegaſus. Cædem hanc Meduſæ præter alios jam dictos ſcriptores, ad hiſtoriam quoque refert Pauſanias in Corinthiacis: ubi inquit, Meduſam fuiſſe filiam Phorbi, quæ mortuo patre regnum ab illo acceperit eorum populorum, qui Tritonidem paludem accolunt, ſolitamque in venationes & pugnas cum iis populis, quibus imperabat, exire. Verum cum lectiſſimis Perſei copiis, quas ille ductabat ex Peloponneſo, obvia fuiſſet, in acie noctu per inſidias in caſtris trucidata eſt, cujus vel mortuæ pulchritudinem admiratus Perſeus, ut omnibus eſſet ſpectaculo, præciſum caput in Græciam portavit, quo viſo homines præ ſtupore dicti ſunt in lapides converti. Fabulatores, ut ſupra retulimus, Meduſam è beſtiis unam fuiſſe ajunt admirandæ & inuſitatæ formæ, quæ procul à gregibus ſuis aberrans ad paludem Tritonidem populos illius gravi clade affecit, donec à Perſeo, adjuvante Minerva, fuerit occiſa. Scholiaſtes Meduſam φοιτᾶσ ſupernatantem maris aquam interpretatur, quam Perſeus, id eſt, Sol dicitur occidere, cum eam extenuat & in vapores reſolvit. qui & nomen illud deducit ἀπὸ τῆς φορᾶς σθένους, id eſt, ὁρμῆς, à motu vehementiori, quod Soli imprimis convenit. Ex reciſa igitur cervice Meduſæ primum natus eſt Chryſaor, abſque patre, ut tradit Heſiodus. Alii patrem illi tribuunt Neptunum, & matrem Meduſam, cui caput abſtulit Perſeus. Hæc vix digna eſſent quæ tranſmitterentur ad poſteros, niſi præclarior quæpiam & utilior ſub his fabellis lateret doctrina. Hinc Chryſaor nonnullis eſt Sol, ob radios ſolares auri colorem referentes. Scholiaſtes materiam fulminis viſcoſam eſſe ait, quæ poſtea igneſcit gladiique inſtar fulgidi per aërem diſtringitur. Nec ſine cauſſa Neptuno patre progenitus fingitur, quod ex aquoſis vaporibus in ſublime elevatis gignuntur fulgura & imbres. Ex eodem Meduſæ ſanguine Pegaſus ortum cepit, equus alatus, ſic dictus teſte Heſiodo, ἀπὸ τῆς πηγῆς, quod juxta Oceani fontes natus eſſet. De eo fabulantur poëtæ, quod cum in montem Helicona evolaſſet, ſaxum ungula feriens fontem aperuerit, qui ex eo Hippocrene, id eſt, *fons equinus*, ſeu *caballinus* eſt appellatus, Muſiſque ſacer fuit. Phyſiologi eo nomine nubes deſignari ajunt, quæ in altum ſubvolant, perque mediam aëris regionem avis inſtar deferuntur, aquæ pluviatilis & fontanæ ſcaturiginis. At Clariſſimus Voſſius fontanam

aquam

aquam eo designari putat, quæ cum purior sit alia, & aëri similior, equi alati instar altissimos montes ascendit. Qui navem fuisse existimant citissimam & expeditissimam, qua vectus Bellerophon, illi ad historiam respiciunt, de qua Plutarchus in claris mulieribus, & prædictus Vossius lib. 2. de Gent. idolol. cap. 80. Bacono Pegasi nomine famam significari supra diximus, quæ victoriæ comes est, eamque longè lateque volando disseminat. De eo autem hic perhibetur, quod relicta terra in cælum subvolarit, Jovique tonitru suum apportet & fulgur; quæ quam scitè rebus Physicis conveniant, nemo non videt. E vaporibus enim Solis calore elevatis fiunt nubes: è nubibus tonitrua & fulgura, præsertim si nubibus incluſæ sunt exhalationes siccæ & calidæ, quæ postea vi erumpunt, & per aërem diffunduntur non sine terribili fragore. Hinc & in domo Jovis habitare dicitur, hoc est, in summa aëris regione, ubi generantur ejusmodi meteora. Inter stellas tandem collocatus est Pegasus cum Perseo, quem posteriorem pro Deo coluere Argivi, ut testatur Athenagoras in Legatione, & Sidonius carm. 9. Τῆς.] Ταύτης. Περσεὺς] Jovis & Danaës filius, à πέρθω, *expugno, dirimo.* cujus fut. πέρσω, à quo Περσεύς, quasi dicas, *vastator.* Ἀπέδειροτμήσε.] Id est, ἀπέταμε τῷ δείρῃ, ἤγουν τῷ τραχήλῳ, ut Hesychius exponit. Hic simpliciter vertendum, *abscidit*, quia additur κεφαλήν.

281. Ἔξίθορε.] Θόρω vel θορίω, *salio.* Χρυσάορος] Quasi dicat, *aureo gladio accinctus.* χρυσὸς enim *aurum*, & ἄορ, *ensis.* Etsi & Apollinis epitheton, ob radios solares, qui pro ense sunt ipsi, & aurei coloris. Scholiastæ χρυσάορος, ὁ λαμπρὸς αἰών. vide supra.

282. Τῷ.] Τούτῳ.

283. Γείνατο.] Ἐγείνατο. Ἄορ.] Τὸ ξίφος, ab ἀείρω, *tollo*, ut placet Eustathio. Χρύσαορ.] Χρυσοῦν. Nominis ratio ex compositio reddita. Ἔσχε.] Pro Εἶχε. Μιδέ.] Ἐν. Φίλῃσι] Φίλοις.

284. Χ' οἱ μὲν.] Καὶ ὁ μέν, Perseus. Ἀποπτάμενον.] Ab ἀφίπτημι, *avolo.* Μηλόφορα μήλων.] Homerico more, hoc est, *pecorosam*, seu *pecoribus abundantem.* μήλων nomine non solum oves, sed & sues, capras, boves, & id genus alia designant Veteres.

285. Ἵκετο.] Ἀνέβη. Ἀθανάτους.] Θεούς. Ζηνὸς ἐν δώμασι.] Ἐν οὐρανῷ.

286. Σπερχθεὶς.] Ἀστραπῇ. Μηκάσατο.] Βαλδυπηῷ. Τὸ ἀστραπῇ Jovis significat poëta.

287. Χρυσάωρ.] Geryonis ex Chryſaore & Callirrhoë Oceani filia, generatio. Hiſtoriam ejus ſi ſpectes, fuit Geryon, ut nonnulli volunt, rex Hiſpaniæ, ubi fama eſt, tanti pabuli lætitiam eſſe, ut niſi abſtinentia impediatur ſagina, pecora rumpantur: unde etiam armenta ejus fuerunt tantæ famæ, ut Herculem ex Græcia (alii Herculem Tyrium à Græco diſtinctum faciunt) prædæ magnitudine illexerint. Triceps vel tricorporeus fuiſſe fingitur, propter tres inſulas Balearicam majorem, minorem, & Ebuſam, quas cum fratribus concors tenuit. Juſtinus ſcribit tres fuiſſe fratres tanta inter ſe concordia, ut eſſet una & eadem earum voluntas, quod & Strabo confirmat in Eliacor. primo. Dictus præterea eſt Geryon canem habuiſſe duorum capitum in Erythea, ac ſeptem capitum draconem ex Typhone & Echidna natum, qui boves ipſos cuſtodiret. Habuit item ſuæ crudelitatis miniſtrum atque diligentem Eurytionem. Huc profectus Hercules, Geryone, caneque Ortho, nec non dracone & paſtore Eurytione interemptis, boves ex Oceani inſula Gaddir, vel Gadibus ad Tarteſſum per id temporis celeberrimam Iberiæ civitatem abigebat. Alii Geryonis fabulam ad naturam referunt. Eo enim nomine fulmen & tonitru deſignari putant, à γηρύω, *ſono*, *clamo*. Triceps fingitur ob triplicem fulminis vim ac virtutem. Nam eſt terebrans materie ſubtili; diſcutiens materie ventoſa: & urens materie viſcoſa. Scholiaſtes ita vocatum exiſtimat ob præterita, præſentia & futura: vel ob Lunæ poteſtatem, & trinam faciem, quæ propterea triformis Dea appellatur. E Chryſaore natus dicitur, ob materiam fulminis viſcoſam & igneam. Mater ejus eſſe fingitur Callirrhoë Oceani filia, quia nubes, qua conſtringitur fulmen, mari ortum debet. Hercules autem boves Geryonis abegiſſe fertur Ortho & paſtore Eurytione interfectis, quando Sol, qui per Herculem ſignatur, nubium exhalationes ſurſum attollit, vique ſua tandem eas diſpergit, & per aërem abigit. Sunt autem boves, tonitrua, tauri, ſeu bovis in morem longè lateque ſonantia; vel ignea illa vis, quæ nube rupta in terras vibratur. Cum verò bobus hiſce ſedes eſſet tribuenda, datus eis eſt locus in occidente, idque in inſula: partim quia ex locis humidis proveniunt vapores, materies nubium; partim quoniam intra nubes fulmina contineantur, donec eruperint. Τεχίφιλον.] Τεχιόφιλον. Hinc Geryonem *Tergeminum* appellat Virgilius: *ter amplum* Horatius. Γηρυονῆα.]

γῆα.] Triplici terminatione effertur hoc nomen, Γηρύων, Γηρυόης, & Γηρυονεύς, à γηρύω τὸ φωνῶ. vide ſupra.

288. Μιχθεὶς.] Συμπλοκήν. Καλλιρόῃ.] Metri gratia pro Καλλιῤῥόῃ, quaſi καλῶς ῥέουσα. Κύρῃ.] Θυγατρί.

289. Τόν.] Τοῦτον, nempe Geryonem. Ἐξεναίριξε.] Ἀνεῖλε, verbi ἐξεναίριζω, occido. Ἔναρα, ſunt *ſpolia bellica*. Βόα Ἡρακληείην.] Ἡρακλῆς.

290. Εἰλιπόδεσσι.] Ab εἰλίπους. Bovis epitheton, quod *pedes inter eundum vertit & incurvat*, ab εἰλίσσω, *flecto*, quaſi εἰλίπους, verſo ſpiritu aſpero in lenem Æolicè. Εἰν.] Ἐν. Ἐρυθείῃ.] Erythia nomen inſulæ contra Luſitaniam ſitæ, ut refert Plinius: eſt & alia Gadibus vicina. Straboni γάδειρος appellatur, à Punico vocabulo γάδιρ, id eſt, *ſepimentum*, quod undequaque aquis ſepta eſſet.

291. Ἤμβλε τῷ.] Pro ἐν ἡμέρᾳ ταύτῃ. Ἤλασεν.] Ἀπήλασεν. Εὐρυμετώπους.] Epitheton bovis à latâ fronte.

292. Τίρυνθ'.] A recto Τίρυς, non Τίρυνθος, oppidum in Peloponneſo, patria Herculis, qui *Tirynthius* inde appellatur. Γερὶ.] Sic vocat Tirynthum, quod Cyclopes eam muro cinxerint, ut teſtatur Strabo, itemque Iſaacius, qui Geryonem quoque Tirynthium fuiſſe ſcribit. Διαβάς.] Διεκπεράσας. Πόρον Ὠκεανοῖο.] Τὸν ὠκεανὸν, periphraſticè.

294. Σταθμῷ.] Subaudi ἐν. Ἠερόεντι.] Σκοτεινῷ.

295. Ἣν ὀλοὴν ἔτεκε.] Deſcribit Echidnam, Chryſaoris item, & Callirhoes filiam, quæ ſecundum poëtas nympha fingitur dimidia ſui parte virginem referens ſpecioſam: dimidia ſerpentem ingentem & varium, in caverna diverſans & cruda mandens. Scitè & artificiosè ſub hac fabula depingitur naturæ opificium. Nam per Echidnam intelligit poëta ſpiritus ſive exhalationes terræ concavitatibus incluſas, quæ terram impellendo & concutiendo motus excitant. Hos terræ motus propter ficcas exhalationes ſurſum tendentes nympham vocarunt, & quidem ſpecioſam. Cum vero ejuſmodi exhalationes intra terram concluſæ ſibilum & ſtridorem edant, & venenatam habeant qualitatem, hanc inferiori ſua parte ſerpentem referre dixerunt crudivorum & varium. crudivorum, ob materiæ cruditatem & indiſpoſitionem, ex qua conſtat: varium, ob diverſos terræ motus, quos efficit pro diverſitate exhalationum. Hi autem ſpiritus cum nullo tempore deficiant, dicitur Echidna immortalis & ſenii expers. Denique & locus ei aſſignatur ſub

imis terræ latebris longè ab hominum Deorumque consortio. E terra enim prorumpunt exhalationes, nec motus tantum efficiunt, sed & aërem veneno suo inficiunt, quæ cuncta, ut ex jam dictis patet, Physicæ sunt contemplationis, naturamque nobis exponunt ἀναθυμιάσεων sive exhalationum. Η΄δε.] Callirrhoë. Α΄μέιχανον.] Α΄καλαμάχητον. Οὐδὶν.] Καθ' ὑδὸν. Ε΄οικός.] Ο΄μοιον.

297. Σπῆι.] Stephanus legendum putat σπεῖι, tanquam à poëtico σπεῦς, pro σπεύς, sed nihil hic mutandum, cum non semel eo dativo utatur Homerus, & plurali σπήεσσι, pro σπείρασι, verso ε vel ει, in η Ionicè. Ε΄ϊ.] Ε΄ν. Κεφαλοφόρεια.] Μεγαλόψυχον. Ε΄χιδναν.] Proprie ἔχιδνα, *vipera*. ὡδὲ τὸ ἔχιν ἐν ἑαυτῇ ἰὸν, id est, φάρμακον. Hic nympha fingitur. Η΄μισυ.] Καθ' ἡμίσειαν.

298. Ε΄λικώπιδα.] Μελανόφθαλμον. Καλλιπάρηον.] Εὐπρόσωπον.

299. Πέλωρον.] Ταραχώδη.

300. Ποικίλον.] Πολυειδῆ, ἀλλόφορον. Ὠμηστὴν.] Ὠμοφάγον, *crudivorum*, & ex consequenti, *sævum*. Υ΄πὸ κεύθεσι γαίης.] Ε΄ν χειλώμασι τῆς γῆς.

301. Ε΄νθα.] Ε΄νταῦθα. Οἱ.] Αὐτῇ.

302. Τηλῦ.] Πόρρω.

303. Δάσσατο.] Ε΄δάσσατο, à δάζομαι, *divido*, vel *dividendo assigno*. Κλυτὸς δώματα.] Τὸ αὐτάλαιον, Catachresis. Ναίειν.] Οἰκεῖν.

304. Ε΄ρυτο.] Pro ἠρύτο, hoc est, κατέσχεν. Εἰν Α΄ρίμοισιν.] Pro ἐν Α΄ρίμοις. Arima locus sive mons est Ciliciæ, vel ut aliis videtur, Lydiæ, ubi Typhæum terra obrutum fabulantur poëtæ. Strabo per *Arima* intelligit *Syriam*. Virgilius præverbio & nomine in unum conflatis *Inarimen* dixit lib. 9. Æneid. *Conditur Inarimes ingenti mole Typhæus*.

305. Α΄γήραον.] Α΄πειρον ὃ γήρως. Η΄μαθὰ πάντα.] Τὸν ἀεὶ χρόνον.

306. Τῇ ὃ Τυφάονα.] Echidnæ cum Typhaone μίξιν describit. De Typhæo varia fabulantur poëtæ. Sunt qui Terræ & Titani filium esse fingunt, unum è Gigantibus, qui eo væcordiæ prolapsus est, ut Jovem de cæli possessione dejicere conaretur. Quapropter fulmine ab eo percussus, & sub Inarimen insulam detrusus dicitur. Strabo lib. 3. Pindarum aliosque secutus in Sicilia sub monte Ætna sepultum fuisse scribit. Alii

in

in Cilicia : alii in Syria ad montis Caucasi radices : nonnulli in Phrygia, aut Bœotia, aut in Pithecusis humatum asserunt. Et quia in Ægyptum Jove eum insecuto profugisse dicitur, sunt qui regem Ægypti fuisse contendant, hominem inhumanum ac ferum, ob cujus crudelitatem universa prope Ægyptus fuerit devastata & eversa, qui Typhon vocatus est, quod more draconis Ægyptum depopularetur, quem, ut ait Herodotus in Euterpe, Osiris de medio sustulit. Sunt qui per Typhœum historicè adumbrari putant Ogum regem Basan, quæ *Gigantum terra* dicitur Deuteron. 3. vers. 13. Nam & hic unus è Gigantibus fuit, quem cum reliquis Cananæis in Aramæa sive Syria debellasse fertur Josua. Nam Josua pro Hercule, qui una cum Jove, id est, divino fretus auxilio Gigantes prostravisse memoratur, fuit habitus, cum Herculea vi nil majus nossent Phœnices, cæteræque gentes. Et quemadmodum Typhœus dicitur fuisse homo portentosæ magnitudinis : ita & Ogus rex Basan, cujus longitudo erat cubitorum novem, & latitudo quatuor cubitorum. Lectus ejus fuisse traditur ferreus : Typhœi *durum cubile* prodidit Maro. Quin & nomina significatione inter se conveniunt. Og enim Hebræis, *ussit* : Typhon Græcis à τύφω, *accendo*, *uro*. At Hesiodus ad res naturæ refert figmentum ; qui Typhœum nihil aliud esse docet, quam ventum vehementiorem & pestiferum, qui venenata sua vi comburit & desiccat omnia. hinc ignei oculi tribuuntur huic monstro flammasque ex ore spirare perhibetur, ob materiam ventorum, quæ constat è siccis calidisque vaporibus. Aristoteles τυφῶνα ventum turbidum & orbe motum à Græcis appellari tradit. *Circium* vocat Plinius. Non dissimilis fuit ventus, qui navem impulit, qua Apostolus vehebatur Actor. 27. vocatur enim ἄνεμος τυφωνικὸς, quem & εὐροκλύδωνα ibidem appellari inquit Euangelista. Latini poëtæ, *aquosum*, *nubiferum*, *nigrum*, *tonantem* vocant, ut ad eum locum annotat doctissimus Beza. Echidnæ mixtus dicitur ab Hesiodo, propter exhalationes siccas & pestiferas, ex quibus etiam hic ventus constat. Neque enim simplex flatus est Typhon, sed è diversa gignitur materia, ac sæpe è duobus aut pluribus ventis ex contrario concurrentibus interque se convolutis ac luctantibus, qui cum ex ampliore loco in angustiorem incidit, contorquetur in gyrum, dolatusque in terram obvia quæque confringit & in altum res secum attollit & disjicit. Typhonis generationem & parentes

in

in posterioribus enarrat poëta. Τυφάονα.] Dicitur Τυφὼν, Τυφὼς, Τυφάων & Τυφωδὺς, à τύφω, uro, accendo, ut supra notatum. Μιγήμεναι.] Dor. infin. pro μιγῆναι, à μίγνυμαι. Ἐν φιλότητι.] Δι' ἔρωτα.

307. Υ'βριστὴν.] Pro ὑβριστικὸν. Sic Eupolis dixit, ἄνεμον ἀσταλῆ, ἀντὶ τοῦ βίαιον. Horatius eadem figura Africum, ventum vocat *protervum*, lib. epod. Od. 16. quem *crebrum procellis* Maro.

308. Η'δ' Ὄρθον κυνα μιφὴν.] Orthus, & Cerberus ex Echidna & Typhone nati. Orthum Geryonis canem fuisse supra ostendimus, sic dictum, ἀπὸ τοῦ ὄρω, hoc est, ὁρμῶ, ab impetu quo fertur. Eo autem nomine exhalationes intelliguntur ventosæ, quæ Solis calore attractæ cum impetu sursum feruntur. Hunc canem Hercules dicitur occidere, quando Sol evaporationes ejusmodi calore suo deprimit & absumit. Sol enim, ut ἀναθυμιάσεων excitator est, ita & earundem dissipator & extinctor. Ex Typhaone & Echidna natus fingitur, quoniam sub terra, ubi domicilium suum habere dicitur Echidna, exhalationum copia est. Canis vocatur, quia ventus ille canis instar rabiosi & impudentis nemini parcit, sed regiones, urbesque motibus suis sæpe evertit, & in imum terræ absorbet barathrum. Orthi frater Cerberus est, ex iisdem parentibus Echidna & Typhone procreatus. Fabulantur poëtæ Cerberum esse canem atrociſſimum, Orci custodem, qui omnibus ingressuris humanissimè blanditur: at neminem patitur exire, sed omnes egressuros altissimis & maximè horrendis latratibus deterret, quem ab Hercule catena ab inferis tractum fuisse iidem memorant. Eum aliquot epithetis describit Hesiodus. De eo sic item Virgilius:

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans immanis in antro.

Pausanias tamen in Laconicis Cerberum fuisse ait serpentem terrum & immanem, qui lustrum haberet in spelunca quadam apud Tænarum: qui quemcunque momordisset, continuo vis veneni interimebat. Sunt qui ad historiam, veramque narrationem traducunt figmentum. Nam referunt, quod cum Theseus & Perithous Helenam rapuissent, quæ obvenit Theseo, coactus est Theseus jurare se opem laturum Pirithoo, dum is quoque aliquam eximiam mulierem sibi raperet. Tunc in Epiro Aidonei Molossorum regis eximia forma filiam esse audientes, eo contenderunt, ut illam raperent. Est autem Aidoneus idem,

ídem, qui Orcus aut Pluto. Hujus filiæ nomen fuit Proſerpinæ: matri, Cereris: canemque habuit acerrimum, qui Cerberus dicebatur. Jubebantur cum Cerbero prius pugnare, qui Proſerpinæ nuptias peterent: qui victi, laniabantur. hanc Theſeus cum Pirithoo per inſidias rapere conati ſunt, quos cum non ut procos, ſed ut raptores acceſſiſſe intellexiſſet Aidoneus, in vincula conjecit, ac Pirithoum cani ſtatim vorandum expoſuit. Theſeo, cum ſponte ſua non acceſſiſſe cognoviſſet, pepercit: at in cuſtodias tradidit, donec ipſum jam in mortis periculo conſtitutum adveniens Hercules liberavit. Hanc hiſtoriam recitat Plutarchus in vita Theſei: item Cyrillus ferè initio lib. 1. contra Julianum deſertorem. Qui phyſicè fabulam interpretantur, iis nihil aliud eſt Cerberus, quam rerum naturalium generatio. Cum enim Typho ardens ſit, frigidiſſimumque animal Echidna, quæ viperam ſignificat, ex harum qualitatum commixtione fit ortus rerum naturalium: hinc efficitur, ut animalibus è cælo ad inferos deſcendentibus, hoc eſt, naſcentibus, Cerberus blandiatur; at contra nitentes, hoc eſt, morituras animas deterreat, quoniam Natura reclamat, nec æquo animo interitum ferre poteſt. At Sabinus & alii ex mythologis per Cerberum tricipitem intelligunt terram in tres olim partes diviſam, quæ defunctorum corpora tanquam canis devorat, ſic dictam quaſi κρεοβόρον, hoc eſt, *carniveram*. Eruditiſſimus Voſſius ad Lunam refert, & per triplicem Cerberum, ut tergeminam Hecaten, ſignificari ait triplicem Lunæ poteſtatem, quam præcipuè exercet in tribus elementis, cælo, terris, & inferis. Qui vero quinquaginta ei capita tribuunt, ut Noſter, vel centum, ut Pindarus, multiplicem Lunæ poteſtatem conſiderant. Scholiaſtes ad ventos transfert & exhalationes. Plato Cerberum, πομπὸν δαίμονα appellat. Quippe malignus ille Spiritus πολυκέφαλος, vel πολυκέφαλος dici poteſt, quod cælo exul in aëre regnat, & ſubjectæ ei aquæ terræque dominatur. Sunt qui moraliter fabulam interpretantur, & Cerberi nomine avaritiam deſignant, quæ multiceps dicitur, quod multorum ſcelerum & flagitiorum principium & fons eſt. Hunc Hercules trucidavit, cum ſingulari virtute & magnitudine omnes cupiditates & cuncta vitia terrena contempſit ac domuit. Epicurus vero philoſophus cum videret ficto hoc Cerberi monſtro, & Orci foribus objecto deterreri homines à voluptatibus, non modo Cerberum, ſed & omnia, quæ ſupplicium

cium aliquod nefariis hominibus apud inferos poſt mortem minitarentur, è medio ſuſtulit. Sic enim ex magiſtri ſui ſententia Lucretius lib. 3. de natura rerum :

Cerberus & Furiæ, jam verò lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus æſtus,
Hæc neque ſunt uſquam, nec poſſunt eſſe profectò.

Η'δ'.] Αὕτη δὲ, Echidna. Υ'πολυσταμβής.] Ἔγκυος γλωμβρά.

309. Γηρυονῆι.] Ion. dat. pro γηρυονεῖ.

310. Α'μήχανον.] Α'νίκητον, ἀδάμαστον. Οὔτι φαλειόν.] Οὐ ῥητὸν κατ' ἀξίαν.

311. Ὠμηστὴν] Ὠμοβόρον. Supra Echidnam eo nomine appellavit. Α''ιδαο.] Ion. Α''ιδος, ab Α''ιδης, pro Α''δης, *Pluto infernus*. Χαλκεόφωνον.] Poët. χαλκόφωνον, *æreâ voce latrantem*, hoc eſt, *ſonorâ & firmâ*. Sic & Stentorem vocat Homerus Iliad. ε.

312. Πεντηκοντακεφάλωον.] Sophocles τριπρόσωπον Α''δου σκύλακα dixit. Tibullus :

Cui tres ſunt linguæ, tergeminumque caput.

Bellua centiceps, Horatio. Α'ναιδία.] Α'ναισχυντον. Conveniens cani epitheton.

313. Τὸ τρίτον.] Ex Typhaone & Echidna quoque nata eſt Hydra. Fabulantur poëtæ in Lerna Argivi Mycenæique agri Hydram fuiſſe inſignem & magnopere formidabilem, quæ in palude lacui proxima verſabatur, capitaque habebat plurima, ſiquidem Naucrates Erythræus ſeptem, Alcæus novem, Heraclides Ponticus quinquaginta illa fuiſſe tradidit, quæ quoties unum eorum cædebatur, priorum numerus duplicabatur continuo, niſi quis conciſum reliquum colli thyrſum igni ſtatim combuſſiſſet. Id cum cognoviſſet Hercules, nulli labori, aut diligentiæ pepercit in illa opprimenda. Quippe adeo maleficum fuit & peſtiferum hominibus iſtud animal, ut non ſolum intra paludem ſe contineret, ſed & campeſtria omnia impetu facto devaſtaret, & in pecora vicinamque regionem crudeliſſimè ſæviret. Hinc proverbio locum dedit : Λέρνη κακῶν, *Lerna malorum*. de quo Chiliadum ſcriptor. Addit Heſiodus ad monſtrum hoc debellandum Iolai opera uſum fuiſſe Herculem. Aurigæ nomen eſt : nam in curru eò acceſſerat, cum ingens cancer Hydræ opem tuliſſet, quem Hercules conculcavit : nam ex accenſa ſylva propinqua accenſos torres Iolaus ad Herculem detulit. Unde factum, ut hunc laborem, quod ab Iolao adjutus fuiſſet, inter duodecim non receperit Euryſtheus.

ſtheus. Vide Eraſmum in proverbio: *Iolaum imploravit.* ubi & paulo aliam fabulæ expoſitionem affert ex Palæphato. Tzetzes hydræ nomine intelligit plurimos fratres ſeu adverſarios concordes, quorum uno ab Hercule occiſo ſubinde alii atque alii prodierunt in certamen, donec omnes obtruncati ſunt. Plato in Euthydemo ſcriptum reliquit, Hydram fuiſſe Sophiſtam ex Lernæo oppido, qui Herculem maledictis inſectatus eſt: cujus Sophiſtæ uno capite, hoc eſt, argumento ſermonis amputato, plura renaſcebantur. nihil ſophiſtica fœcundius: hæc una ratione confutata, plures ſtatim ſuggerit. Herculem vero perdifficili pugna belluam hanc viciſſe & ferro facibuſque oppreſſiſſe, ſignificat, virum ſapientem & facundum multiplices ſophiſtarum argutias & elenchos veritatis ſpecie adumbratos, ingenii viribus retundere. Unde & altero proverbio jactatur: *Hydram ſecas.* de quo idem Eraſmus. At nos poëtæ noſtri veſtigia prementes per Hydram intelligemus elementum id, in quo vivit, & unde nomen accepit. Nam Hydra ab ὕδωρ, id eſt, *aqua.* Lerna autem Argolidos erat palus, ubi egiſſe dicitur hydra Lernæa. Hunc ſerpentem occidiſſe fingitur Hercules, quando paludem eam exſiccavit Sol; qui per Herculem deſignatur. Sed neceſſaria quoque fuit opera Iolai, qui vicinam dicitur ſylvam accendiſſe. nempe ad exſiccationem loci hoc plurimum conferebat. Eo Iolaus torres dicitur detuliſſe ad Herculem, ne cervicibus hydræ aduſtis pro capite uno ſuccreſcerent plura. Horatius lepidè ad invidiam tranſtulit fabulam. Sic enim ille in epiſt. 1. ad Auguſtum lib. 2.

——— *Diram qui contudit Hydram,*
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit invidiam ſupremo fine domari.

Eſt enim invidia monſtrum innumeris armatum capitibus, quorum uno reciſo protinus duo ſuppullulant in ejus locum. Sic & Scholiaſtes ad hos verſus: Ὕδραν τὴν κρείσσονα λέγει. Ταύτην ὁ Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν, ἤγουν, ἡ δρεπὴ ἡ διανοηθεῖσα πᾶσαν κρείσσων ἀφανίσαι. ἢ πολυκέφαλός ἐστιν, ὥσπερ πολυκέφαλον ὕδρα. Cum vero in rebus arduis ac perplexis divina ope & conſilio indigeamus; dicitur illa Hydra ab Hercule occiſa conſilio Minervæ. Ὕδρλω.] Pro Ὕδραν. Hydra propriè ſerpens ſive coluber aquarius, qui Plinio *Enydris*, ab ἐν & ὕδωρ, *aqua.* Λύγε' εἰδῆαν.] Pro λυγρὰν ἢ λυγρὰ ποιοῦσαν, ab effectu.

314. Λερναίλω.] Ion. pro Λερναίαν. Erat autem Lerna, teſte

Scho-

Scholiasta, λίμνη ἐν Ἄργει. Θρίψει.] Pro ἴθρειψει. Λευκώλενον.] Epitheton Junonis à candore lacertorum. Λευκὸς enim *candidus*, & ὠλένη, *lacertus*, *brachium*.

315. Ἄπλητον.] Pro ἀπλήστως, hoc est, ἀμείπτως. Κοτέουσα.] Ὀργιζομένη. Βίη Ἡρακληείη.] Notum ex fabulis implacabile Junonis odium in Herculem.

316. Τλῆ.] Ταύτην. Ἐνήρατο.] Ἀνεῖλε, ab ἀναίρω, propriè *spolio*: metonymicè *occido*. Νηλεῖ.] Quod personæ proprium, gladio tribuit. Χαλκῷ.] Τῷ ξίφει, Synecd. materiæ.

317. Ἀμφιτρυωνιάδης.] Pro Ἀμφιτρυωνίδης epenthesi τοῦ α, Amphytrionis filius. Ἀρηϊφίλῳ.] Πολεμικῷ, q. d. *Martigrato*. Ἰόλαῳ.] Fuit Iolaus Iphicli fratris Herculis filius, qui patruo Hydram interficienti adfuit. Hic cum ad decrepitam ætatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt, de quo Ovidius 9. Metamorph.

318. Ἀθωαίης.] Pro Ἀθωᾶς. Ἀγελείης.] Sic dicitur Minerva, ὡς ἀπὸ τὸ ἄγειν λείαν ἀπὸ τῶν πολεμίων, quod *prædam ab hoſtibus abigat*. unde & λῃτις dicta Homero, & συλήτειρα Lycophroni, hoc eſt, *prædatrix*.

319. Ἣ ἦ Χίμαιραν.] Chimæræ natalis, quam Echidnæ ac Typhonis filiam eſſe affirmat. Monſtrum fuiſſe fingitur ignem ore ſpirans, capite leonino & cauda anguina. De eo ſic Homerus Iliad. ζ.

Πρῶτον μέν ῥα Χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐκέλευσε
Πεφνέμεν· ἤτοι ὃ θεῖον γένετο, οὐκ ἀνθρώπων·
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα,
Δεινὸν ἀπαπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Id eſt,

Horrendam primùm jubet obtruncare Chimæram,
Cui genus haud mortale fuit de ſtirpe virorum.
Prima leo, poſtrema draco, media inde capella,
Quæ graviter patulis ſpirabat naribus ignem.

Horatius quoque *triformem* nominat, lib. 2. Carm. Od. 17. Et alibi:

Quoque Chimæra jugo mediis in partibus hircum:
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Ad hanc occidendam miſſus eſt Bellerophon Glauci regis Ephyræ filius, qui Pegaſum conſcendens equum alatum, ſagittis illam transfixit; alii haſta petitam fuiſſe tradunt. Si Plutarchum audimus in lib. de claris mulieribus, Chimæram fuiſſe

dicit

dicit navim prædatoriam, cujus prora ignivoma leone, & puppis dracone insignita erat, eamque à Bellerophonte sublatam fuisse, interfectis piratis, à quibus maritima Lyciæ ora infestabatur. Pegasus autem, quo vectus dicitur Bellerophon, navigii genus fuisse tradit Palæphatus. navigia enim, cum ex alto procul cernuntur, alatorum animalium præbere speciem videntur, præsertim velis remisque impulsa ob celeritatem. Et Pegasi nomen id videtur indicare, quod nonnulli deducunt, ἀπὸ τῆς πήγνυσθαι, *à compingendo*. Ex asseribus compingitur navis. Idem tamen Plutarchus aliud ejus affert interpretamentum: nempe montem fuisse Chimæram, sonitus horrendos & incendia emittere solitum, quibus ager finitimus infestatus nec arbores, nec fruges produceret. at Bellerophonte jubente rescindi partem, quæ erat planissima, compositum fuisse consopitumque sonitum, & magnum adhibitum regioni remedium. A cujus sententia non multum discedere videtur Servius ad 6. Virgilii, qui montem Lyciæ fuisse tradit, cujus tum cacumen arderet, juxta quod leones essent: media vero pascua, & ima serpentibus plena. Meminit ejus quoque Plinius: *Flagrat in Phaselidi, mons Chimæra, & quidem immortali diebus ac noctibus flamma: ignem ejus accendi aqua, extingui vero terra aut fæno Cnidius Cteſias tradidit.* Sunt autem Phaselitæ in confinio Lyciæ. Alibi in ipsa Lycia ponit idem Plinius, quod ut vero similius probat Salmasius. Scholiorum auctor pro more suo ad Naturam refert figmentum. Per Chimæram designari putat fluviorum & torrentium imprimis naturam, qui Græcis χειμάῤῥοι. Triformis fingitur, quod hiberno tempore fluentes leonum instar sunt feroces & indomiti, obvia cuncta secum rapientes. At pars media capra est dicta, quoniam aqua ejusmodi torrens capræ instar, proxima quæque carpit. Ultima pars est serpens, quia obliquus & contortus est fluviorum omnium cursus serpentum instar. Hoc monstrum horrificum Bellerophon Pegaso invectus, id est, Solis calor æstivus interimit, quia cum cessat pluviarum copia per æstatem, tunc exsiccantur torrentes. Neque enim fieri potuit naturæ ductu, si fides habenda Lucretio, ut tam deforme monstrum alicubi nasceretur. Sic enim ille lib. 5.

Quæ fieri potuit triplici cum corpore, ut unà
Prima leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra,
Ore foras acrem flaret de corpore flammam?

Qui vero moraliter fabulam exponunt, per *triformem Chimæram* amoris petulantiam notari volunt. Voluptas enim corporis insultu leonino primum invadit hominem: deinde procacitatem & lasciviam inducit capræ more: hinc *caprissare*, pro lascivire Latinis. Postea vero pœnitentiam & venenum suum adfert, quod serpentis nomine significatur. Natalis etiam ad iram transfert: nam ira homines, tanquam leones furibundos reddit, quæ ex ebulliente sanguine circa cor excitatur, oculosque rubro colore tanquam flammis perfundit. Hujus media pars est capra, infestum plantis animal, quoniam maximè infesta est facultatibus ira, cum nullam neque utilitatis, neque honoris rationem habeat. Plura Fulgentius lib. 1. & 3. Mytholog. item Pierius lib. 1. & 4. Hieroglyph. Vide insuper Alciatum emblem. 14. nec non Sabinum ad librum 9. Matamorph. ubi & aliam figmenti hujus interpretationem adfert de tribus Rhetoricæ partibus, quam & Græcus Scholiastes habet, ad quos lectorem remitto. Η' δέ.] Echidna. Πδς πνέοντων.] Sic & Pindarus Χίμαιρᾶν πῦρ πνοισ(αν dixit in Olymp. Idyll. 13. Α'μαιμάκετον.] Hoc est, vel ἀπεσσομάχητον, vel ἄγαν μαιμῶσαν, ex α intendente & μαιμάω, *cum impetu ferar.*

320. Ποδάρκεα.] Ταχύποδα.

321. Τῆς.] Pro ταύτης. Η'ν.] Pro Η'σαν. quod in neutris nominibus frequentatum: rarius in fœmininis. Thebaicum esse docet Lesbonax. Τρεῖς κεφαλάς.] Hinc *triformis* Horatio, Od. 27. lib. 1. Χαροπούς.] Pro χαροπῦ. Χαροπὸς color ita dicitur, qui fulvus vel cæruleus esse creditur, leoni proprius. Aristoteles inter animositatis & virilitatis signa ponit, in Physiognom.

322. Η' δέ.] Ε'τέρα, nempe κεφαλή. Κεφαλεφόρτο δράκ.] Appositio. Nomen generale per specialius declarat.

323. Πρόσθε λέων.] Hic versus & sequens apud Homerum quoque leguntur. Πρόσθε.] Κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος. Ο'πιθεν.] Κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος. Μέση.] Μέση.

324. Α'ποπνείουσα.] Α'ποπνέουσα, per epenthesin Ϝ jota. Πυρὸς μένος αἰθομένοιο.] Πδς αἰθόμενον periphrastice. Lucretius: *acrem flammam* dixit in loco supra citato.

325. Τλῶ.] Ταύτλω. Εἶλε.] Ἀνεῖλε, *sustulit, occidit.* Βελλεροφόντης.] Ut Α'ργειφόντης. Fuit Bellerophon eques præstantissimus & adolescens formæ dignitate præstans, qui ad Chimæram delendam missus monstrum virtute incredibili confecit.

Vide

Vide Eraſmum ad proverb. *Bellerophontis litteræ*. quales fuerunt litteræ Uriæ à Davide: litteræ Lyſandri à Pharnabazo.

326. Η' ὁ' ὤρσε, &c.] Sphingis & leonis Nemeæi originem his verſibus deſcribit poëta. Sphinx monſtrum fuiſſe fingitur ex Echidna & Typhone natum, quam Juno irata in agrum Thebanum immiſit. Hæc virgineo ore ac pectore erat, pedes & caudam habens leonis: alas vero volucris. Sedem ſuam fixerat in Sphincio, vel ut alii ſcribunt, in Phycæo monte juxta Thebas, atque inde in viatores impetum facere ſolebat. Qua de re cum Apollo conſuleretur, non alium tanti mali finem eſſe reſpondit, quàm ſi quis Sphingis ænigma ſolviſſet. Id vero tale erat: Quodnam id eſſet animal, quod manè quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet: vel, ut Burdigalenſis poëta idem proponit Idyll. 15.

Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia ſolus.

Quod ænigma cum plurimi fruſtra conati eſſent diſſolvere, à Sphinge interempti ſunt, donec Creon Thebanorum tunc temporis imperator, edictum per univerſam Græciam promulgari juſſit, pollicitus ſuam illi ſororem Jocaſtam, quæ mulierum ſuæ ætatis erat pulcherrima, uxorem dare, qui Sphingis ænigma ſolveret. Cujus rei fama excitus Oedipus hunc in modum ænigma eſt interpretatus, ut hominem eſſe dixerit, qui in infantia manibus pedibuſque repens potius quam incedens, quadrupes eſſet. Deinde in medio juventæ robore non alio quam pedum adminiculo nitens, merito ut eſt, bipes dici poſſit. Aſſumpto ſcipione jam ſenex, tripes deberet judicari. Quam ænigmatis ſolutionem tam ægrè illa dicitur tuliſſe, ut protinus ſeſe de ſaxo præcipitans, fregerit cervices. Strabo lib. 9. Sphingem fœminam fuiſſe putat prædatricem, quæ juxta Moaben lacum, Phycæumque montem rapinas exercuerit, atque ex inſidiis erumpens ad hominum prætereuntium perniciem convolaverit. In eo autem monte in inſidiis conſedit, donec Oedipus ſuperata loci difficultate cum Corinthiorum exercitu illam ſuperaverit. Idem ſentire videtur Græcus interpres ad hunc locum. At Sabellicus principio Ennead. 7. lib. 1. Sphingem pernicioſum quendam hominem fuiſſe credit, qui ſua calliditate multos peremerit. Palæphatus ex Cadmi hiſtoria fabulam hanc natam putat, qui, cum uxorem haberet nomine Sphingem ex Amazonum genere, una cum ea Thebas pervenit: ubi occiſo Dracone rege Thebarum regnum invaſit:

Harmoniamque insuper (alii Hermionen vocant) Draconis sororem matrimonio sibi conjunxit. Quam rem Sphinx tam ægrè tulit, ut relicto viro cum plerisque eorum, quos secum è patria adduxerat, Sphincium montem occuparit, indeque quotidianas in Thebanos fecerit excursiones, donec Oedipus regis promissis excitus, montem noctu occupavit, Sphingemque nil tale suspicantem de medio sustulit. Dicta autem est Sphinx ænigmata indissolubilia propè viatoribus proponere, quia ob difficultates locorum nemo eam vincere poterat ante Oedipodis exercitum, qui omnes illas occultas ambages & locorum difficultates superavit. Alii tamen revera illam, cum latrocinia exerceret, ænigmata captivis proposuisse dicunt, quæ siquis solvisset, liber cum omnibus suis rebus dimittebatur. Quin & hinc ei nomen inditum volunt à σφίγγω, *constringo*, quod constricta & intellectu difficilia verba, hoc est, ænigmatica loqueretur. Qui ad mores fabulam referunt, diversimodè eam interpretantur. Cebes Thebanus in tabula sua Sphingem, ut typum sive symbolum ignorationis proponit; quæ triformis fingitur ob triplicem ignorationis causam efficientem. Nam virginea facies voluptatem repræsentat, fœdamque libidinem, quæ hominem in bolluam transformat, & ab omni vera disciplina rectaque institutione avocat. Plumæ volucres animi levitatem & inconstantiam declarant. Leonini pedes superbiam arrogantiamque significant, quæ causa omnium pernicioſissima est, & impedimentum homini, quo minus in rerum cognitione proficiat. Verba Cebetis ex Græco versa hæc sunt: *Sphinx est hominibus insipientia. Hæc autem proponit, quid bonum, quid malum; quid neque bonum, quid neque malum sit in vita. Quæ siquis minus intellexerit, ab ea interimitur, neque id semel, sicut is qui delapsus à Sphinge moriebatur, sed per omnem vitam paulatim absumetur, ut qui perpetuis suppliciis addicti sunt: contra vero siquis agnoverit, occisa tandem sapientia salutem ipse consequitur, & beatus & felix per totum vitæ curriculum evadit.* hæc ille. Ex hoc Thebani philosophi loco emblema struxit elegantissimum Alciatus vir non litterarum minus, quam Jurisprudentiæ laude clarus, quod ita se habet.

Quid monstrum? Sphinx est. cur candida virginis ora,
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.

Sunt

Sunt quos ingenium leve, sunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid Delphica littera possit,
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Namque vir ipse bipesq; tripesq; & quadrupes idem est,
Primaque prudentis laurea nosse virum.

Clemens Alexandrinus 5. Stromat. fabulam ad ingenii solertiam & corporis robur transtulit ob humanam faciem, & leoninum corpus, quod Sphingi tribuitur. Ad justitiam traducit Dio Chrysostomus, & torquet ad Sophistarum genus orat. 10. sub finem. Scholiastes Græcus malitiam animi subdolam & veteratoriam Sphingis nomine designari existimat. Sed ad Leonis Nemeæi generationem accedamus, quem similiter ex Echidna & Ortho natum esse tradit Hesiodus, educatumque à Junone, ut Herculi servaretur obtruncandus, gloriamque ei pareret immortalem. Hunc ille, ut primum laboris sui experimentum, juvenis adhuc nudis manibus apprehensum, unguibus dissecuit, atque ita occisi unguibus pellem detractam, pro scuto gestavit. Quæ consuetudo diu postea mansit, ut multi heroës pellibus pro scutis uterentur ad Herculis imitationem. Ita de Theseo, Ancæo, Argonautis, aliisque compluribus testatur Apollonius *Nemeæus* vocatur ille leo, à Nemea sylva Achaiæ, inter Phliuntem & Cleonas, unde irruebat in Amphitryonis armenta, quorum custodiæ præfectus erat Hercules. Sunt qui ex eo putant in honorem Herculis olim instituta fuisse solennia illa certamina, quæ à loco *Nemeæa* dicta sunt, de quibus legere est apud Pindarum. At cum multi fuerint Hercules, nec unius ætatis, aut gentis, sunt qui per Leonem Nemeæum intelligunt nobilem aliquem ac præpotentem latronem, qui hujus animalis vel insigne, vel nomen gesserit. Alii ex Sampsonis historia id tractum volunt, quem ab incredibili fortitudine Herculis nomine appellarunt Græci: vel etiam fieri potest, ut Hercules ille, quisquis tandem fuerit, sive Tyrius, sive Argivus, aut alius, quemadmodum de Sampsone narratur Judic. 14. inciderit fortè in leonem, eumque memorabili casu interfecerit. Mirari hic subit Anaxagoræ dementiam, qui in Luna latam fuisse regionem fabulatur, è qua leo hic deciderit, qui postea in Nemea sylva vagatus armenta dilaniaret. Qui vero φυσικῶς interpretantur figmentum, sive historiam, per Herculem significari ajunt Solem: Nemeæus leo est glacies sive

gelu, quod leonis in morem plantas omnes & terræ ſemina depaſcit atque corrumpit. Iſtud nutrire dicitur Juno Jovis uxor, hoc eſt, aër ætheri ſubjectus & hiberno frigore rigens. Quem leonem poſtea domat Hercules, nempe Sol, quando ſupra Horiſontem aſcendens, motu ſuo terram calefacit geluque ſolvit. Alii leonis Nemeæi nomine intelligunt ſidus cæleſte leonis, quod domare dicitur Hercules, cum in eo verſatur. Unde & pellis ei tribuitur leonina ad deſignandam Solis potentiam, quando eſt in ſigno Leonis. Clava vero motum Solis inæqualem notat, dum obliquo Zodiaci baltheo fertur. Duodecim Herculis labores ſive certamina ſunt duodecim ſigna, quæ Sol quotannis permeat. Moraliter autem Hercules fuerit vir fortis & ſapiens, qui divina ope fretus, taurum, cervam, leones, aliaque monſtra, hoc eſt, prodigioſa animi vitia edomuit, & cogitationes vanas, ut ſcripſit Cleanthes teſte Phurnuto. Η' ἀ' ἔχε.] Αὕτη δὴ, nimirum, Echidna. Alii ad Chimæram referunt. Σφίγξα.] Φὶξ eadem à Bæotis dicta: unde φῖκ' ἀλολὼ, habent nonnulli codices. Καδμείοισιν.] Ion. Καδμείοις, id eſt, *Thebanis à Cadmo oriundis*. Ο'λεθρον.] Appoſitio.

327. Ο''ρθω.] Alii legunt Ὀρθῷ, minus rectè. Ὑποδμηθεῖσα.] Id eſt, *ſubacta*. in certamine Aphroditico. Νεμεαῖον.] Pro Νεμεαῖον, inſerto jota poëticè. Nemea ſylvæ nomen, ἀπὸ τῦ νέμειν, *à paſcendo*. hinc & νέμος apud Veteres Græcos, à quo Latinum *nemus*.

328. Τόν.] Ο''ν.

329. Γενοῖσιν.] Ε'ν γενοῖς. Scholiaſtes: ἐν γενομένοις τόποις. Καθίναστε.] Καθίζετε, à καθίζω, pro καθίζωμαι, *do habitandum, colloco*. Νεμείης.] Ion. & Poët. pro Νεμέας. Πῆμα] Βλάβη, per appoſitionem. Α'νθρώπους.] Nempe Argivis.

330. Ε''νθα.] Ε'κεῖ.] Οἰκεῖον.] Οἰκῶν, id eſt, ἁλητεύοντα. Ε'λεφαίρεται.] Ε''θλασεν. Φθόνος ἀνθρώπων.] Α'νθρώπους.

331. Κοιρανέων.] Ε'φορμεῶν. Τρητοῖο.] Τρητῷ, hoc eſt, ἀντρώδους, quaſi *multis foraminibus ſeu ſpeluncis refertæ*. τρήω pro τετρήω, *perforo*. Α'πέσαντος.] Apeſas nomen montis, qui Nemeæ ſuperjacet, ubi Perſeus ſacra Jovi facere ſolebat. A quo Jupiter *Apeſontius*. Vide Pauſaniam lib. 2.

332. Ε''.] Αὐτόν. Ι'ς βίης Η'ρακληείης.] Hercules.

333. Κυτοῦ δ'.] Draconis Heſperii generatio. Fabulantur poëtæ Cetonem à Phorcyne compreſſam genuiſſe Draconem Heſperium, aureorum malorum cuſtodem. De Heſperidibus

ſupra

ſupra dictum. De Dracone item nonnihil ibidem attigimus, Hic genealogiam ejus dat Heſiodus, quem Cetûs & Phorci ſobolem eſſe tradit. Apollonius Typhonis & Echidnæ filium fuiſſe aſſerit. Pauſanias è terra natum prodidit. De eo ſic divinus poëta 4. Æneid.

Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos,
Heſperidum templi cuſtos, epulaſque Draconi
Quæ dabat, & ſacros ſervabat in arbore fructus.

Nomen Serpenti erat Ladon teſte Apollonio. Paſtorem fuiſſe ajunt ſive opilionem, qui cum inhumanus planè eſſet & agreſtis, dictæ ſunt oves, quæ τῶν μήλων nomine etiam ſignificantur, à Dracone cuſtodiri: vel à vigilantia ſic vocatus eſt, quod diligens & inſomnis eſſet in grege cuſtodiendo, Draconis inſtar. Nam vigilantiæ ſymbolum draco. Hinc & theſaurorum cuſtodiæ non raro adhibiti leguntur, quod viſu polleant. Scholiaſtes noſter φυσιολογῶν *Cetûs* nomine deſignari putat exhalationes ſiccas & calidas à radiis ſolaribus in altum ſublatas. *Phorcys* aquarum περιφορὰ, ſive circumactio eſt, ex quarum evaporationibus æſtivo tempore gignitur φαινόμενον illud, quod appellatur *Draco*, hoc eſt, nubes ex adverſo poſita, quæ draconis refert ſpeciem. Philoſophi *Draconem volantem* nominant, quando exhalationum materies inter duas nubes concluſa incendium concepit, mediaque parte ſic dilatatur, ut ad nubis calidæ latus, tanquam ad ſimile inclinans ſpeciem referat draconis volantis. Hic draco in latibulis terræ commorari dicitur, quod in terræ concavitatibus hæreant ejuſmodi vapores ſive exhalationes, è quibus generatur. Ὀπωλόπιδον.] Νειόπιδον. Φόρκυϊ.] Notetur συνίζησις, in ultimis ſyllabis.

334. Δεινὸν ὄφιν.] Nempe δεσπόζοντα. Ἐρεμνῆς.] Σκοτεινῆς, quaſi ἠρεβεννῆς, ab ἔρεβος, *caligo*. Κεῖθι.] Deeſt, ἐν.

335. Πείρασιν.] Πέρασιν.

337. Τηθὺς θ'.] Oceani & Tethyos proſapia. Fluminum omnium & fontium pater Oceanus dicitur, imo aquæ omnis, quam bibimus. Nam ex mari per venas ſubterraneas oriri fontes fluminaque omnia, quæ poſtea refluant in mare, conſtans philoſophorum ſententia eſt. Divinitatem iis tribuerunt veteres, quæ factorum humanorum teſtis eſſe poſſit: eoque nefas habitum, ad oſtia fluviorum fontiumve mejere ob Deorum nympharumque præſentiam, ut docet Heſiodus in Operibus. Primo autem loco ponit Nilum Ægypti fluvium Heſiodus,

quem *Oſiridis* nomine coluerunt Ægyptii, à quo per aphæreſin primæ litteræ eſt *ſiris*: quomodo & Æthiopes & Ægyptii Nilum vocarunt teſtibus Dionyſio Periegeta, & Plinio lib. 5. cap. 9. In ſacris litteris *Nahal Miſraim*, id eſt, *fluvius Ægypti* vocatur κατ' ἐξοχὴν: item *Schicor*, vel *Sior* Jeſa. 23. & Jerem. 2. verſ. 18. à nigrore, quod turbidus ſit & nigricans, ob limum quem advehit ſecum ex partibus ruens Auſtrinis: vel quod terram humectans eam reddit nigram. Unde & Græcis vocatus Μέλας teſte Plutarcho: veteribus Latinis Melo, ut Feſtus & Servius tradidere. Νεῖλος, appellatur ab Hebræo *nahal*, vel *nehal*, quod flumen ſignificat, pro quo Syri & Ægyptii *neel* dicunt. hinc Neil, & terminatione Græca Νεῖλος, quaſi dicas, *flumen*, per excellentiam: ſicut in Aſia Euphrates vocatus fuit ποταμός. Ex hoc loco colligit Scholiaſtes, Heſiodum, Homero poſteriorem fuiſſe, qui Odyſſ. ξ. Nilum dixit Ægyptum. Unde & ipſa regio nomen adepta eſt. Νεῖλος γὰρ ὁ ποταμὸς Αἰγυπτίοις καλεῖται, teſte Euſtathio. De cujus fluvii incremento ac decurſu videatur Salmaſius ad Solinum, & G. Voſſius in præclaro opere. Loco enim pluviarum, quibus deſtituitur hoc ſolum, inſervit Nilus. Sequitur Alpheus Elidis flumen, quod in Peloponneſiaco littore abſorberi traditur, à quo ſub mare in Siciliam penetrare & ante os Arethuſæ fontis emergere juxta Syracuſas, pro vero aſſertum eſt à plurimis. cujus rei ſive conjecturam, ſive veritatem, poëtæ ut celebrarent, fabulati ſunt, Alpheum virum fuiſſe mirificè venationibus deditum, qui aliquando in Arethuſæ venantis amorem inciderit. Illam cum Alpheus in matrimonium poſtulaſſet, atque ea conſtantiſſimè recuſaret ejus nuptias, per ſubterraneos cuniculos in Ortygiam (quæ & Naſſos) inſulam confugit, non procul à Syracuſis, atque ibi in fontem ſui nominis converſa dicitur, ubi Dianam, cujus erat comes, precata fuiſſet, uti nuptias illas quoquo pacto devitare poſſet. Fabulam lepidè deſcribit Ovid. 5. Metam. Id cum ægrè tuliſſet Alpheus, & ipſe Deos precatus in ſui nominis fluvium mutatus fingitur, qui poſt μεταμόρφωσιν illam dictus eſt vel ipſum fontem amare. quippe cum ſubter mare, ut ajunt, delapſus vel Syracuſas uſque decurrat, ubi poſtmodo emergens cum Arethuſa fonte commiſcetur. De eo ſic Parthenius poëta 3. Æneid.

—— Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc

Ore

Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

Hoc præterea tradunt, ipſam Arethuſam hunc ipſum habere curſum ſolitam, ut ſub aquis marinis lapſa, nullis ſalſis aquis admiſceretur. Quæ falſa eſſe, nec fieri poſſe contra Timæum philoſophum & Pindarum multis rationibus contendit Strabo lib. 6. Geograph. Seneca tamen & alii id verum eſſe aliorum fluminum exemplis demonſtrare conantur. Illius ſententiæ auctores hoc nituntur argumento, quod compertum fuerit ſtato tempore, quo ludi celebrantur Olympiaci, impuram eſſe aquam Arethuſæ, & redolere fimum, quod in Elide tum equi ſe abluendo aquas ſordidarent: tum victimarum purgamenta in amnem projicerentur. Addunt & alii ad majorem rei fidem, quod patera quædam prolapſa in Alpheum, delata ſit in Arethuſam. Vide Servium ad Virgilii Eclog. x. Sed & hoc Straboni fabuloſum & ἐν τοῖς ἀδυνάτοις eſſe videtur. Neque enim veriſimile eſt, ſubterraneos illos meatus per tam ingens intervallum (cccc nempe milliaria) ſic, quà patera deferretur, fuiſſe ubique æquabiles, ut nuſpiam illa adhæreſceret. Hunc fluvium pro Deo coluerunt nonnulli, eique ſtatuam & communem aram cum Diana erexerunt. Conſecuta etiam fuit ipſa Arethuſa divinos honores, ut ait Nicanor Samius in lib. 3. de fluminibus. Tertio nominat Ἠριδανὸν poëta, qui fluvius eſt Italiæ in Veſulo monte naſcens, & per agrum Gallicum delapſus in Adriaticum ſe exonerat mare ſeptem oſtiis prægrandibus. unde & ποταμὸς Κελτῶν ab Iſaacio dicitur. Nobiliſſimus eſt fluvius, qui omnes Europæ fluvios (præter Iſtrum) magnitudine ſuperat. Unde & *fluviorum rex* à Marone dictus. Notiori nomine *Padus* appellatur, quod circa fontem ejus arbor multa ſit picea, quæ *pades* Gallicè dicitur. Eridanus à Græcis poëtiſque vocatus, ut vult Servius, ab Solis filio Phaëthonte, qui antequam per temeritatem in hunc fluvium eſſet præcipitatus, Eridanus fertur appellatus. Inter ſidera relatus hic fluvius, Arietique proximus conſpicitur, de quo Aratus & alii. Eridanum excipit Strymon fluvius Macedoniam à Thracia dividens, ut Plinius docet, qui Macedoniæ terminum vocat. Scholiaſtes ποταμὸν Θρᾴκης appellat. Oritur in Hæmo monte, ſeptemque efficit lacus, quibus deinde in unum alveum collectis juxta Amphipolim influit in maris Ægæi ſinum, qui ab ipſo *Strymonicus* appellatur. Unde & *Strymoniæ grues* Virgilio, quæ ad flumen illud, vel lacum ſolent æſtuare, ut notat Pomponius Sa-

binus ad 1. Georg. Subsequitur *Maiandros*, fluvius item Asiæ clarissimus, qui ortus è lacu in monte Aulocrene, vel ut Salmasius legendum docet, Aulucrene, plurimisque affusus oppidis & repletus fluminibus crebris ita sinuosus redditur flexibus, ut sæpe sexcentas eum flexuras facere & ad fontem reverti credatur. Ovidius:

Quique recurvatis Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque.

Eum hoc pacto describit Livius: *Mæander ex arce summâ Celænarum ortus, media urbe decurrens per Caras primùm, deinde Ionas in sinum maris editur, qui inter Prienen & Miletum est.* Etiam proverbio locum dedit, ut obliquitates omnes & vafros agendi modos prisci dixerint *Mæandros*, de quo magnus Batavus in Chiliad. Mæandro flumini, ut & Marsyæ ei vicino sacrificatum à Phrygibus teste Vossio. De Istro quoque nonnihil dicendum, qui fluvius est Europæ longè maximus. Oritur in jugis Abnobæ, (vel ut aliis placet, Abnouæ) montis Germaniæ ex adverso Rauraci Galliæ oppido, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, sexaginta auctus amnibus in Ponticum sex ostiis evolvitur: *Danubius* alio nomine dictus, præsertim à fonte usque ad cataractas, quæ sunt in montibus Daciæ non procul à Tauro oppido. Nam inde deinceps Istri dicuntur hujus fluminis accolæ. Unde *binominis* ab Ovidio appellatur. De eo sic Lucanus lib. 4. *Et centum populos, & centum perluit urbes.* ubi *centum* dixit pro *plurimis*. Phasis item maximus Colchorum fluvius est ex Armeniæ montibus nascens, & in Pontum Euxinum illabens. navigatur, ut Plinius scribit, quamlibet magnis navigiis 18. mille pass. inde minoribus longo spatio, pontibus centum viginti pervius. Ex hoc fluvio ab Argonautis ad nos delatæ primum *Phasianæ* aves, ubi maximè abundabant. Unde Martialis in Xeniis:

Argivâ primùm sum transportata carinâ,
Ante mihi notum, nil nisi Phasis erat.

In deliciis olim fuere, uti & hodie, tum propter plumarum varietatem, quibus renidet hæc avis: tum ob carnis suavitatem, quæ boni nutrimenti est & concoctionis, ut ipse testatur Galenus. Nec Rhesus ignobilis Trojæ fluvius, qui *Percus* postea dictus, ut refert Strabo. Achelous quoque Oceani ex Tethye filius, qui fluvius est Acarnaniæ, vel Ætoliæ teste Scholiasta. Theodontius Solis & Terræ filium fuisse scribit.

Vete-

Veteres Acheloum pro omni aqua usurparunt, vel quod primus post diluvium erupisse è terra fertur; vel quod omnium in Græcia fluviorum sit maximus. Unde Virgilius 1. Georg. *Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis*. Pocula Acheloia pro aquis dixit. Fabulantur poëtæ fluvium hunc singulare cum Hercule certamen iniisse pro Deianira Oenei regis Caledoniæ filia, sed victus ab Hercule se in sui nominis fluvium gemino cornu insignitum occultavit. Nam revera Achelous duobus locis per fines Perrhædiorum in Maliacum sinum effunditur. Illi quoque, ut Deo, sacrificatum à Gentibus. Τηθύς.] Differunt Tethys, & Thetis priore aspiratâ & correptâ. hæc filia, illa uxor Occani dicitur. Eo nomine & Terra intelligitur. Didymus: Τηθυὸ δέ φησι τὴν γῆν, οἱονεὶ πόλυλυ τινα ὄντα. Unde & flumina ab aliis Oceani & Terræ soboles esse dicuntur. Δινήεντας.] *Verticosos*, ἀπὸ τὸ δίνας καὶ συστροφὰς ποιεῖν ἐν τῇ καταφορᾷ, inquit Eustathius.

338. Ἀλφειόν τε.] Nomen accepit ὡς ἀπὸ τοῦ τὰς ἀλφὰς θεραπεύειν, quod *vitiliginosos sanaret & mundaret*, teste Pausania. *ἀλφὸς vitiliginis est species, quasi ἀλλοφανὴς*, ut ait Eustathius. Βαθυδίνην.] Sic Eridanum vocat ἀπὸ τοῦ βάθους.

339. Καλλιρίηθρον.] Καλλίρροον, ἢ καλῶς ῥέον.

340. Ἀγλαΐην.] Ionicè pro Ἀγλαὸν. Sic dictus videtur ex sententia Julii Scaligeri ab *αἰνὸς*, quomodo vocatur Doribus elementum aqua, & λαὸν, quod iisdem in usu est, pro λαὸν, quia præcipuum aquæ munus est, sordes abluere. Ἀργυροδίνην.] Quod aquam habeat argenti instar nitentem. Hodie Aspropotamo vel Asphi eadem de causa dictus est.

341. Νέσσον τε.] Sequuntur adhuc celebriorum aliquot fluminum nomina ex Oceano & Tethye progenitorum. Nessus Thraciæ fluvius est ex Hæmo nascens, hodie Turcis *Charasen*, quasi *niger fluvius* dicitur. Ῥόδιον, Trojæ flumen. fortè quod in ripa ejus multæ nascerentur rosæ, vel à roseo colore. ῥόδον enim *rosa*. Ἀλιάκμονα, Græciæ fluvius: Macedoniæ secundum Scholiasten, & Plinium, effundens se in Thermæum sinum, ut tradit Strabo: ad quem ducebant, quæ volebant candida nasci, ut idem memorat Plinius lib. 33. cap. 2. Scribitur etiam Halialmon & Aliacmon. Conflatum putatur ex ἅλς, *mare*, & ἀκμὴ, *cuspis*, *vigor*, *incrementum*. Ἑπτάπορον Trojæ fluvius, sic dictus, quod septem locis vadari potest eadem via, vel ut Strabo loquuntur, quod septies transitur via, quæ à pulchra picea ad

pagum

pagum Celænas ducit & Æſculapii templum. ἑπτὰ *ſeptem*, & πορος, *via*, *tranſitus*. Sunt qui cum Rhelo perperam confundunt. Certè Homerus Iliad. μ. & Heſiodus utrumque manifeſtè diſtinguunt. Πολύπορον quoque eundem vocari tradit Strabo lib 13. Γρήνικος Bithyniæ fluvius eſt, vel Trojæ, quæ proxima Bithynis, inter Æſepum & Priapum fluens majori parte per Adraſteæ campum, ut Strabo refert. Ad hunc amnem Perſas cecidit Alexander nobili pugna, in qua ſexcenta millia hominum Perſarum cæſa fugataque ſunt ab exercitu non majori triginta millibus peditum, & equitum millibus quatuor & quingentis. Sic dictum volunt à victoria, quàm Græci Alexandro duce contra Barbaros reportarunt, quaſi Γεφύνιον, ut placet Stephano. Γεφυρὸς enim *Græcus*, & νίκη, victoria. Dicitur Γρήνικος Ionica dialecto pro Γεφύνικος, quomodo etiam vocatur Plutarcho. Αισηπος, fluvius Lyciæ ſub Ida monte Trojano, quem πολυπίδακα appellat Homerus, hoc eſt, *fontibus plurimis ſcaturientem*. Σιμόεις item Troadis flumen, naſcens ex Ida monte fontoſo, & delabens per campum Trojanum, quia ab eo dicitur *Simoëſius*, & mari appropinquans commiſcetur Xantho, atque in paludem cogitur: deinde exit in Helleſponticum juxta Sigæum promontorium. Ad hoc flumen Æneas è Venere & Anchiſe natus fingitur. unde θεῖον appellat Heſiodus. Πηνειὸς Theſſaliæ fluvius inter Oſſam & Olympum decurrens, collibus dextra lævaque molliter curvis, ut ait Solinus. E Pindo oritur, & receptis è Theſſaliotide amnibus per Tempe ad oſtia meat. Oſtium verò Penei eſt, qua per Tempe ſeſe evolvit, quod στόμιον appellat Dicæarchus, Plinius *oſtium Penei*, uſque ad Pelion, ut ad Solinum notat Salmaſius. Araxes quoque à Græcis eſt dictus idem fluvius, ἀπὸ τοῦ ἀραῦξαι, quod eſt, *perfringere* & *perrumpere*. Perrumpit enim Tempe & exitum ſibi vi in mare fecit. Etiam Hermi meminit non ignobilis Lydiæ fluvii, quem arenas aureas trahere & fluctibus ſuis evolvere poëtæ olim tradidere, ut & Tagum & Pactolum. Virgilius 2. Georg:

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Oritur juxta Dorylaum Phrygiæ civitatem, auctuſque Pactolo & etiam Hyllo amnibus nobilioribus Smyrnæ campos irrigat, tandemque in Phocaicum ſinum illabitur, de quo Plinius lib. 5. cap. 29. Κάϊκος Myſiæ flumen eſt, cujus etiam meminit Virgilius 4. Georg. *Saxoſumque ſonans Hipanis, Myſuſque Caicus.* Ubi Servius: *Caicus eſt fluvius Myſiæ, ejus, quæ in Aſia eſt propè Tro-*

pè Trojadem: & oritur in Teuthrania regione Troadis, quæ fuit sub ditione Mysorum. Hic Pergamum præterfluens, per campum, qui Caicus nominatur, in Elaiticum sinum defluit. Nec Sangarius inter ignobiles ponitur fluvios ab Hesiodo. Scholiastes Phrygiæ superioris flumen esse ait, qua parte per Bithyniam in pontum illabitur Euxinum. Nascitur in Dindymo monte Phrygiæ, ubi & Cybeles sacra miris superstitionibus agitari solita, apud Sangiam pagum CL. circiter stadiis à Pessinunte. Ejus quoque mentionem facit Homerus Iliad. γ & κ. Hodie *Sangari* appellatur. Alio nomine *Corallium* à plerisque dictum scribit Plinius lib. 6. cap. 1. Quod tamen improbare videtur Salmasius, cum Corallius sit fluvius in Ætolia. μίγαν appellat Hesiodus, quod majorem Phrygiæ Epicteti partem perlabitur, ac partem etiam Bithyniæ non exiguam, vastosque accipit amnes, inter quos Tembrogium & Gallum. Inde auctus & navigabilis factus est, ut testatur Strabo, qui magnitudinem ejus luculenter describit lib. 12. & Plinius loco supra citato. Λάδων, fluvius est Arcadiæ. Ad hunc amnem fabulantur poëtæ Syringa nymphan Panis amasiam in arundines fuisse conversam, ideoque Pani gratam extitisse: quod ad historiam pertinet, estque confictum ex allusione nominis. Pan enim fistulam primus invenit: & σύριγξ, *fistulam* significat, à quo συρίζειν, & Doricè συρίσδειν, pro, *fistula canere*. Παρθένιον quoque memorat Hesiodus Paphlagonum fluvium, qui in Euxinum defluit per mediam Amastriorum urbem labens. Unde & promontorio nomen prope Heracleam. Sic dicitur, vel quod Diana virgo frequenter in eo lavaretur, vel quod placido, tanquam virgineo gradu profluat, vel quod virgo Palætini regis filia in eo submersa sit. Strabo tamen aliud etymon innuit lib. 12. Ὁ παρθένιος ποταμός, inquit, ἀπὸ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος· καὶ ἀπ' αὐτοῦ δ' ὀνόματος τοῦτο πλυνικὰς, ὡς αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ τὰς πηγὰς ἔχων. id est, *Parthenius fluvius est per florida delabens loca, indeque id nomen consecutus, quasi virgineum diceres, fontes in ipsa habens Paphlagonia.* Εὔηνος Ætoliæ flumen esse tradit Strabo. Nascitur in Callidramo monte & juxta Calydonem in mare Ionicum sive Adriaticum influit, sic dictus ab Eueno Martis filio & Marpessæ patre, qui cum filiæ suæ stupratorem Apharetum comprehendere ad supplicium non posset, in hunc fluvium se præcipitavit. De eo Ovid. lib. 9. Metamorph. Alio nomine Lycormas fuit appellatus, ut refert Plutarchus, &

Stra-

Strabo lib. 8. qui ab eo flumine initium facit sinus Corinthiaci. Ἄρδηνος Scythiæ fluvius est teste Aristarcho. Scribitur & Ἀρδῆσκος per σκ, cujus tamen nusquam meminit Strabo. Hinc in nonnullis codicibus scriptum invenitur Ἄλδισκος, vel Ἄλδησκος, qui fluvius est Sarmatiæ Europeæ, nascens ex Riphæis montibus, unaque se cum Canticapo in mare glaciale exonerans. Suidæ fluvii & urbis nomen est. Agmen claudit Scamander, Græcè Σκάμανδρος, Trojæ fluvius est ex Ida monte defluens. *Divinum* appellat poëta, quod in eo Deæ à Paride judicium pulchritudinis audituræ comas suas laverint, quæ cum flavæ essent, Xanthum vocarunt. Nam Scamandri nomen ab Ænea illi inditum, cum ad ea loca perveniisset, ut auctor est Strabo. Id memoratu dignum, quod in hoc fluvio sponsæ olim nupturæ sese abluere essent solitæ Scamandrum his verbis invocantes: Λαβέ μου Σκάμανδρε τὴν παρθενίαν, hoc est, *Accipe, ô Scamander, virginitatem meam.* Qua occasione factum est, ut refert Æschines in epistolis, quod Cimon quidam Atheniensis, cum generosæ puellæ amore teneretur, quæ jam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis se occultârit, caputque arundine, (ut Dii fluviorum præsides depingi solent) coronarit: cumque illa ex more lavaretur, & Scamandrum solenni carmine invocaret, ut virginitatem suam acciperet: Cimon è virgultis prosiliens, Ego verò, inquit, accipio lubens, virginemque in ripam sustulit, ubi & vitium obtulit. Etsi plura his sint flumina, tamen Oceano & Tethyi, hoc est, Terræ universa originem debent. Νέσσου π.] Nessus hic nomen fluvii. Est etiam unus è Centauris, qui Deianiram violare aggressus, ab Hercule occisus est. Ἁλιάκμονα.] Haliacmon *Pelecas* hodie Sophiano: *Asambaba* Turcis.

342. Γλαύκου.] Invenitur & Γεραυκὸς scriptum ὀξυτόνως apud Strabonem & alios. Αἰσηπον.] Homerus Iliad. 2.

Οἵ ῥ' Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νειάδα Ἴδης
Ἀφνειοὶ πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο
Τρῶες.

Θεῖον.] Sic vocat ob Veneris ibi cum Anchisa concubitum. Perperam Natalis, θεῖον, vertit, *decurrens*, quasi esset à θέω, *curro*, per epenthesin Ε jota pro θέον. Divinitatem respicit poëta, non fluxum. Sic & Theocritus: Ἄψεται κὴ ποταμοὶ θεῖον γόνου. Σιμοῦντα.] Pro Σιμόεντα. Σιμόεις nomen fluvii, non viri, ut mendose habet index Pesoris.

343. Πη-

343. Πηνειόν τε.] Scholiastes: Σκεπὸς Θεσσαλίας, ubi legendum Πηνειός. Statim enim subdit: Τινὲς δὲ τὸν Γρηνικὸν, καὶ Πηνειὸν Θεσσαλίας, φασὶ ποταμούς. Εὐρρεῖτην.] Sic vocat Caicum, quasi καλὸν, id est, καλῶς ῥέοντα, *pulchrè ac placidè fluentem.* pro Καΐκον, Suidas etiam Καΐκον dixit.

344. Σαγάριόν.] Pro Σαγαρίου etiam legitur Σάγαρον & Σάγαριν. Interpres Apollonii ex Myrleano etiam Σάγαριν dici ait. Ovidius: *Hic Lycus, hic Sagaris.* 4. de Ponto. Λάδωνα.] Ladon hic fluvii nomen est. *Arenosum* & *placidum* amnem vocat Naso.

346. Τίκτει δὲ, &c.] Nunc filias persequitur Oceani & Tethyos, quæ virorum unà cum Apolline sunt educatrices. Non omnes hic recensèt poëta, sed præcipuas & natu grandiores, ut infra fatetur ipse. Nam tria millia filiarum Oceano tribuit, quibus diversa nomina sunt indita pro diversitate affectionum, quæ mari rebusque maritimis accidere solent. Adeo multi & filii & filiæ fuisse dicuntur Oceano, quia Physicè considerando ex vaporibus, qui calore Solis sublimes tolluntur, gignuntur fluviorum aquæ & fontes, ut putarunt antiquorum nonnulli. Nam etsi Aristoteles voluit fontes ex aëre in locis cavernosis in aquam verso procreari, tamen si diutius siccitas cæli extiterit, neque fiant imbres, vel penitus arescere flumina & fontes, vel ad tenuissimum cursum deduci videmus: quare ut rectè observavit Comes, etsi non tota, major tamen pars fluviorum, & fontium ita procreatur, ut apparet. Antequam nomina harum nympharum excutiamus, videndum, quid sibi velit poëta, cum eas una cum Apolline κουροτρόφους esse perhibet. Dicuntur autem fluvii & stagna fonteſque una cum Apolline viros educare, quod accretionis & nutritionis omnis causſæ sint, adeoque crines incrementum ab humore capiant. Nam κουρίζειν duo apud Græcos significat, vel *à teneris educare:* vel *fondere*, à κουρὰ, id est, *tonsura.* Utraque significatio huic loco accommodari potest. prior, quia juvenes Græci comas detondere, & fluviis Apollinique κουροτρόφῳ consecrare solebant. Fluviis, quod nutritionis & accretionis principium sit humor. Apollini sive Soli, quod unà cum calore nutricationis & accretionis causſa sit aqua. Sic Scholiastes: κουρίζειν δὲ λέγουσι καὶ τὸν Ἀπόλλωνα οἱ ποταμοῖτε, καὶ αἱ κρῆναι, διὰ τὸ αὐξήσεως καὶ ἀνατροφῆς τὸ τροφὸν αἴτιον εἶναι τούτους. ἔνθεν τοι καὶ οἱ Ἕλληνες ἀπαρχέσθαι τοιούτοις τοὺς ποταμοῖς νομίσαντες εἰώθεσαν. Documentum ejus

rei

rei habemus apud Homerum Iliad. ψ. ubi Achilles Sperchio fluvii Deo comam radit & vovet. Idem & Apollini factum esse Græcorum pariter & Romanorum constat exemplis. Nam Athenis id observatum ostendit Plutarchus in vita Thesei. Etiam Romæ ac in Italia hunc morem obtinuisse testis est Varro Cato de liberis educandis. Et Martialis lib. 1. epigramm. 30. de Encolpo:

Hos tibi Phœbe vovet totos à vertice crines
Encolpus, domini Centurionis amor.
Grata Pudens meriti tuleris cum præmia pili,
Quam primum longas Phœbe recide comas.

Resectio illa capillorum & oblatio fieri solet, simulatque genas, ac mentum lanugo vestire cæpisset. Causas hujusce ritus nonnulli esse putant, quod cum imberbis esset Apollo, huic Deo primam barbam & capillum consecrarent: alii quod eo ritu declararent se Apollini similes non amplius esse, qui ἀκερσεκόμης esset & intonsus propter rad.os intactam Solis cæsariem, ut ait Eustathius, quodque semper juvenis sit, nihilque ejus vigori decedat. Sic & virgines nupturæ zonam sacrabant Dianæ, quod desinerent similes esse Dianæ semper virgini. Unde & λυσίζωνος dicta à Græcis. Scholiorum auctor & alias rationes affert, ex quibus vel hæc palmaria est, quod comam alere omnibus ferè populis laudabile fuerit. Ita Græcis usitatum, quos ideo κομητομώντας passim vocat Homerus: item Celtis quorum regio *comata* Gallia: nec non Laconibus & Liciis apud Aristotelem, Britannis apud Cæsarem, Liguribus apud Plinium, Ind.s apud Solinum, Persis apud Marcellinum, Parthis apud Oppianum, & sic de aliis. Quod ad Solis similitudinem eos feciſse non sine caussa dici possit, cum οἱ ὁ χρὼ κεκαρμένοι, & glabri Lunæ potius similes sint, quæ glabra & calva à poëtis fingitur. Τιλῖς.] Pro ἐπιλῖς.

347. Κυρίζουσι.] Id est, vel *à teneris educant*: vel *comam tondere faciunt*. vide Scholia. Ξυσὶ.] Συσὶ. Att.

348. Τοῦτλον ἠδ' Δίος.] Sequuntur jam nomina filiarum Oceani, inter quas agmen ducit Πειθὼ, quæ vox propriè *suasionem*, vel *Deam suasionis* significat. Sic dicitur ὁ πρὸς τὸ πείθειν τῶν πλῶν, quod navigationem suadeat hominibus, eoque illos impellat spe lucri. Ἄδμητη à maris ferocia nomen accepit, quasi ἀδάμαστος, *indomita*. Hinc & Taurum Neptuno immolarunt Veteres, ut patet ex Homeri Odyss. lib. 3. & 11. Ἰφιδὼ dictæ

ἀπὸ

ἀπὸ τῆ ἰαίνειν, id est, ἀφεγγίνειν, *quod bibentes oblectet*. Aqua enim marina, licet potabilis non sit, tamen fontana, fluviatilis & puteana suam mari originem debent. Ἠλίκλυτη. Sic vocatur ἀφ' ὃ τὸ καθαρὸν καὶ χρυσίζον τῆ ὕδατος, καὶ δικαίως ἠλίκλυτε λαμπρὸν, inquit Scholiastes. Δωρὶς, uxor Nerei, sic appellata *à donando*. πολύδωρος γὰρ ἡ θάλασσα, quod ut olim, sic hodieque ostendunt florentissima emporia. Πρυμνὼ nympha ἀπὸ τῆς πρύμνης, *à puppi*. Quo nomine navigatio significatur: vel quod sit πρυμνὴ, id est, *ultima*, ut Pasor exponit. Οὐρανίη, quasi dicat, *cælestis*. Est etiam una ex Musis, quæ Astrologiam invenit. Prudentis enim naucleri est astrologiæ peritum esse, & scire, quo tempore & sidere navigatio sit instituenda, ut feliciter naviget. hinc & θεοειδὴς hæc Nympha vocatur, id est, *Deam forma referens*, quod astrorum scientia planè sit cælestis ac divina. Ἴππω celeritati nomen suum debet, quod equorum instar ferantur undæ: vel naves respicit, quæ per undas equitare videntur. Unde & Neptunus ἵππιος. Κλυμένη, quasi dicat, *inclyta*, ob aquæ præstantiam & utilitatem. Iapeti uxor esse fingitur. Ῥοδία vocatur *ob floriditatem*, vel *roseum colorem*. Scholiastes: Ῥοδία, ἡ ἀνθηρότης, quod florida reddat omnia humor. Καλλιρόη, quasi καλῶς ῥέουσα, *placidè*, vel *clarè fluens*. Ζυγὼ, *jugans*, à ζεύγνυμι, *jungo*, cujus fut. ζεύξω. quod post aquationem in fontibus factam jumenta submittantur jugo ad laborandum, inquit Scholiastes. Κλυτὴ, *fama celebris*, ut supra Κλυμένη. Maris seu aquæ claritudo designatur. Ἰδυῖα, quasi Εἰδυῖα, id est, *gnara*. Artem nauticam eo nomine significat. Παντοπόρη, quod *ad omnes currat*, hoc est, universas mundi regiones permeet Oceanus: ita ut prius annona, & res victui necessariæ sint defecturæ naviganti, quam aquarum spatium & navigabilis planicies, ait Strabo. Si pro fontano numine acceperis, ita dicitur, quod passim scaturiant fontes, omniumque usibus promiscuè sese offerant. Scriptum quoque legitur Πασιθόη, teste Scholiastâ. Πλημυρὶς dicitur, quod *auras*, id est, *aërem fluctibus percutiat*, à futuro πλήξω verbi πλήττω, *ferio* & αὔρα. Zetzes: πλῆξιν αὐρῶν τὴν ἐκ τῶν πηγῶν ἀναδιδομένων interpretatur. Γαλαξαύρη, quia auras lenes lactisque instar puras, ac bene temperatas procreat, ex antiquo γάλαξ pro γάλα, *lac*, & αὔρα, *ventulus*. Διώνη Oceani item & Tethyos filia, Veneris mater è Jove. Μηλόβοσις, à pascendis ovibus dicta. quod juxta fontes herbida sint prata, in quibus pecora pascuntur. μῆλα enim *oves, pecora*,

cora, & *βόσκω*, *pasco*. Θόη velocitati nomen debet, tanquam θοή. retrahitur accentus, cum nomen sit proprium. Πολυδώρη, quasi *multa donans*, ob ingentia lucra quæ confert mare. Εὐειδὴς sive *speciosa* nominatur, quia talis est pontiredati facies. Κερκήϊς, vel ἀπὸ τῆ κέρκε, quod caudata sit instar piscis: vel à κείρω, *pecto*, à pectendis capillis. Φυλὼ ἐρατὴ dicitur ob amabilem aquæ naturam. Πλουτὼ nomen ab opulentia fictum. mater Tantali fuisse traditur. βοῶπις dicitur, quod *magnis & rotundis oculis* esset prædita, hoc est, *formosa* Junonis epitheton apud Homerum. Hic divitiarum pulchritudo designatur, quas donat navigatio. Πρωτὼ à vastando nomen accepit. πέρθειν enim *diripere* est & *vastare*: multas sæpe urbes & longos terrarum tractus absorbet mare. Γαλήνεια, ἀπὸ τῆ ἱλαίνειν, ἤτοι εὐφραίνειν τὸς ἀνθρώπους, quod *viros exhilaret*, ob voluptatem navigationis. Ἀκτέη, quasi Ἀκτίη, nomen habet ab ἀκέομαι, *medeor*, ob salubritatem aquarum quarundam. Zetzes, Ἀκτέη, ἡ θεραπεία. Nonnullis ex α, privante & κτίζω, *orno*, quasi *non ornata*. Pro Ἀκτέη legitur etiam Ἀκτίη, ab ἀκτὴ, *littus*, quasi *litoralis nympha*. Ξάνθη retracto item accentu dicta, quasi ξανθὴ, à *flavo colore*, quem referre aliquando videtur aqua. Eandem & *Xantho* appellat Virgilius. Πλειάδη, quasi *saxatilis*, quod sub petris & scopulis degit: vel quia fontium quorundam aquæ de rupibus fluunt. Μενεθὼ, à mansione sic dicta, ἀπὸ τῆ μένειν. *Aquam manentem* sive *stagnantem* eo nomine significat. Εὐρώπη, quasi dicat, *latè videns*, pro Εὐρυώπη. Latissimè enim oculis patet aqua. Μῆτις à consulendo appellatur. Prudentia enim & consilio opus est per mare currentibus. Unde & Promethea Oceano amicum finxere poëtæ. Εὐρυνόμη, quasi *latè distribuens* scilicet aquas suas: vel *latè pascens*, nimirum cetos & pisces à νέμω, *distribuo*: *pasco*. Scholiastes ad leges navigantium respiciens τὸν Ναυτικὸν exponit. Τελεθὼ à perficiendo nomen adepta est. nam τελέω, *perficio*, cujus futur. τελέσω. hinc Τελεθὼ, quod navigationem perficiat. Κρηνόπωλον Scholiastes suo more ἀλληγορίζων, hoc est, ineptiens, sic dictam putat, quod vita defuncti fontanis aquis ablui solent, ideoque crocea veste tanquam pulla indutam fingi ob naufragia. Κρισὴ, Ion. pro Κρισία, ἀπὸ τῆ κρίσεως, *à judicio*, quod necessarium navigantibus, ut prosperè cursum instituant. Notetur duas priores syllabas produci contra legem. Ἀσία, pro Ἀσία, Oceani & Tethyos filia, quam ex Pampholyge altera Oceani conjuge natum tradit

Isaa-

Isaacius. Iapeti uxor fuisse traditur, à qua Asiæ nomen impositum. Virgilius 4. Georg.

Atque Ephyre atque Opis, atque Asia Deiopea.

Ubi Pomponius Sabinus: *Asia quæ originem habuit ab Asia palude, fortè quæ est in Asia. Hinc & poëta primam in Asia producit, cum pro nympha Oceanitide, aut palude accipitur differentiæ caussa, ut distinguatur ab Asia regione.* Hesiodus tamen διαφόρως primam corripit. Sic dictam volunt ab ἄσαι, quod est *satiare*, vel à *limo*, qui Græcè ἄσις, *quod limo gaudeat*. Καλυψὼ à *tegendo* nomen habet, quod terram fluctibus suis, ut veste tegit. filia Oceani & Tethyos, vel ut aliis placet, Atlantis, quæ regnavit in Ogygia insula & Ulyssem naufragum hospitio excepit. De qua Ovidius:

An grave sex annis pulchram voviſſe Calypſo
Æquoreamque fuit?

ἱμερόεσσα dicitur, quod *desiderabilis* esset, ἱμείρομαι. Εὐδώρη, ὡς δὲ τὰ δώρεα δίδωσι, quod bona & eximia largitur. Hanc Εὐρυνόμην ab Homero appellari monet Scholiastes. Τύχη *Fortuna* est, quæ etiam inter filias Oceani numeratur. Fortunam quippe experiuntur variam negociatores, qui se suaque commercia ventorum & fluctuum arbitrio committunt. Unde nonnulli eam finxere inter maris undas velificantem: alii in saxi vertice, montisve cacumine ventis omnibus expositam. Homerus quoque in hymno ad Cererem Τύχῃ ponit tanquam unam ex Oceani filiabus. Hic taxandi Christianorum nonnulli, qui pro insigni navibus suis, aut ædibus, Fortunam, gentili more, inscribunt, quasi à cæca illa Diva haberent, quicquid mercando aut navigando lucrarentur. Ἀμφιρὼ, quæ & Ἀμφιρώη nominatur ab aliis, sic dicitur ab *undequaque fluendo*. Ὠκυρόη, *à celeriter fluendo*, quasi ὠκέως ῥέουσα. Στὺξ denique hic nymphæ nomen ob terrorem maris sic dictæ. Oceanitidum omnium dicitur excellentissima, vel propter aquas Stygiæ paludis, quæ honorantur & quæruntur ob singulares earum virtutes: vel ita vocatur, quod præ cæteris fontibus percellat & ad inferos usque dicatur profluere. Propriè fons est in Arcadia è saxis destillans, ἀπὸ τοῦ στάζειν, quod est *stillare*: hinc στὰξ, & Æolicè σὺξ, ut σὺρξ, pro στάρξ, eadem dialecto. Præter has jam memoratas Oceani filias, aliquot alias recenset Homerus, itemque Virgilius 4. Georgicôn, sed nobis suffecerit illa quæ ab Hesiodo nostro posita sunt nomina è Græco idiomate inter-

pretatos esse. De cæteris videatur Eustathius & Servius, itemque Pomponius Sabinus ad prædictos poëtas.

362. Ἄλλην δ' Ὠκεανοῖο.] Συμπέρασμα sive conclusio superioris genealogiæ. Præter jam memoratas, quæ natu sunt maximæ, complures etiam alias esse Oceani ex Tethye filias asserit poëta, quod & nos quoque supra ex Homero & Virgilio ostendimus. Nam 4. Georgic. inter Oceani filias itidem ponuntur Drymo, Ligea, Phyllodoce, Nesæe, Speio, Cymothoë, Opis, Beroë, & aliæ, quas ibidem legere est. Ter mille Oceanitidas esse tradit Hesiodus. De his quoque Maro in libro jam citato:

Oceanumque patrem rerum, nymphasque sorores,
Centum quæ sylvas, centum quæ flumina servant.

Ubi Servius: *Aut ducentas nymphas asserit, aut finitus est numerus pro infinito.* Idem & hic dici potest, Hesiodum tria millia pro innumeris posuisse. Harum Nympharum duo facit genera. Unum quod terram incolit; alterum quod lacus. Quæ terram incolunt, earum aliæ montibus præsunt, ut Oreades: aliæ pratis, ut Napeæ: Sunt quæ Dryades & Hamadryades nuncupantur, sylvarum præsides. Quæ stagnorum habitæ sunt Deæ λιμνιάδες dicuntur vel λιμνᾶΐαι. Theocritus Idyll. 5. λιμνάδας appellat. Hinc & Limniace nymphæ nomen ab Ovidio confictum, 5. Metamorph. At quæ fontibus præerant, κρηναῖαι, sive κρηνίδες vocabantur: quæ puteis, φρεαλαῖαι. φρέαρ, *puteus*. Nam crediderunt Antiqui, si quem fontem, vel utilem aquam excavantes reperissent, illud esse harum Nympharum munus, pro quo sacrificia ipsis offerre consueverunt. Oceani filias dixere, quod, ut saniores docent philosophi, ex Oceano per venas subterraneas oriantur fontes; ex fontibus in alveum reductis fluvii. Quemadmodum verò ter mille Oceani & Tethyos esse filias dixit Hesiodus: ita totidem filios utrique fluviorum præsides extare ait, quorum nomina recensere operosum foret homini, sed norunt singuli, qui flumina illa accolunt, vel circumhabitant. Distinguit poëta fontium & aliarum aquarum nymphas, à fluviorum Diis: hos masculino genere effert: illas fæmineo. quod diverso fit respectu pro diversis aquarum partibus, & affectionibus, ut dictum.

364. Ταναύφυγοι.] Aptum nymphis epitheton, quod pedum malleolos longè extendunt, veloces, quasi μακρόφυγοι. à τανύω, pro τείνω, *extendo*, & σφυγών, *pedis malleolus*, quod pro toto

toto pede accipitur synecdochicῶς. Ὠκεανῶναι.] Quæ & ὠκεανίνιδες, Oceani filiæ.

365. Πολυαυσίητες.] Ἐπὶ πολλὰ μέρη τῆς γῆς διεσπαρμένα. Nullus enim ferè terrarum tractus est, ubi sparsim non inveniantur stagna aut fontes. Βένθεα.] Τὰ βάθη.

366. Παύσῃ.] Παυσάχῃ. Ὁμῶς.] Ὁμοῦ. Ἐφίκτυζε.] Καθικτοῦσι. Θεάων.] Æol. θεῶν, & hoc pro θεᾶς. Ex una enim omnes matre natæ Tethyes.

367. Τόσσοι.] Τόσοι. Καναχηδά.] Μεγάλ κλύζει πολλοῦ. καναχέω, resono, strepitum edo.

368. Υἱεῖς.] Υἱοί. Τέκε.] Οὗς.

369. Τῶν.] Ὧν. Ὀνομακλυτούς.] Ὀνόμασι. Singulare pro plurali. Εἰναέτας.] Εἰπεῖν, ab εἰναίω τὸ λέγω.

370. Οἵ κεν.] Legitur etiam, ὅσοι. Περικτιόνεσσι.] Περοικοῦσι.

371. Θεία δ', &c.] Solis, Lunæ, & Auroræ nativitatem recenset Hesiodus, quorum mater Thia, pater Hyperion fuisse traditur. Homerus tamen Euryphaëssam Solis matrem facit in hymno ejus. Judæi idololatræ Solem venerati sunt sub idolo Molochi: sub ignis forma Persæ, qui propterea dicti ἡλιολάτραι: sub oculi effigie & sceptro Ægyptii, teste Macrobio: alii aliis sub modis formisque. Quinimo Athenienses Anaxagoram impietatis accusarunt, nec non exitio damnarunt, quod Solem, quem pro Deo colebant, μύδρον διάπυρον vocasset, hoc est, *massam candentem* sive *ignitam*. Non tamen sine caussa hæ fabulæ à poëtis confictæ. Thiam Solis, & Lunæ matrem esse tradit Hesiodus, quod omnia bona, in quibus hæc eminent, à divina procedant natura & bonitate. Nam Θεία, *divinam* significat. Hac enim bonitate sua impulsus Deus Solem & Lunam condidit quarta die ad distinctionem faciendam inter diem & noctem, ut *sint in signa cum tempestatibus, tum diebus & annis*, ut legere est Genes. cap. 1. vers. 14. Auroram Thiæ quoque & Hyperionis filiam esse docet. Nimirum ex eodem bonitatis divinæ fonte procedit Aurora, qua Sol & Luna. Quid enim habemus, quod à Deo non sit? Solis autem soror est dicta Luna, quod eodem tempore cum sole nata, hoc est, creata sit: vel quod lumen suum à Sole mutuetur, ut dictum est, & unà cum Sole appareat. Est enim Aurora nihil aliud, quam lux præcedens Solem, ab eoque promanans, quæ Solem citò oriturum nunciat mortalibus. Unde & portari Solis vehiculo di-

citur, lucemque præbere Diis hominibusque. Pro Dea habita fuit, in quam & hymnus extat Onomacriti. Pater horum omnium Hyperion dicitur, quod ad historiam refert Diodorus, qui scribit Hyperiona Solis, Lunæ, & cæterorum astrorum motus horasque summa cura observasse, & à se percepta, cæteris quoque popularibus noscenda prodidisse: ideoque horum parentem dictum fuisse, velut ipsorum naturæ contemplatorem. Erat autem Hyperion, ut idem tradit, Saturni frater, Cæli, vel ut alii, Titanis filius. Unde & Sol ipse sæpius Titan à poëtis vocatur. Ita & Hyperion, qui pater Solis esse dicitur, non raro pro ipso Sole accipitur. Cicero in prognost. *Vt cum Luna means Hyperionis officit orbi.* Alias Hyperionides etiam cognominatus, quanquam minus frequenter, ut notat Giraldus. Apud Homerum sæpe Solis adjectum est, ut Odyss. ι. ὑπερίονος ἠελίοιο. Sic autem dicitur Sol teste Eustathio, ὡσεὶ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰὸν, ἢ ὑπερπολεῖν τὸν κόσμον, *quod supra nos sese moveat, mundumque lustret universum.* Epitheton Solis pro parente ejus obtrusere poëtæ. Quid quod ἥλιον nonnulli dictum volunt ex Hebræo עלי, aut Arabico علي, *supra*, unde Ionica dialecto ἦλι, & cum aspiratione ἥλιος, ut idem sit, quod ὑπερίων, *supra nos gradiens.* Ita sentit doctissimus Hoelzlinus in notis suis ad Apollonium. Θεία.] Zenes suo more ineptiens *Thia* nomen deducit à θέω, *curro*, cum divinam sonet. vide supra. Ἠέλιον.] Ἥλιον. Μίγαν.] Vide quæ in principio hujus libri dicta. Λαμπηγὶς τε Σελήνη.] Splendorem seu lucem à Sole mutuatur. Unde Solis filiam dixit Euripides. Non quod per se omni luce careat Luna, sed ea tam debilis est, ut vix nostros ad visus pertingat.

372. Παίστιον.] Πᾶσι. Ἐπιχθονίοις.] Ἐπιχθονίοις, ἤγουν, ἀνθρώποις. Φαεινὴ.] Λαμπρὰ.

373. Τοί.] Οἱ. Ἔχουσι.] Καθέχουσι.

374. Ὑπολυθεῖσα.] Συντελεσθεῖσα. ὑπολύω, *consumo.* quod verbum à lexicographis omissum.

375. Κρείῳ δ', &c.] Dicitur hoc loco Eurybiam peperisse Creio Cæli & Terræ filio, Astræum, Pallanta, & Persen, qui postremus scientia cæteros præcellebat. Corrigendus hic obiter locus, quod & ab aliis monitum: Κρεῖῳ δ' Εὐρυβίῃ. Nam Creus nomen viri est, poniturque in catalogo filiorum Cæli & Terræ, ut videre est supra vers. 134. Eurybiæ autem nymphæ mentio fit vers. 239. quæ Ponti & Terræ filia fuisse traditur,

ἀδά-

ἀδάμαντος· σὺν φρεσὶ θυμὸν ἔχουσα, ut ibidem dicitur. Per Κρεῖον intelligi putat Scholiastes elementorum sive rerum naturalium post chaos discretionem divina potentia factam, quæ cum maxima sit latissimeque pateat, Εὐρυβίης nomine designatur. Supra, Ponti & Terræ filia appellatur, qua voce maris latitudo & vis immensa significatur, cum non tantum cæli & astra, sed & terra & maria eadem illa Dei virtute creata sint. Astræi verò nomine Astrorum generationem significat poëta, τὸν γόνον τῶν ἄστρων, inquit Zetzes. Ferunt Astræum hunc cum Aurora concubuisse, ac ex ea genuisse Astræam virginem; nec non ventos omnes, quos, cum fratres adversus Jovem bella movissent, armavit & insuper emisit, de quibus in sequentibus agit poëta. Πάλλαντος autem nomine motus astrorum denotatur. nam πάλλειν *vibrare* est. Astra enim, ut & reliqua corpora cælestia perpetuò moventur: cum terra stet immota. Perseu quoque genuit Eurybia, quo significatur astrorum ἀμφιπερίωσις sive transvectio ab oriente in occidentem. Et quia astrorum scientia cæteris præcellit propter subjecti præstantiam, certitudinem & dignitatem, hinc Perses dicitur præcellere omnes peritia, quoniam ad motus astrorum cognoscendos multa opus sit experientia. Eurybie igitur fuerit divina omnipotentia: Κρεῖος, ipse Deus rerum omnium conditor & ordinator, quem νοῦν appellat Anaxagoras διακοσμοῦντα τὸ πᾶν, à κρείω, τὸ ἄρχω, *moderor*, *impero*. Κρείου.] Lege Κρείῳ. Εὐρυβίη.] Vera lectio est Εὐρυβίη. Magna quædam vis intelligitur lateque diffusa. Τίκτει.] Legitur etiam, τίκτει σὺν φιλότητι.

376. Ἀστραῖον.] Nomen viri, ἀπὸ τῶν ἄστρων. Fuit & unus Gigantum, qui contra Deos arma sumpsit, de quo poëtæ. hinc & μέγαν vocat. Πάλλαντα.] Πάλλας, αντος, nomen herois, à πάλλω, *vibro*, *agito*. Δῖα θεάων.] Pro θεῶν. δῖα vim superlativi habet.

377. Πέρσην.] Πέρσης, nomen viri, à πέρθω, *expugno*, *vasto*. Ὃς ἧ πᾶσιν.] Legitur & ὃς πᾶσαισι, vel πᾶσῃσι. Μήτισιν.] ἐπιβουλίαν. Ἀγαθείῃ.] Ἀγαθοποιΐαν, id est, πρὸς ἐμπειρίαν.

378. Ἀστραίῳ δ'.] Ventorum origo, quos Astræo peperisse dicitur Aurora. Etiam ventos pro Diis coluisse Veteres ex Orpheo liquet, qui hymnum iis adolet cum suffitu thuris. Sic Græci, cum Persæ descenderent in Græciam, ventis aram in Thyia posuerunt ad arcendam & expiandam Deorum iram. Idem de Athenienſibus, Pamphyliis, Calabris, Thuriis, & aliis

gentibus legitur, qui templa ſtatuerunt ventis, & ſacra eis fecerunt, quod & Euſebius refert ex eorum Theologia in præparatione Euangelica. Æneas etiam apud Maronem, *Zephyris felicibus albam pecudem immolavit*: inter Romanos Circio vota fecit Auguſtus, ne Galliam infeſtaret. Quatuor autem ventos nominat poëta, Argeſten, quo Eurum ſignificari vult Scholiaſtes, Zephyrum, Borean, & Notum. Alii tres tantum ab Heſiodo poſitos ajunt. nam Argeſten epitheton Zephyri eſſe volunt. Hos Aſtræo & Aurora natos fabulatur vates noſter, quod ex aſtrorum obſervatione eorum flatus præcognoſcuntur ab iis, qui rerum illarum periti ſunt: vel quod ſecundum diverſos aliorum aſtrorum ortus & occaſus, nec non è diverſis mundi partibus venti ſpirant, ut docet Ariſtoteles lib. 2. Meteorolog. Hinc auctor noſter in Oper.

Εὐτ' ἂν Πληϊάδες σθένος Ὠρίωνος
Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων ἰθὺς αἰπὺς
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐπὶ οἴνοπα πόντον.
Quando Pleiades robur validum Orionis
Fugientes occiderint in obſcurum pontum,
Tunc certe variorum ventorum ſtridunt flamina,
Neque amplius tunc naves habe in nigro ponto.

Nam Orion ortu ſuo tempeſtates concitat. Unde *nimboſum* appellat Virgilius. Et idem 1. Georgicon:

Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis,
Hædorumque dies ſervandi, & lucidus anguis,
Quam quibus in patriam ventoſa per æquora vectis
Pontus & Auſtriferi fauces tentantur Abydi.

Unde quam neceſſaria ſit non ſolum agricolis, ſed & nautis aſtrorum cognitio, vel hinc liquet, prudenterque fabulati ſunt poëtæ ex Aſtræo & Aurora natos eſſe ventos, cum eorum ratio ferè ex Aſtrologia & certis anni tempeſtatibus dependeat. Fuit autem Aſtræus Titanum unus, qui contra Deos arma ſumpſerunt. Quò reſpiciens Neptunus, ita Æolios fratres increpat apud Maronem: *Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri.* Nec ſine cauſſa ſubdit poëta Aſtræum quoque ex Aurora ſuſcepiſſe Luciferum & aſtra. Per Luciferum intelligitur ſtella, vel genius ſtellæ illius præſes, quem pro Deo coluerunt Gentes. unde *Φωσφόρια* feſtum à Plutarcho memoratum, & Phoſphori fanum apud Gaditanos fuit. Veneris ſtellam dixere Veteres,

quod

quod modicè calefaciat & humectet. Utrumque ad generationem requiritur. Aſtræo natus fingitur, quod ab aſtrorum conditore Deo ſtellarum acceperit naturam, hoc eſt, igneam. Auroræ item filius dictus, quod cum ea, & quaſi ex ea naſci videtur. *Ben Scachar* ab Eſaia vocatur cap. 14. verſ. 12. hoc eſt, *filius auroræ* ſive *diluculi*. Sic Balſaſarem appellat Propheta Babyloniorum regem, qui cum ſupra alios reges, ut Luciſer inter aſtra emineret, & eluceſceret, juſto Dei judicio, imperium omne, majeſtatem, & claritatem ſuam repente amiſit. Hallucinantur interpretes nonnulli, meritoque à magno Theologo carpuntur, qui de caſu Diaboli eo in loco agi putant, & Luciferi nomine Dæmoniorum principem intelligi volunt. Nec Luciſer tantum Aſtræi & Auroræ filius, ſed & reliqua aſtra, tam ſtellæ fixæ, quam errantes, quarum nonnullæ heliacè, hoc eſt, *matutino ortu emergunt*. Ἄνεμους.] Hic ventos cardinales recenſet poëta quatuor, vel ut alii, tres, Orpheum hac in parte ſecutus, qui tres tantum nominat. Καρποφόρους.] Ita eos vocat ob vires.

379. Ἀργέστεω.] Alii diſtinguunt hunc ventum à Zephyro: alii epitheton eſſe dicunt Zephyri. Heſychius Ἀργέστεω νότου exponit, παχέος. Salmaſius ad Solinum nihil impedire putat, quo minus intelligatur *albus Notus*, quomodo & eum vocat Horatius lib. 1. Od. 7. Ζέφυρον.] Zephyrus, quaſi Ζωοφόρος, quod *vitam afferat plantis & floribus*. unde *maritus Floræ* dicitur à poëtis. Subſolano adverſus flat ab occidente. Βορέαν.] Ab axe ſpirat Septentrionali, fermeque ſudum invenit cælum, unde & αἰθρηγενέτης Homero. Αἰψηροκέλευθον.] Sic vocat Borean, quod rapidus ſit ventus, viamque ſuam celeriter conficiat. αἰψηρὸς enim *velox*. & κέλευθος, *via*. H. Stephanus λαυψηροκέλευθον legit, à λαυψηρὸς, quod Heſychio idem eſt, quod αἰψηρὸς, præfixo λ.

380. Νότον.] Ventus eſt à meridie flans, & pluvius, ἀπὸ τοῦ νοτίου, hoc eſt, ab *humore* ſic dictus. Θεῷ ἠοῖ.] Aſtræo Aurora.

381. Ἑωσφόρον.] Dicitur Ἑωσφόρος, *Luciſer* Latinis, quod *lucem ferat*. cum veſperi emergit, *Veſperugo*, vel *Heſperus* appellatur. Eadem eſt ſtella, ſed mane cum Solem antecedit, ei albus tribuitur equus: veſperi cum eundem ſubſequitur, furvus. Sic dicitur ὄφρα τὸ φέρειν πλέον ἦεν. Nam ut Aurora Solem afferre dicitur: ſic & Luciſer Auroram, unde filius ejus eſſe

fingitur. Ἠελέκτεια.] Sic vocatur Aurora, quod mane naſcitur, ab ἦος, *manè*, & γίνομαι, *naſcor*. Clariſſ. Hoelzlinus, ſic dictam putat, ab ἠὴρ ſignificante *caliginem*, quaſi *caliginis filiam*, quod è nocturnis tenebris velut naſci videatur.

382. Λαμπετόωσα.] Pro λαμπετῶσα poëticè, inſerto ο ante ω. Τάς τ' ἀρχὸς ἐτέφανον.] Structura inſolens. τὰ pro τοῖς, & hoc pro οἷς, Ionicè. Sic & Homerus Iliad. 6.

Ἐν ᾗ τὰ πίρια πάντα, τάτ' ἀρχὸς ἐτέφανον.

Nec proſæ ſcriptoribus inuſitatum: στεφανοῦν τὰ ἆθλα, dixit Philoſtratus, pro, *ornari præmiis*, quæ merentur οἱ ἀθλοθέται.

383. Στὺξ δέ.] Stygis & Pallantis ſobolem enarrat poëta, Zelum, Victoriam, Robur & Vim. Nam Pallas aſtrorum motus deſignat, Styx aquam, quæ duo ſi conjungantur ac in unum miſceantur, ſingulares in animis hominum excitant virtutes. hinc zelus, robur, vis, quæque per ea acquiritur in bello, victoria. Per zelum intelligit æmulationem ſive ſtudium illud ac deſiderium, quo animus excitatur ad honeſtiſſimum quodque facinus ſuſcipiendum, à ζέω, *ferveo*. Talis fuit ardor ille, quo excitatus Themiſtocles dicebat: οὐκ ἐᾷ με καθεύδειν Τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον, *non dormire me ſinit Miltiadis trophæum*. Et Niſus apud Virgilium lib. 9.

——— *Diine hunc ardorem mentibus addunt*
Euryale? an ſua cuique Deus fit dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete eſt.

Robur & Vim, cum in bello plurimum poſſint, in Deos quoque transformarunt gentium poëtæ, nec tantum Jovis, ſed & Martis comites eſſe finxerunt. Nec minus Victoria ut Dea culta, quam Stygis & Pallantis filiam ſtatuit Heſiodus: alii Acherontis, aut Terræ filiam dixere. Scribit Phurnutus Victoriam πάρεδρον Minervæ datam, quæ & in bello adverſus Gigantes opem tulit. Nec ſine cauſſa id fictum. Nam ut Euripides ait in Phæniſſis: Τὸ νικᾶν ἐστι πᾶν εὐβουλία. *Conſilia recta proferunt victoriam*. Sunt qui tradant parvulam adhuc Minervam ab Jove nutriendam traditam Pallanti Lycaonis filio, qui eam cum filio educavit; filiam adultam Minerva in Deorum numerum rettulit, & Νίκην, id eſt, Victoriam appellavit: ſe verò ab educatore Pallada dici voluit, ut Dionyſius ſcribit primo hiſtoriar. libro. Colebatur Victoria à Veteribus pingebaturque, ut in antiquis num-

nummis & marmoribus videre est, alata, volans, coronam vel palmam proferens, nonnunquam & laurum. Sic eam carmine suo describit Prudentius Gentium stultitiam irridens:

Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est,
Et Deus omnipotens, non pexo crine virago,
Non nudo suspensa pede, strophioque recincta,
Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.

Hæc autem Diva illi parti prodest, cui Jupiter faverit, bellorum omnium summus præses ac moderator, sine cujus præsidio & ductu vana sunt omnia. Dicitur Styx Oceani filia, quoniam omnia flumina & fontes ab Oceano originem ducunt, & ad eum recurrunt, ut supra ostensum. Pallanti nupsit Cræi & Eurybiæ filio, ob astrorum & corporum cælestium motus, à quo cælitus hæc dona proficiscuntur, & ad nos dimanant. Nam Cræi & Eurybiæ nominibus divina intelligitur vis & imperium in omnes creaturas. Hinc & Jovi semper adesse dicuntur hæc numina, neque separatas ab eo habere sedes: imo nullam esse viam qua non illis præeat Deus: Ὁ γὰρ ἐφόρων χῶρος, inquit Scholiastes, οὐκ ἄμοιρός ἐστι τούτων, ἀλλ' ἄνωθεν ἡμῖν ἐπιτέμνει τὸ κράτος, ἢ ἡ νίκη, ἢ ἡ θεοπέσιος συμμαχία. Deinde nec certas & fixas cæli partes habent, quia ab omnibus coluntur, & apud omnes inveniuntur. unde & *Dii communes* appellantur, possuntque, si Jovi visum, utrique in bello parti favere.

384. Καλλίφυλον.] Ex parte totam formosam innuit. Μεγάροισι.] Pro μεγάροις. τὸ μέγαρον, *domus*, proprie *ampla*, à μεγαίρω, quod magnis invideri soleat.

385. Βίλω.] Βίαν. Ἀειδείκελα.] Λαμπρόφωτα. Dicitur ἀειδείκελος, ὁ ἄγαν δεδειγμένος, *qui multum ostenditur, inclytus.*

386. Τὸν.] Pro ὃν. Ἀπάνευθε.] Χωρὶς. Ἕδρη.] Ἕδρα.

387. Ὅππη.] Pro ὅπη metri gratia. Ἠμενοείη.] Περιγένηται. Nihil prosunt zelus, robur, vis, & ejusmodi dona in bello, nisi exercitui præeat Deus. Quod & regius psaltes non semel indicat in Canticis suis.

388. Ζηνὶ.] Διΐ. Βαρυκλύτῳ.] Τῷ βαρέως τοπεῖν, ἤγουν, βραδυπορεῖν. Ἑδριόωντες.] Pro Ἑδριάων, per epenthesin poëticam ο, ab ἑδριάομαι, τὸ καθίζω. Sedere apud Jovem dicuntur, qui ipsi sunt intimi quasique domestici.

389. Ὡς γὰρ ἐβούλευσε.] Nunc porro narrat Hesiodus, quomodo in pugna Jovis, cæterorumque Deorum adversus Gigan-

tes

tes seu Titanes se gessérit Styx, nempe ipsam sibi & liberis suis prudenter consuluisse, quod ante omnes promptam Jovi adversus Titanas opem tulerit. Qua de caussa Jupiter quoque hanc illi nobilitatem & dignitatem concessit, ut sanctissimum jusjurandum per Stygem Dii haberent. Quod & Homerus testatur lib. 5. Odyss.

Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθε,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.
Hoc sciat & tellus & vasti regia cæli,
Quæque Stygis de fonte fluit venerabilis unda,
Quæ juramentum est superis numenque beatis.

Et Virgil. 6. Æneid. —— *Stygiamque paludem,*
Dii cujus jurare timent & fallere Numen.

Alii tamen honorem illum Stygi datum volunt, quod conjurantium Deorum adversus Jovem, cum illum vincire voluerunt, insidias patefecerit, ut sensit Isaacius. Porro orationem describit poëta, qua usus est Jupiter, cum ad se vocasset Deos, quæ partim est ἐλεγκτικὴ, partim ἀξιωτικὴ. Tantum scilicet abesse ait, ut honorem alicui Deorum sit adempturus, qui in hoc, quod instabat, Titanico certamine, pro ipso fortiter pugnaret, ut multo majorem gloriam sit reportaturus: quinimo siquis forte Saturno regnante vixisset inglorius, nulloque habitus fuisset loco, eum summo fore in honore inter Deos immortales. Jupiter hic βραβευτὴν sive munerarium agit, qui non tantum, ut bonus agonotheta certamen proponit suis, sed & præmia strenuè pugnantibus, velut Deorum rector decernit. Qui Physicè hanc fabulam interpretantur, per Titanomachiam intelligunt elementorum inter se discordiam, sive litem, quam Deus naturæ auctor diremit, segregando ea, & singulis locum suum & decus assignando. Prima autem ad Jovem venit Styx, quo nomine aqua intelligitur ob vetustatem ejus & celebritatem, quia primum separatæ sunt aquæ, quæque initio universam obtegebant terram, in alveum reductæ coiere: pars in aërem subvecta ad superos contendit, ex qua nubes constant. Scholiastes: Ἦλθε δ' ἄρα πρώτη Στὺξ, ὅτι πρῶτον ἐχωρίσθη τὸ ὕδωρ τὴν γῆν ἐπικαλύπτον, (sic legendum, non ἐπικάλυπτον) καὶ πρὸς τὸ ἀέρα ἀνέδραμεν· ἐπὶ τῶν δὲ κεῖται τὸ ὕδωρ. Sunt qui non incommodè moralem ex hac fabula doctrinam eliciunt. Cum enim Styx divinum consecuta sit honorem, eo quod Jovi

adver-

adversus Titanas fuerit auxilio, vel quia Jovi insidias indicasset, eo significant antiqui, principes, præsertim rectè gubernantes à singulis nationibus esse pro viribus in imperio retinendos; tum etiam principes ipsos munificos esse oportere erga illos, qui sceleratorum proditiones & insidias patefaciunt; qua re nihil potest esse sanctius, neque ad servandas civitates accommodatius. Tzetzes & aliam suggerit doctrinam, nempe hanc: qui tristis est ob delicta sua, & Stygiam metuit paludem, sive, pœnas infernales, is bellum inferre debet Titanibus, id est, pravis affectibus suis, eosque Deo, & rectæ rationi subjicere, quo certamine feliciter peracto ab excellentissimo Deo honorem consequitur, & vitæ immortalitatem. Ὡς.] Οὕτως. Ἄφθιτος.] Ἄφθαρτος, ex α privante & φθίω vel φθίνω, *corrumpo*. Ita vocatur Styx, ob perennem ejus fluxum, & incorruptibilitatem. Ὠκεανίνη.] Patronymicum. Tryphon paronyma vocat, quod masculina non habeant ab eo deducta.

390. Ὀλύμπιος.] Ὁ Ζεύς. Ἀστεροπητής.] Ἀστραπαῖος.

391. Ἐκάλεσσε.] Geminatur consonans ob metrum.

392. Μετὰ εἶο.] Σεαυτῷ.

393. Ἀποῤῥαίσῃ.] Sic legendum, non ἀπορήσῃ, præeunte Hesychio. ἀποῤῥαίω, *destruo*: hic, *vi spolio*, vel simpliciter *adimo*. Γεράων.] Id est, τιμῶν.

394. Ἐξέμῃ.] Inf. Ion. pro ἔξειν. Τοπάρος.] Τὸ αὖτερον.

395. Ὑπὸ Κρόνῳ.] Ἐπὶ Κρόνῳ, *Saturni tempore*, vel *Saturno regnante*. Ἀγήρως.] Ἀνὰ γῆρας. τὸ γέρας, *præmium, munus*.

396. Ἐπιβησόμῃ.] Inf. Ion. pro ἐπιβήσῃ. quasi ascensurum est, id est consecuturum. Ἣ θέμις ἐστί.] Ὡς δικαιόν ἐστι.

398. Μήδεα.] Τὰ βουλεύματα. Πόντου.] Nimirum Jovis, vel Oceani.

399. Τῷ δέ.] Pro τούτῳ ᾗ, Stygæ. Τίμησε.] Pro ἐτίμησε. Πρέσβα.] Id est, ἐξαίρετα. σεβάσιος, *excellens*.

400. Ἔθηκε.] Ἐποίησε. Μέγαν ὅρκον.] Φοβερόν. Ἔμμεναι.] Εἶναι.

401. Ἐός.] Σφέτερος. Μεγαλήτορας.] Id est, σωματικούς, ἀπὸ μεγαλήτου. Postremam syllabam ας corripit Dorum more.

402. Αὖτως.] Ὁμοίως. Διαμπερές.] Διὰ τέλους. ex gemina præpos. & πέρας, *finis, terminus*. Ὑπέρβη.] Ab ὑφίημι, *polliceor*.

403. Μέγα.] Μεγάλως. Κεφαλῆν τε ἀνάσσειν.] Ἐπὶ πάντων κρατεῖν.

404. Φοίβη δ' αὖ.] Latonæ generationem recensiet poëta, quam

quam Cæi ac Phæbes filiam esse tradit. Idem & Ovidius testatur lib. 6. Metamorph.

Quoque modo audetis genitam Titanida Cæo
Latonam præferre mihi.

Fuit autem Cæus ille Gigas, Titani, vel ut supra dictum, Cæli & Terræ filius. De quo etiam Virgilius lib. Georg. 1. nec non Æneid. 4. ubi de Fama loquens inquit:

Illam Terra parens Cæo Enceladoque sororem
Progenuit.

Phæbe non hic Luna est Latonæ filia, sed mater, eoque nomine designatur divina mens sive bonitas, quæ pura est, & malitiæ omnis expers, corporum cælestium & sublunarium architectatrix, quibus universis suam bonitatem etsi dispari gradu largitur, neque quicquam est boni, quod non à divina illa bonitate cælitus proficiscitur. Unde φοίβη, à puritate & splendore nomen habet. Talis est natura divina, sicut & Solis, qui & inde dictus est φοῖβος, à puritate luminis. Consideratur ergo divina mens sive bonitas, ut mundi opifex: Latona quam genuit, materies universi est, quæ λήθη sive Latona ἀπὸ τῆς λήθης dicta est, vel quoniam, antequam lux foret, omnia in tenebris delituerint: vel quia, ut Platonici volunt, rudis illa indigestaque moles innumeris latuit seculis, usque dum mundi ille architectus omnibus in ordinem reductis, singulis suum tribuit decus: unde & cum cæruleo peplo introducitur, quod invisibilis fuit illa materies & informis: sed grata demum, suavisque extitit Diis hominibus, ubi singula in ordinem redacta suis formis enituere. Zetzes per Latonam intelligit omnium malorum oblivionem quæ filia est Cæi & Phæbes, hoc est, superni luminis, quia de cælo advenit, quæ cum plena sit spei & pulchritudinis, ab humanis calamitatibus nonnihil offuscatur, sed tandem divina ope adjuta eas superat, dissipatque adversa omnia. Atque ideo Latonam Apollinis matrem finxere Veteres, quod Mutica, cujus auctor est Apollo, malorum omnium oblivionem inducat. Qua de caussa blandam Diis & hominibus semper existere ait poëta. Qui per Latonam Terram intelligunt, cui Juno diu obstitit, ne Phæbus & Diana nascerentur, iis Juno est aër, qui humidus supra modum, gravisque existens erat impedimento, quo minus duo lumina viderentur ob densitatem, sed ubi vis Neptuni concessit, ut terra quæ sub aquis latebat, siccaretur, continuo peperit Latona. nam cessantibus nebu-

nebulis apparuerunt duo lumina Solis & Lunæ. Φοίβη.] Phœbe, à φοιβὸς, quod Hesychio καθαρὸς, λαμπρὸς. Unde & Phœbi, id est, Solis nomen. vide supra. Πολυήρατον.] Id est, πολυέρατον, ἢ πολλοῖς ἐρώμενον. Εὐνῇ.] Κοίτῃ, λέχῳ. quo nomine coitum designat metonymicè.

405. Κυσαμβίη.] Κυσαμβίη, id est, ἐν χαρᾷ ἴσχεσθαι. Ἤπειτα.] Pro ἴπειτα, per Diastolen poët.

406. Κυανόπτωλον.] Μελανόπτωλον.

408. Ἀγαναίτην.] Γλαυκώπην. fit ἀγανὸς ex α epitatico, & τὸ γάνος, *Lætitia*. Ἐντὸς Ὀλύμπου.] Ἐν τῷ ἱερῷ.

409. Γείνατο δ'.] Describit his versibus generationem Hecates, quam Asteriæ & Persei filiam esse tradit. Asterie autem Phœbes & Cæi filia, Latonæ soror fuit. Hæc si historicè consideretur, filia fuit Cæi Titanis filia, quæ post vitiatam Latonam à Jove dilecta est, à quo in aquilam verso compressa Herculem ei peperit: stupratam Jupiter Perseo tradidit, ex qua sola nata sit Hecate, quæ ideo μονογενὴς ab Hesiodo vocatur, quia unigeniti sine fratribus plus honoris assequuntur, ut ait Hesiodi interpres, & sint etiam ditiores. Physiologi per Asterien astrorum substantiam, motus & pulchritudinem, imo ipsam scientiam astrologicam, & ex ea futurorum prædictiones designari volunt, quæ ex corporum cælestium motu & trajectione percipiuntur. Hanc Perses Solis, & Perſæ nymphæ filius uxorem duxisse traditur, postquam à Jove compressa esset. Perses autem Sol est, maritus & rex astrorum, ad cujus ortum & occasum oriuntur & occidunt stellæ. At cum stellaris etiam naturæ sit Luna, rectè omnino ab Asteria progeneratam eam fabulantur poëtæ, quam & Hecaten appellat Hesiodus. Quæ & ipsa nunc historicè, nunc physicè spectatur. Priori modo Persei regis filia fuit; quæ patre interempto Æetæ patruo nupsit, atque Medeam illi peperit & Circen; fœmina animi planè virilis, & venationibus addictissima, quæ primùm dicitur inveniſſe mortiferas, ac venenatas radices, fuitque veneficiorum peritissima, & earum rerum, quæ vim medendi haberent, ut tradit Apollonii Scholiastes in 3. Argonauticorum, ubi etiam sacrificia describit ritusque, quibus invocabatur Hecate. Posteriori modo φυσικῶς Hecate fuerit Luna, quæ & eadem cum Diana & Proserpina, sed diversa χίσει. Nam in cælo Luna dicitur, in terris vel sylvis Diana; apud inferos Proserpina. Ita ut Hecate triplicis potestatis nomen sit. Unde *tergeminam* eam vo-

vocat Virgilius in quarto Æneid. cum ob alias cauſſas, tum ob triplicem, quam non modo in cælo, ſed etiam in terra & aquis exerit poteſtatem, cujus officia & vires deſcribit Heſiodus. Honorata dicitur à Diis omnibus & hominibus, quod in Sole & Luna maximam vim decuſque poſuit univerſi conditor, ut & ipſe teſtatur Moſes cap. 1. Geneſ. verſ. 14. Veteres qui Jovem rerum omnium moderatorem faciunt, cum commoda omnia & incommoda ab eo proficiſci intelligerent, vim illam, quæ occultè per aſtra ad inferiora corpora agens deſcenderet, Hecaten Jovis & Aſteriæ filiam nuncuparunt: qui vero Solem omnia proſpicere, omniaque audire crediderunt, & omnibus moderari, illi Perſæ filiam Hecaten vim illam prædictam dixere. Perſes enim Solis filius eſt, vel Sol ipſe. Ita ut Hecates nomine τῆν εἱμαρμένην, vel τύχην, hoc eſt, fatum ſive fortunam videantur intellexiſſe, quo nomine & ipſa vocatur ab Onomacrito in hymnis. Unde & *triformis* dicta, ob tres quæ finguntur Parcæ. Quanta vero cultoribus ſuis bona conferat Hecate, in ſequentibus docet poëta. Nam primo divitias & honores largiri creditur ritè vocata. Unde & Proſerpina, quæ eadem cum Hecate, Plutonis, hoc eſt, Ditis uxor ſecundum fabulas eſſe fingitur, cui terra interior, quæ metallis, auro & argento diteſcit, conſecrata eſt. Quæ & ratio fuit, cur divites Hecatæ ſacrificarent, & ſingulis menſibus in triviis cænam collocarent, quam per noctem pauperes eo convenientes devorabant, Hecatenque ediſſe dicebant, cujus ritus meminit Ariſtophanes in Pluto. Idem Heſiodus in Dieb. eum magno cum lucro reverſurum affirmat, qui Deam hanc ritè coluerit, fauſtiſque diebus ad opus fuerit egreſſus. Ἀστερίην.] Ion. Ἀστερίαν, ab ἀστὴρ, *ſtella*. Εὐώνυμον.] Quaſi dicas, *boni nominis, celebrem*, eo quod è Titanibus orta eſſet; vel ob claritatem aſtrorum. Scholiaſtes quoque *lævam* exponit, quem conſule. Πέρσης.] Hic *Perſeus* ab aliis vocatur. Unde *Perſeis* dicta Hecate ab Ovidio lib. 7. Metamorph. & Τιτανία, quod Titanum unus eſſet Perſa.

410. Ἤγαγε.] Attic. pro ἦγε, *duxit*. Ἐς μέγα δῶμα.] Sic aulam vocat. Κικλῆσκ.] Pro ἵνα κληθείη, *ut vocaretur*, & reipſa eſſet. Ἄγχιθι.] Γωνιαίως, ex α ſignificante ὁμοῦ, & κοίτη, *cubile*.

411. Ὑπερκυδαμείην.] Paulo ante dixit, κυδαμείην. Ἑκάτην.] Sic dicta putatur, vel ab ἑκὰς ἑκὰς, id eſt, *centum*, quod innumeras habere vires crederetur, *centenario* Græci ſæpè infinitum

nitum designant numerum : vel ab ἑκὰς, *longè*, quia in longè dissita operetur. Unde & ἑκάεργος dici possit, ut Apollo ἑκάεργος. Τῷ.] Ἤ. Περὶ πάντων.] Ὑπὲρ πάντας.

412. Πέρσ.] Ἔπερσ, ἀ περίω, τὸ παρέχω. Οἱ.] Αὐτῇ.

413. Μοῖραν ἴσχῃ.] *Vt haberet partem*, hoc est, *potestatem*, τῷ ἐξουσίαν.

414. Ὑπ' ἠέρος.] *Sub cælo*, non, *à cælo*. De hominibus loquitur, qui & Hecaten divinis honoribus prosequuntur. Ἔμμορε.] Μείρω, per metathesin, à μείρω, *partior*, *sortior*.

415. Τετιμένη.] A τίω, pro τιμῶ, *honoro*.

417. Ἔρδων.] Θύων. Ἱερὰ καλά.] Id est, *sacra eximia*, seu *prospera*. Uno verbo hoc Græci dicunt καλλιερεῖν. Καθὼ νόμος.] Modum ritusque placandi Hecaten describit Apollonius lib. 3. Argonaut. qui cum magici sint, & superstitionis pleni, hinc Lunam sive Hecaten invocare solent magi & venefici, ut videre est apud Theocritum in Pharm. Euripidem in Medea : Virgilium 4. Æneid. & aliis in locis. Ἰλάσκηται.] Ἐξιλάσηται.

418. Κικλήσκῃ.] Καλεῖ. Ἔασι.] Pro εἰσὶ, Imperf. pro præsenti.

419. Ὧι.] Pro ᾧπερ. Ὑποδέξῃ.] Pro ὑποδέχῃ.

420. Ὄλβον.] Id est, πλοῦτον, εὐδαιμονίαν. Ὀπάζοι.] Παρέχοι ἄν. Δυνάμεσσι πάρεστιν.] Lunam respicit, cui mirandas virtutes tribuere Græci. Notat Scholiastes ideo Hecaten ab Hesiodo tantopere celebrari, quod, ut credit etiam Pausanias, summo in honore apud Bœotos fuerit. Ascra autem vicus Bœotiæ, ubi habitabat Hesiodus.

421. Ὅσσοι γὰ, &c.] Amplificat honores Hecatæ poëta præ cæteris Cæli Terræque filiis. Etenim tantos esse illos affirmat, ut qui singulis tributi sunt Diis, eorum omnium cumulus in Hecaten sit collatus, cui Jupiter in generali illa munerum distributione inter Deos facta, nihil ademptum voluerit, sed eodem loco esse jusserit, quem ab initio obtinuerat inter Titanes. De hac imperiorum distributione supra locutus est Hesiodus. Dii primores vocantur Titanes, quod Cæli Terræque sint filii, ex quibus Dii cæteri hominesque sint nati, ut testatur Homerus in hymno in Apollinem. Quin & Onomacritus in hymno in Titanes, omnium illos animalium fontem appellat, quæ ubique habitant : item ἡμιθέων σεσηγότας πολίων, ut ibidem loquitur. Nimirum physicè sic res appellantur humanæ. Cum enim tempus è cælo natum sit, & ex annuo solis cursu, resque in eo

agantur, & per id naſcantur, quæ generationi ſunt ſubjectæ, hinc Titanes eſſe apud inferos, & eoſdem patres hominum & Deorum finxere poëtæ. Quin & Sol *Titan* dictus, & Luna *Titanis*, nec non aſtra ipſa *Titania* à Marone appellantur, Æneid. 6. quæ cum ſupremum mundi locum occuparint, non mirum videri debet, ſi Hecaten, quæ Luna eſt, & unica, non minorem inter Titanas poteſtatem conſecuta ſit, ſed multo ampliorem ſublunaribus corporibus, cum vires ſuas extendat in elementa omnia ſibi ſubjecta. Unde Hecaten *cæloque Ereboque potentem* dixit Maro in ſexto Æneid. Tria elementa hic nominat Heſiodus, in quibus dominatur Luna, in cælo, terra & pelago. Nam etſi ſeptem ſint planetæ, maximè tamen Sol & Luna res humanas regere ac procurare creduntur, nec efficere tantum phyſica quadam ratione aëris mutationes, & temporum annorumque decurſus periodicos, ſed homines etiam divites vel pauperes: honoratos aut obſcuros, &c. Unde Solem & Lunam κοσμοκράτορας, ſeu *dominos mundi* vocat Onomacritus. Chriſtiani utut hæc in rebus phyſicis nonnihil veritatis habere libenter concedant, tamen imperiorum tranſlationes, & ſingulorum hominum fortunas & ſtatus ex aſtris velle ſuſpendere, id vero ſuperſtitioſum ducunt, plenumque vanitatis. Hinc laudabiliter factum à Tiberio & Vitellio imperatoribus, qui Mathematicos omnes ex urbe ejecerunt. Sic vocabant eos, qui ex aſtris ſuum cuique eventum enunciabant, quod vetat Deus Eſaiæ cap. 47. & alibi. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ.] Titanes intelligit.

422. Ἔλαχον.] Ἐκληρώσαντο, à λαγχάνω, *ſortior, ſortitò obtineo.* Αἶσαν.] *Sortem* ſive *poteſtatem*, ſupra μοῖραν dixit.

423. Μιν.] Αὐτὴν. Ἐβιήσατο.] *Per vim ademit.* propriè, *vim intulit.* Ἀπηύρων.] Ἐξαίρησιν, verbi ἀπαυράω, *privo, eripio.*

424. Μετὰ πεπρώμενα.] Ἐν τοῖς πεπρωμένοις.

425. Ἔπλετο.] Ἀπὸ πέλομαι, τὸ εἰμί. Δασμός.] Id eſt, μερισμός, Δάσμη, à δάζομαι, *divido, partior.*

426. Μουνόγενής.] Ion. μονογενής. Sic vocatur Hecate, quod ſola è Perſeo & Aſteria nata ſit: vel quod unica ſit Luna. Ἔμμορε] Μέτοχος.

427. Γαίης.] Pro γέρως, per antiptoſin.

428. Τίεται.] Id eſt, τιμᾷ, in notione activa.

429. Ὧι δ' ἐθέλῃ.] Perſequitur encomia Hecates, eamque in ſolennibus hominum cœtibus eminere dicit, nec non in bello, quibuſcunque propitia eſt, victoriam largiri: quinimo & regibus

gibus pro tribunali ſedentibus, & luctantibus in certamine viris præſto eſſe Divam. Itaque pacis bellique eam moderatricem ſtatuit Heſiodus, ob ſingularem in hæc inferiora, & hominum quoque mentes Lunæ vim & poteſtatem. Nam ut Solem pro rege habent Aſtrologi, ſic Lunam ut reginam aſtrorum colunt, quorum ſatellites & quaſi lictores ſunt cæteri planetæ. Hinc & Hecates numen in genituris hominum nocturnis maximum eſt apud Genethliacos, ut in diurnis aſtrum Solis. Et cum noctis dominatum obtinuerit Hecate, hinc & in foro prudentiam ſuggerere, & in bello certantibus robur & felicitatem præbere creditur, cum conſiliis clàm ineundis aut inſidiis ſtruendis aptiſſima ſit nox. Unde & *Διφυίλιον* eam Veteres dixere ἀπὸ τὸ *Διφυεῖν*, ut in principio hujus libri diximus. Deinde quod reges naſcantur, quod judices rectè judicent, ab aſtris, præſertim benevolis Lunæ aſpectibus deducunt Aſtronomi. Hinc verſipelles ſub Saturno; prudentes ſub Jove, eloquentes & furaces ſub Mercurio, ſub Veneris horoſcopo libidinoſos, & ſic alios ſub aliis planetis naſci credebant. Cui vanitati ut primum Babylonii, ſic poſt eos Græci addictiores fuere. ita ut mirum non ſit, ſi plus æquo iis tribuerit Heſiodus, qui eum inter Bœotos relligioſior videri vellet, Hecates numen etiam verſibus ſuis celebrare conſtituit, quo conciliaret ſibi Divam, gratioſumque ſe redderet indigenis civem. Ὡῖ δ' ἐθέλῃ.] Πρὸς ὃν ἂν βούλῃ. *Μεγάλως.*] Μεγαλοπρεπῶς. Ὀνίνησι.] Ὠφελεῖ.

430. Ἀγορῇ.] Pro ἀγορᾷ. Μεθαπρέπῃ.] Διαλάμπῃ. Ἢ ι κ'.] Ἢ ὅν. Alii legunt ὃν κ', ut referatur ad λαοῖσι. Ἐθέλῃσι.] Pro ἐθέλῃ.

431. Φθισιώοφρα.] Φθισιώφρα belli epitheton, quaſi *viros perdens*, ex φθίω, *perdo*, cujus μ. φθίσω, & ἀνὴρ, *vir*. Θωρήσσοντας.] Ὁπλίζοντας. Θωρήσσω, *pectus thorace munio*, à θώρηξ, quod Ionicum eſt, pro θώραξ, *lorica*.

432. Ἀνέρες.] Hoc eſt, στρατιῶται, ἄνδρες.

433. Προφρονέως.] Προθύμως. Ὀπάσσῃ.] Ἵνα ὀπάσῃ. Κόδος.] Δόξαν. Ὀρέξας.] Ἵνα ὀρέξῃ. Ὀρέγω, *porrigo*.

434. Ἐν δίκῃ.] Ἐν τῷ δικαστηρίῳ, vel ἐν τῷ δικάζειν. Καθίζῃ.] Quod Hecatæ ſuæ tribuit Heſiodus, id de ſummo Numine effatur Regius Propheta Pſal. 82. cum ſtare Deum ait in cœtu Elohim, id eſt, *regum* ſive *judicum*.

435. Ἐσθλὴ.] Εὐμενὴς. Ἀγῶνι.] Pro ἐν ἀγῶνι. Ἀθλεύοντι.] Id eſt, Ἀγωνιζομένῳ.

436. Τοῖς.] Pro τέτοις. Παρεχόντ᾽.] Alii legunt, τοῖσι παρεόντεσσι.

437. Κάρτει.] Κράτει. Ἄεθλον.] Βραβεῖον. Ἄεθλον, *certamen*: ἄεθλον, *præmium certaminis*.

438. Φέρτ.] Sic de Hierone Syracuſano, Arceſilao, & aliis legere eſt apud Thebanum vatem. Τοκεῦσι.] Τοῖς γονεῦσι. Sicut enim laus parentum in filios redundat: ita viciſſim honor filiorum ad parentes pertinet. Syneſii dictum eſt: Τέκνοις αἰδήσιμον κρύπτεται πάλιος ἴπνον. Et rurſus: Τέκνων δρεπτὴ, δέξαι παλίρροον.

439. Ἔσθλὴ δ᾽ &c.] Ἔπιμονή. Pergit in laudibus & beneficiis Hecatæ recenſendis poëta, quæ non tantum in foro & bello, aliiſve hominum cætibus præſto eſt, ſed & equitibus & nautis, præſertim mare trajicientibus propitiam ſe exhibet, ſi modo ritè cum Neptuno colatur. Equitibus favere dicitur, dum nocte lucens viam ipſis oſtendit, qua incedendum eſt: & pabuli copiam largitur: tum navigantibus quoque commoda eſt, quia ingens ſit Lunæ vis & imperium in mare. Hinc qui Hecatæ & Neptuno ritè vota nuncupant, feliciter navigare ac diteſcere creduntur. Quin & venatoribus prædam offert copioſam, ſi ſacra ejus ex lege obſervent: ſin contra contempſerint, præda, quæ jam affulgebat certoque in manus ventura erat, ab irata Dea ipſis præripitur, inaneſque domum reverti coguntur. Diximus ſupra Hecaten, ſi hiſtoricè conſideretur, filiam fuiſſe Perſei regis, quæ præterquam aliis rebus, etiam venationi fuerit addictiſſima, & ſub Hecates nomine culta. At phyſicè ſpectata, eadem eſt, quæ Luna. Hæc in ſylvis Diana vocatur, venantibuſque præfecta legitur. Nec immerito. Lucis quippe beneficium eſt, quod uti Apollo, qui ſol eſt, die: ſic & Diana, quæ luna creditur, noctu oſtendat vias. Unde ἐνοδία à Græcis vocatur, hoc eſt, ut Feſtus interpretatur, *viarum Dea*. Peculiari verò jure per montes ſylvaſque iter facientibus utiliſſima eſt habita: unde *montium ſylvarumque potens* ab Horatio appellatur. Noctu enim ad Lunam egredi ſolent venatores, cum feræ è latibulis prodeunt, quæ ſolis adventu rurſus in luſtra ſe recipiunt. Quare Patarenſes, ut auctor eſt Pauſanias in Achaicis, eam Laphriam dixere, & venatricis habitu coluere: cujus victimæ erant apri, cervi, capreæ, luporum & cervorum catuli, venantium capturæ. Eidem præterea & canes ſacravit antiquitas, cum venatio præcipuè canibus peragi-

tur.

tur. unde & κυνηγετικὴ, ipsa ars venandi nomen accepit. Sed de his alibi dictum. Γ'ωπήσωσι.] Pro ἰωπεύσωσι. Παρεστάμεν.] Inf. Ion. pro παρεστῶσαι. Dii astare iis dicuntur, quibus opem ferunt. Οἷς κ' ἐθέλῃσι.] Pro οἷς ἂν ἐθέλῃ.

440. Γλαυκιὴ.] Supp. θαλάσσαν, à colore glauco seu cæruleo. Sic Homerus ὑγρὰν dixit pro *mari*, & τραφερὴν, pro *terra*, subauditis nominibus ὁδὸν, & γῆν. Δυσπέμφελον.] Maris epitheton, quòd trajectu difficile sit, ex δὺς pro δυσχερὴς, & πέμπω, *mitto*. Ἐργάζονται.] Γλαυκιὴ ἐργάζεσθαι dixit, ἀντὶ τοῦ πλεῖν, poëtica phrasi.

441. Ἐνοσιγαίῳ.] Neptuni adjunctum. Ἐννοσιγαίῳ.] Ποσειδῶνι.

442. Ἄγρην.] Ion. pro ἄγραν, *venationem, capturam*, id est, *prædam venatu quæsitam*. Ὤπασε.] Παρέχει.

443. Ἀφείλετο.] Præsentis significationem habet, pro ἀφαιρεῖ, sicut & præcedens ὤπασε pro ὀπάζει.

444. Ἐθλὴ δ' ἐν σταθμοῖς.] Continuatio superiorum. In stabulis quoque vim suam exercere Hecaten asserit, cum Divæ illius beneficio suboleſcunt & multiplicantur pecora, nec solius quidem Hecates, sed unà operam navante Mercurio, cui & armentorum ex parte cura commissa est. Nec sine caussa Hecate, quæ Luna est, pecoribus fæcundandis conferre dicitur. Nam unanimis physicorum omnium consensus est, crescente Luna augeri omnia, decrescente eadem diminui ac langueſcere. Experimur id ipsum in cancris, conchyliis, ostreis, & similibus, quæ gliscente hoc astro, sicut mare ipsorum, intumescunt, & succi plena reperiuntur: decrescente eo, ad similitudinem elementi sui detumescunt, & minus succulenta existunt. Id Manilius etiam testatur lib. 2. Astrorum. Plinius cap. 32. & aliis in locis, item Gellius lib. 20. Noct. Atticar. cap. 8. Lucilii versus est:

Luna alit ostrea, & implet echinos, muribus fibras,
Et pecui addit.

Poëta noster distributione utens nullum animalium genus potestati Hecates subducit, cum fæcundare eam dicit boves, capras & oves, quorum trium nomine majora & minora pecora comprehendit. Nec sine caussa hæc affirmat. Multa enim ab Hecate, id est, Luna promanant, quibus aluntur & augescunt animantia; quibus item pubescunt & ubertatem suam assequuntur, quæ oriuntur è terra. Nec id negare possumus ma-

gnam Lunæ poteſtatem à Deo conceſſam fæcundandis plantis & pecoribus. At cum diverſæ ſint Lunæ vires, pro varia ætatis ſuæ ratione, (nam mox novam videmus & teneram, mox adultam, denique decreſcentem ac quaſi ſeneſcentem: nunc declinare Auſtrum verſus, nunc vergere ad Aquilonem, atque in illa modo eſſe quandam brumæ, modo ſolſtitii ſimilitudinem) hinc eſt, ut non tantum dicatur pecora fæcundare, ſed & pro arbitrio ſterilia reddere & pauciora. Etenim in plenilunio ob roris copiam humectandis rebus & fæcundandis natura ejus eſt accommodata: quare & parturientibus præeſſe fingitur: at rurſum deficiente & langueſcente ea, ut in aſpectibus quadratis, deficere etiam omnia & languere videmus, cumque ſecundum phyſicos ſine copia humorum non gignatur, jure eam peſtilentiæ auctorem eſſe dixit Callimachus. Hinc ut Deam placarent antiqui, boves illi immolare mos erat. Horatius verrem ei mactari ſolitum refert: alii candidam cervam: alii frugum primitias, non alia de cauſſa, quam propter variam Lunæ poteſtatem in pecora & fruges. Memoriæ proditum eſt de Oeneo Caledoniæ rege, quod cum in victimis huic Deæ offerendis fuiſſet negligentior, illa aprum Caledonium eximiæ magnitudinis excitarit ob indignationem, qui univerſum agrum Oenei infeſtaret, de quo Ovidius 8. Metam. Ad Mercurium quod attinet, non ſine cauſſa eum Hecatæ velut σωσιπόλον aſſociat poëta. Fingunt enim Mercurium eodem, quo natus erat, die, boves Admeti regis paſcenti Apollini ſurripuiſſe, cumque iratus Deus in eum ſagittas jaculari pararet, pharetram ejus evacuaſſe, quo facinore ut paſtorum Deum coluerunt Mercurium, quem & greges ſervare & augere poſſe credebant, uti teſtis eſt Pauſanias in Corinthiacis, qui & ſtatuam Mercurii æneam fuiſſe ſcribit apud Lecheum ſedentem, & juxta eum arietem, quod præter reliquos curare, & opibus augere credatur paſtores; unde & νόμιος Græcè vocatus à νομὴ, id eſt, *paſcuo*, quaſi *Deus paſtoralis*, cui propterea & bucolicum carmen conſecratum à quibuſdam, ut teſtatur Donatus in commentariis, tanquam paſtorum ſoſpitatori. Idem & μηλοσόος ab Homero dictus, id eſt, *ovium cuſtos & ſervator*, in hymno Mercurii. Alii phyſicam hujus appellationis rationem afferunt, traduntque per Mercurium intellexiſſe Veteres, tam ſolis, quam lunæ poteſtatem, quæ Hecates nomine ſignatur, cujus hic μεγαλεῖα mirum in modum deprædicat Heſiodus.

siodus. Poëtæ nostri versus ita Latinè traduxit Mombricius poeta Italus, ubi de Hecate loquens inquit:

Quid quod Mercurio comes it, stabulisque capellas,
Armentumque ferax, & oves augere putatur,
Ex modico multum, ex multo facit ille pusillum.

Σταθμοῖσι.] Σταθμοῖς. Σταθμὸς, *stabulum*, ἵπωλις. Ληίδα.] Λείαν. Ληὶς, Ion. *præda*. Sic pecora vocat μεθυμικῶς, quod à prædonibus abigi solent. Αἴξειν.] Αὐξάνει.

445. Βυκολίας.] Βυκόλιον propriè dicitur neutro genere: Hesiodus fæmineo expressit, forte ob metrum, quem secutus etiam est Apollonius Rhodius. At H. Stephanus sic versum hunc citat: βυκολίας τ' ἀγέλας, quasi adjectivum esset fæminini generis, à βυκόλιος, *pastorius*.

446. Εἰροπόκων.] Ab εἴρω, *necto*, & πόκος, *vellus*, quasi vellera innexa habentium; vel à πίκω, *pecto*, velut pexa vel detonsa vellera habentium. Hesychius: Εἰροπόκοι, αἱ τὰ ἔρια κεφάλια ἔχουσαι. Οἶων.] Προβάτων.

447. Βριάει.] *Multiplicat, auctiora reddit*, propriè *robusta* facit. Sic Latini *vim magnam* dicunt de magno numero. Κἄπι.] Καὶ ἐπὶ. Μείονα.] *Minora*, id est, *pauciora*. Θῆκεν.] Pro ἔθηκεν. Aoristus pro præsenti τίθησι, à τίθημι significante ποιῶ.

448. Οὕτω τοι κοῖ.] Συμπέρασμα eorum, quæ de nativitate & laudibus Hecates tam fusè prodidit Hesiodus. Rectè μουνογενὴς esse dicitur, quod uti Sol, ita & unica sit Luna, generationis omnis & corruptionis cum Sole effectrix & causa. Unde & περσεφόνη sub Proserpinæ nomine appellata legitur. Μουνογένειαν eandem vocat Apollonius in tertio Argonaut. Tandem poëta noster quasi colophonem imponens tot Hecates encomiis κουροτρόφον eam sive juvenum nutricem à Jove factam asserit. Quod officium Soli & Lunæ ex æquo debetur, quos ideo rerum omnium naturalium generationi & incrementis præfecere prisci Sapientes. Unde & Apollo, qui Sol est, supra eodem nomine condecoratur, ob vim ejus cuncta vegetantem & alentem. Nec minus Luna juvenum nutrix est propter humoris abundantiam, qua præsertim jam plena res omnes humectat, alitque. Per calorem enim Solis, & humorem Lunæ, nascentium perficitur generatio & accretio. Nec alia ratio est, cur laurus Apollini sacra putaretur, quæ & κουροτρόφος vocatur à poëtis, quam quod semper ramis floreat, nec timeat anni injuriam, neque unquam senex appareat: quod & Hecates naturæ,

quatenus luna eſt, convenit, cujus ſimulacrum propterea laureum ramum tenebat, quo ſignificabant Veteres Lunam, ut lumen; ſic & calorem à Sole accipere, & utrumque ad hominum, aliarumque rerum generationes & incrementa plurimum conducere, ut ſenſit etiam Ptolemæus in Almageſto. *Μενοιτίης.*] Δαΐφρων μενοηθίδαν appellat Apollonius Rhodius. *Ἐΐσας.*] Οὔσας.

449. *Γεράσαι.*] Γέρας.

450. *Μιν.*] Αὐτὸν. *Κυδοιδοφόν.*] Dictio Attica, ſi Polluci credimus. Pacem eo nomine inſignit Heſiodus in Ἔργοις, quæ juvenum altrix eſt, ut Bellona juvenum perditrix. *Οἳ μετ' ἐκείνῳ.*] Pro, τούτοις, ὅσοι μετ' αὐτὸν γεγάασι.

451. *Ἴδοντο ὀφθαλμοῖσι.*] Pleonaſmus. *Φάος.*] Τὸ φῶς. *Πολυδερκέος.*] Aurora πολυδερκὴς, quæ *multos vel multa intuetur.* quod & epitheton eſt Solis. Hinc Auroram pro ipſo ſole accipit Scholiaſtes.

452. *Τιμαί.*] Scil. εἰσί.

453. *Τοῖη δὴ καὶ.*] De Saturni, & Rheæ natalibus ſuprà actum: nunc ſobolem utriuſque recenſet poëta, Veſtam, Cererem, Junonem, filias: totidemque filios, Plutonem, Neptunum & Jovem, Deorum hominumque patrem. Per Rheam φυσικῶς intelligitur Terra univerſe ſpectata, quæ Veſtam, Cererem, & Junonem peperit, hoc eſt, varias terræ affectiones. Nam Veſtæ nomine terra ſignificatur, quatenus ignifera eſt. Ἑστία Græcis idem quod ἐσχάρα, *focus* ſive *ignis*. Unde Ovidius:

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam.

Sed geminæ fuere Veſtæ, mater & filia. Cum pro terra ſumitur, matrem deſignant poëtæ: pro igne, filiam; quam virginem vocant, quod ignis nulla re polluitur, præſertim purior ille & cæleſtis. Cicero lib. 1. de natura Deorum: *Veſtæ nomen ſumptum eſt à Græcis. Ea eſt enim, quæ ab illis* Ἑστία *dicitur, viſque ejus ad aras & focos pertinet.* Ceres quoque Rheæ filia, quæ itidem terra eſt, ſed frugifera. Unde Δημήτης Græcis dicta, quaſi Γῆ μήτης. Terra enim fructus parit, eoſque uberibus ſuis alit, ut mater liberos. Sequitur Juno, quæ ejuſdem Rheæ gnata. Eo nomine ſignatur aër, & quidem inferior terræque proximus: unde & Jovis ſoror conjuxque fingitur, quatenus per Jovem ſignificatur cælum ſive aër ſuperior, qui terram cum inferiore aëre complectitur, ut maritus uxorem. Pro triplici igitur conſideratione terræ, tres peperiſſe filias dicitur Rhea.

Nam

Nam vel consideratur terra, ut focum continens universi, & sic Vesta erit: vel ut frugum omnium procreatrix, & sic Ceres dicetur; vel denique ut aërem viciniorem cum terra complectens, & sic Juno vocabitur, quæ tres sunt sorores, Saturni & Rheæ filiæ. Nam Rhea, quæ & Opis dicta, seminalem horum omnium profluxum significat, ἀπὸ τοῦ ῥέειν, *à fluendo:* vel potius ab ἔρα, trajectis litteris mysterii ergò, quæ vox *terram* denotat. Saturni nomine cælum designatur, inque cælo potissimum Sol, sine cujus vi & influxu nihil producit terra: hinc & maritus Rheæ Saturnus fingitur: vel eo notatur tempus, quia mutationibus elementorum tempus adest necessariò. Saturni & Rheæ filios quoque subdit Hesiodus, qui tres item fuere, Jupiter, Pluto, Neptunus. Historicam Saturni, triumque ejus liberorum expositionem supra dedimus. At physicè consideratus Pluto, nihil aliud fuerit, quam terra interior, quatenus metallifera est, & mortuorum receptrix, unde & inferorum Deus est creditus. Omnia enim è terra nascuntur & in terram recidunt. Græci Πλούτωνα vocarunt, à divitiis, quas largitur. *Ditem* Latini eadem de causa. Idem & Ἅιδης appellatur, ᾠδὴ τὸ ἀιδὲς, quod *tenebricoso agat loco*, vel ab Hebræo adama, id est, *terra.* Subterranea enim loca habitare dicitur ab Hesiodo. Et cum omnibus moriendi incumbat necessitas, neque ab inferis cuiquam redire fas sit, hinc immite cor habere perhibetur Pluto, & Deorum omnium esse crudelissimus. Neptuni item mater Rhea, quo nomine designatur mare. Aquarum quippe receptaculum terra est, earumque quasi genitrix. E terra enim per sinus quosdam & cavernas promanare creditur aqua, non marina solum, sed & fluviatilis ac fontana. Saturni filius perhibetur Neptunus, quod post cæli & terræ creationem à Deo producta sit aqua: vel quia cum tempore fluere cæperint maria & flumina. Denique Jovem similiter Saturni & Rheæ filium constituit poëta. Sicut enim Cælum & Vesta sive Terra parentes finguntur Saturni & Rheæ, quod primum à Deo fuerint creata, & propterea antiquissimi Deorum habiti: ita & Jupiter, qui æther est, sive ignea regio, Saturno & Rhea natus dicitur, quia ordine naturæ, cæli & terræ creationem sequitur ignis elementaris productio. Ῥείᾳ.] Pro Ῥείᾳ, *Rheâ.* Latinus interpres vertit, *facilè*, quasi Ionicè positum pro ῥηΐᾳ, cum α breve non vertatur in η. Δμηθεῖσα.] Subacta. hinc virgo ἀδμὴς, quæ *nondum domita*, hoc

est, *virum passa est*. Tralatio à juvencis. Φαίδιμος.] Λαμπρός-τατος.

454. Ἑστίλω.] Ion. Ἑστίαν. Ἑστία propriè *lar, focus*, ab ἕζω, *sedeo*, quod ad focum sedetur plurimum. Χρυσοπίδιλον.] Junonis epitheton, de quo alibi dictum.

455. Ἴφθιμον.] Ἰχυρόν. Ἄϊδλω.] Ἄιδλω. Ὑπὸ χθονί.] Unde χθόνιος θεὸς ab Euripide vocatus Pluto, ὑποχθόνιος ab Orpheo, in Hymnis.

456. Νηλεὶς ἦτορ.] Σκληρὰν καρδίαν. Ἐείκοσιν.] Μεγάλως τυπτοῦσα, id est, ἰσχυρῶς. vide supra.

458. Τῷ.] Pro ᾧ. Παλαμίζει.] Κινεῖται. Ad παλάμη referunt Etymologi, ut παλαμίζω, sit propriè, *manu moveo*.

459. Καὶ τὸν μέν.] Crudelitatem Saturni describit poëta, qui liberos suos è Rhea susceptos devorasse dicitur. Qui ἱστορικῶς fabulam exponunt, Saturnum in Creta regnasse ajunt ea lege, ne sobolem masculam tolleret, cum ad Titanum fratrem ut natu maximum jure hæreditario regnum pertineret. Hinc filios devorasse, hoc est, necasse traditur, quod graviter ferens Opis sive Rhea ad Lyctum confugit Cretæ montem sive urbem, ibique in antro clam patre Jovem peperit, & Curetibus educandum dedit. Physiologi per Saturnum intelligunt Solem, qui ut generationis omnium rerum auctor est, ita & corruptionis. Alii tempus lignari putant, quod omnia consumit, & quasi deglutit. Hinc πανοφάγος appellatus est, hoc est, *liberorum suorum devorator*. Omnia enim in tempore nascuntur, & à tempore rursus absumuntur. Augustinus in lib. 7. de civitate Dei, id ex eo fictum scribit, quod semina cooperiantur terra, atque ita eò redeant, unde venerunt. Nam & agricolationis numen Saturnus. At G. Vossius hoc ideo factum credit, quod Saturnus sit Sol, qui cum Deorum summus sit, & universi dominus, etiam summo eum honore sibi demereri studuerunt Gentes: at nihil excellentius homine, nihil homini carius quam liberi; hinc liberos suos immolasse Saturno. Quem sacrificandi ritum à vicinis Syriæ populis etiam hausere Israëlitæ, qui cum ad idololatriam essent propensissimi, liberos quoque suos Molocho offerre pro relligione habebant, persuasi forte exemplo, ut alibi diximus, Abrahami, filium suum, quem habebat unicum, Deo in holocaustum offerentis, ut legere est Genes. 22. cap. At Molochus ille Ammonitarum, Saturnus erat, temporis Deus, quod cum omnia consumit, nulli conveniens-

venientius existimarunt liberos suos immolari posse, quam temporis præfecto. Poëta autem noster ideo Saturnum liberos devorasse ait, quia metuebat, nequis Titanum sibi præriperet regium honorem, si filios superstites reliquisset, pactumque cum fratre initum violasset. Ethici figmentum ad Tyrannorum mores & tragicos exitus accommodant. Tanta enim hominibus insita est regnandi cupiditas, ut pater liberis suis non sit parciturus, quo securius regnet. En Titanis in cognatos, Saturni in proprios liberos feritatem, qui ut solus imperio potiretur, filios suos devorabat, hoc est, necabat, velut Minutius Felix interpretatur, *exponi jubebat* fame aut feris absumendos: Ita nullum scelus est, nullum latrocinium, parricidium nullum, à quo etiam isti, qui Dii habiti sunt, abhorruerint, modò aliquam præ se ferret utilitatem. Τὼς.] Pro τούτους. Καλίπτει.] Id est, καλύπτεσθαι χόλιζε.

460. Νηδύος.] Id est, μήτρας. Propriè νηδὺς, *inferior pars ventris*, ἀπὸ τοῦ νηεῖν, ἤγουν σωρεύειν, *quod in ventrem cibus congeratur*. hic pro *utero* accipitur. Μητρὸς ἐπὶ γούνατ' ἰκηται.] *Matris ad genua venire*, est *recens nasci*. Γούνατα.] Pro γόνατα.

461. Τά.] Τοῦτο. Φερσίν.] Ἐκμελεῖς. Ἀγαυῶν.] Λαμπρῶν. Οὐρανιώνων.] Id est, Titanum, qui *ab Urano*, hoc est, *Cælo geniti*: vel *cælicolarum*, pro communi οὐρανιδῶν.

462. Βασιληΐδα.] Βασιλικὴν.

463. Πεύθετο γὰρ.] Βεβαίωσις sive confirmatio rei ex oraculo. Audierat enim Saturnus ex Cælo & Terra parentibus suis, ut per filium suum regno privaretur, ideoque liberos mares, simulatque nati essent, devoravit. Nam Cælus & Opis cum Dii essent primi atque antiquissimi, fatorum etiam præscii erant. Quare Rhea, cum uno partu Jovem & Junonem Saturno peperisset, Junonem quidem marito ostendit, Jovem verò clam nutriendum ablegavit, adhibitis Corybantibus, qui cymbalorum tympanorumque pulsu obstrepebant, ne pueri vagitus audiretur. Quod autem oraculi veritas prætenditur, eo docetur, quæ fatalia sunt, necessariò & certò evenire, nec ulla ratione declinari aut impediri posse, cum Deorum voluntas rescindi nequeat. Ideo cum Jovi insidias strueret Saturnus, ab ipso victus vinctusque in carcerem conjectus est, ut fabulantur poëtæ. Eo physiologi nihil aliud intelligunt, quam tempora senescentia ab iis, quæ post nata, depelli. Saturnus enim tempus. captum verò vinctumque à Jove fabulantur, quod certa

lege

lege naturæ connexa ſunt tempora. Alii ad plantandi rationem referunt: quia fruges (quarum & ipſe repertor eſt) vinculis nodiſque quibuſdam alternentur. Natalis hæc ideo ficta putat, quod ſublimiora illa corpora, quæ Jovis nomine ſignantur, quæque ſupra elementa & corpora ſimplicia ſunt poſita, omnem vim temporis, hoc eſt, Saturnum, ad inferiora, quæ patiuntur mutationem, relegarunt: cum cæleſtia corpora ſint ab omni ſenectute, vel labore, vel mutatione immunia. Tartarus autem in quem præceps datus eſt Saturnus à Jove, erit locus inferior, mutationi & corruptioni obnoxius. Lucianus in Dialogo de Aſtrologia, idcirco Saturnum à Jove ligatum, inque Tartarum eſſe dejectum exiſtimat, quia tardus ſegniſque ſit planetæ illius motus, ut quaſi captus vinctuſque ſtare in cælo videatur. Etſi enim per ſe velociſſimus ſit Saturni motus, tamen cum à nobis diſtet longiſſimè, tardior eſſe videtur, ſpiſſeque adeo curſum abſolvit periodicum, ut difficile ſit ejus progreſſum cognoſcere. Hinc ingens illa cæli altitudo Tartarus appellatur. Eſt & altera ratio ab iiſdem Aſtronomis petita, ideo nempe Saturnum à Jove ligatum & domitum dici, quia ſalutare Jovis ſidus infringit & retardat malignitatem ſideris Saturnini. Siquidem ex eorum ſententia Jupiter & Venus ſunt planetæ ſalutares; Saturnus & Mars maligni. Quare Saturnus à Jove dicitur domari, quando malignitas planetæ illius placatur, vel certè lenitur Jovis conjunctione, vel receptione, vel oppoſitione, vel etiam trigono vel hexagono aſpectibus. Nec tantum phyſicè & aſtronomicè exponitur hoc figmentum, ſed & moraliter ad humanæ vitæ inſtitutionem refertur. Nam id ſupremo Numini in more poſitum, ut mercedem cuique tribuat operibus dignam. Cum itaque à Jove dejectum regno Saturnum fabulantur poëtæ, nil aliud docere volunt, quam injuriarum vindicem eſſe Deum, & aliquando peccatum ſimili peccato punire. Non mirum igitur, Saturnum, qui Cœlum patrem ſuum regno ejecerat ob fratrum injurias, idem poſtea à filio eſſe paſſum. Quippe eædem contumeliæ, quas in parentes contulerimus, ſunt nobis à filiis noſtris exſpectandæ, cum domeſticis exemplis maximè incitentur. Πύθετ.] Pro ἐπύθετ. à πύθομαι, pro πυνθάνομαι, *reſciſco, audio.*

464. Οὔνεκα.] Ion. ὅτι. Οἱ] Αὐτὸ. Πίσσυρτ.] Pro, ἐπίσσυρτο, à πέρδω, *finio, termino*, quod à fato omnia terminata ſunt. Ἐῷ.] Ἰδίῳ. Ὑπὸ παιδὶ.] *Sub filio*; vel dativus pro genitivo poſitus,

situs, ἀντὶ τοῦ, υἱοῦ παιδὸς, à filio. Δαμῆναι.] Νικηθῆναι. Lucianus tamen in Saturnalibus refert, Saturnum neque fuisse à Jove victum, nec regno privatum, sed libenter ac sponte regnum illi concessisse, rerumque omnium, utpote ob ætatem decrepitam, filio tradidisse administrationem.

465. Καὶ κρείσσονι παῖς ἐόντι.] Καίπερ ἰσχυρῷ ὄντι. Tmesis. Διὸς μεγάλου Διὶ βουλῇς.] Quærit Scholiastes, quomodo poëta dicat, Jovis consilio seu voluntate constitutum, ut Saturnus à filio suo vinceretur, cum necdum natus esset Jupiter. Hinc nonnulli legendum putant, παλαιοῦ μεγάλου, ut intelligatur Uranus. Responderi etiam possit vetustius esse nomen Διὸς Jove Cretensi, eoque nomine fatum designari, ut constat ex Euripide, & aliis.

466. Τῷ ὄφελε σὺν.] Tradit poëta Saturnum, ut oraculum percepit de regno sibi per filium adimendo, non suæ duntaxat securitati caviisse, sed occasiones etiam omnes captasse viasque observasse, queis de medio tolleret infantes masculos adeoque in ipsis, ut dicitur, cunis opprimeret. Quæ mariti sui feritas Rheam matrem non parum afflixit, sed eò tandem adegit, ut re cum parentibus communicata consilium inierit, quo pacto jam partui vicina tuto & clam patre filium pareret, vindicaretque furorem Saturni liberos suos crudeliter devorantis. Hic insigne maternæ erga prolem suam pietatis exemplum proponitur in Rhea. Bonæ matris est, non solum parere liberos & uberibus suis alere, sed & quantum in se est, contra aliorum injurias protegere ac conservare. hinc gravissimo afficiuntur dolore, siquando ex se natos aut gremio avelli à Tyrannis, & trucidari vident. Euripides:

Δεινὸν γυναιξὶν αἱ δ' ὠδῖνες γραί.
Καὶ φιλότεκνον πως πᾶν γυναικεῖον γένος.
Res magna parere: magnus in nixu dolor:
Amat inde natos omne fœmineum genus.

Nec sine caussa. Nam dolores illi, quos pariendo perferunt, philtrum ipsis indunt & amandi & conservandi liberos. Sunt qui physicè interpretantur Rheæ luctum. Lugere enim dicitur Rhea, id est, Terra, cum pignoribus, id est, frugibus suis orbatur, quod fit à Saturno, hoc est, tempore, præsertim hiberno. Ut enim Saturnus æstivo tempore terram fructibus suis beat: ita eadem hibernis mensibus omni pignore spoliat. Hinc Plutarchus in lib. Isid. & Osirid. scribit, quosdam ad Occiden-

cidentem habitantes Saturnum hyemem appellaſſe; æſtatem, Venerem; Ver, Proſerpinam. Phryges item, & Paphlagones Saturnum per hyemem ſomno vacare dicebant: æſtate rurſum evigilare. Nam ut vere & æſtate terra variis frugibus, velut pignoribus ſuis fœcunda eſt: ita ex adverſo nuda ſquallidaque jacet per brumam. Hinc orbitatem ſuam Terra deplorare videtur, quaſique irata Saturno, depellere à ſe ac vindicare ſævitiam hibernæ tempeſtatis. Τῷ.] Διὰ τοῦτο. Οὐκ ἀλαοσκοπίῃ ἔχει.] Pro οὐκ ἀλαοσκοπίαν εἶχεν, hoc eſt, ὑ τυφλῶς ἐσκοπίαζεν. Paræmiæ vicem præſtat, quaſi diceret, *accuratè & vigilibus oculis ſpeculabatur*. Loquendi genus Homero familiare. Δεκάζων.] De inſidioſa exſpectatione uſurpatur. Verbum venatoribus proprium, ut ait Euſtathius, feram exſpectantibus.

467. Ἄλαστον.] Dor. pro ἄληστον, *dolor gravis & cujus oblivisci non poſſumus*.

468. Ἔμεινε τέξεσθαι.] Pro τέξοιτο ἄν.

469. Λιζάνδις.] Pro, ἐλιζάνδις, hoc eſt, ἰκέτιδις.

471. Μῆτιν.] Βυλήν. Συμφερέσασθαι.] Συμφερίζομαι, idem quod συμβυλεύω. hic ſimpliciter, *ſimul agito* vel *ineo*, quia præceſſit μῆτιν. Λελαθέσθαι πειθοῖ.] Pro λαθοῦσα πείθοι, *ut latenter vel clam pareret*. Plura ejuſdem conſtructionis exempla ſuppeditat Budæus & H. Stephanus, quos vide.

472. Τίσασθαι.] Ἐκδικήσῃ. Ἐρινύς.] Id eſt, *furias*. Heſychio exponitur, ἀμφορέας.

473. Παίδων.] Pro ἕνεκα τῶν παίδων, vel κατὰ παίδων. Ἁρπαλεμέτης.] Ὁ ἁρπάλαξ καὶ σκολιὰ βυλευόμενος.

474. Οἱ ὃ θυγατέρι.] Sequitur exauditio precum Rheæ, & prædictio eorum, quæ eventura eſſent Saturno & Jovi. Quare gravida cum eſſet Rhea, Saturni crudelitatem fugiens, Cælo & Veſtâ ita ſuadentibus, in Lyctum profugit, Cretæ locum, ubi Jovem peperit. De eo ſic Virgilius:

Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ.

Et Lucianus in ſacrificiis: Οἱ δ' αὖ Κρῆτες ὐ μυθικῶς παρ' αὐτοῖς ὐ μόνον τὸν Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσι. *Cretenſes non ſolum natum eſſe apud ſe Jovem memorant & ſepultum, verum etiam ſepulcrum illius oſtendunt*. Unde verum eſſe comperitur, quod apud Auguſtinum teſtatur Varro, nullum fere Deorum inveniri, qui non idem fuerit homo, & diem ſuum obierit. lib. 6. de civitate Dei, & lib. 8. ejuſdem operis cap. 26.

cap. 26. Physicè consideratus Jupiter est æther, cujus beneficio & influxu crescunt & augentur in terris semina. nec à Saturno devorari potuit, quod ætherea illa plaga non sentiat vim temporis, utpote ab omni corruptione immunis. Terræ, quæ Vesta est, idem traditus educandus, quoniam plantæ & animalia è terra procreantur, tum crebrior elementorum mutatio fit circa terram, circa quam existunt vapores, à quibus putavit Thales, quod ætherea regio aleretur. Κλύον.] Pro ἔκλυον. Ἐπίθοντο.] Indef. 2. à πείθομαι, *obtempero*, *morem gero*.

475. Οἱ.] Αὐτῇ. Πεφραδέτην.] Ion. pro ἐφραδέτην, à φράζω, *memoro*. Πίσυρες.] Pro ἐπίσυρες. Γενίας.] Pro γενήσας, quod facit particula ἂν, non expressa solum, sed & subintellecta.

476. Ἀμφὶ Κρόνῳ.] Περὶ δ' Κρόνῳ. Υἱεῖ.] Υἱῷ. Καρτερόθυμῳ.] Μεγαλοψύχῳ.

477. Πέμψαν.] Pro Ἔπεμψαν scil. filiam. Ἐς Λύκτον.] Lyctus Cretæ locus est. Strabo urbem esse tradit. Nonnulli tamen codices habent Λύττον, de qua lectione videatur Casaubonus ad prædictum Strabonem. Πίειραν ἄρουραν.] Sic Cretenses vocat ob fertilitatem insulæ, quæ tanta fuit, ut à cæli temperie μακάρων νῆσον appellarint veteres. Quod terræ proprium ad populum transtulit Hesiodus. Vel *populum pinguem* dixit, opulentum ac potentem. Ex rerum ubertate, opulentia & potentia nasci solet inter homines.

478. Οὐλύμπιον.] Ποσείδωνα. Alii tamen Neptunum & Plutonem Jove posteriores faciunt. Ἥμισυ.] Pro ἦμυς, Attico incremento.

479. Τόν.] Τῶν. Οἱ.] Αὐτῷ.

480. Κρήτῃ ἐν Ἀρείῃ.] Quod amplissima sit insula. Unde & ἑκατόμπολις dicta *à centum urbibus*, quod ita jactatum putat Solinus, quia magnis & ambitiosis oppidis splenderet. Τεχφίμῳ.] Arist. β. infinit. Ionicè pro τεχφεῖν. Scholiastes positum censet pro τεχίφειν, quod Ionicum sit pro τρέφειν, ut τέμνειν, pro τέμνειν. Notetur etiam ν liquidam produci à poëta sequente vocali. Ἀπαλίμῳσιν.] Doricè pro ἀπαλύνειν, quod per epenthesin δ & π positum pro ἀπαλύνειν, id est, delicatè & cum cura nutrire, tanquam tenellum puerum, ab ἀπαλὸς, *tener*.

481. Ἔνθα μὲ ἴκτο.] Loci descriptio, ubi natus & educatus est Jupiter. Mirè hic variant scriptores. Poëta noster in Creta apud Lyctum Jovem editum testatur, occultatumque à Rhea

in

in antro ſub latebris terræ. At Pauſanias in Meſſeniacis fontem fuiſſe ſcribit in Ithones jugo, cui nomen Clepſydræ: mox in Arcadicis fluvium eſſe tradit, qui λύσιος appellatur, quod in eo Jupiter recens natus fuerit ablutus à ſanguine & immundis excrementis, quibus naſcentes infantes operiuntur. Virgilius antrum illud, in quo natus eſt Jupiter, *Dictæum* vocat. Dicte autem mons Cretæ, ut ait Ptolemæus, quod & teſtatur Apollonius Rhodius lib. 1. Argonaut. *Idæum* appellat Callimachus in hymnis, ab Ida monte, non Phrygiæ, ſed Cretæ, ut ait Dionyſius in libello de ſitu orbis. Hinc Maro: *Mons Idæus ubi.* Sunt qui *Lycæum* quoque Jovem dixerint à Lycæo monte Arcadiæ, cujus vertex *ſacrum jugum* vocatum eſt, quod ibi Jovem vulgò crederent fuiſſe educatum. Sed cum tam diverſa diverſi ſentiant, merito dixit Callimachus in hymnis.

Πῆς καί νιν Δικταῖον ἀείσομεν, ἦε Λυκαῖον;
Ἐν δοιῇ κάλα θυμός, ἐπεὶ χάος ἀμφιέλισσον.
Dictæumne Jovem cantabimus, anne Lycæum?
Sum dubius: genus eſt quando certamine plenum.

De Jovis item nutricibus non minor quæſtio. Nam cum ingens mellis copia in Creta colligitur, ſunt qui ab apibus educatum Jovem putarunt. in cujus beneficii memoriam Jupiter apum colorem mutaſſe dicitur in aureum, cum prius eſſent ferrugineo. Alii à nymphis quibuſdam enutritum referunt. Communis verò ſcriptorum traditio eſt, Jovem à capra lactatum fuiſſe, quod innuere videtur Heſiodus, cum in monte Ægæo educatum memorat. Sic enim legere malim, quam *Argæo.* nec aliter citat Scholiaſtes, qui ſic dictum putat ἀπὸ τῆς αἰγὸς, *à capra*, cujus lac ſuxerit Jupiter. Unde & αἰγὸς ὄρος, *capræ mons* vulgò appellatur. Quod igitur Lyctum confugerit Rhea & infantem abſconderit, eo docetur, officium piæ matris eſſe, fugam potius capeſſere & ſpeluncis abſcondere liberos ſuos, quam permittere, ut tyrannorum libidini exponantur. Qui phyſicè rem interpretantur, docent ſemina terris abdenda eſſe, nec in Lycto, hoc eſt, planis duntaxat locis ſub dio, ſed & in altis montibus, & concavitatibus montium ea creſcere ac vigere ſolita. Nam in locis bene temperatis ἀμφότερα θαλλὸ τοῖς σπέρμασιν inquit Scholiaſtes. Ἵκτο.] Ἵκετο, per ſyncopen. Θοὸν.] Ion. θοήν.

482. Πρώτιστον.] Τὸ πρῶτον. hypallage. Κρύψεν.] Pro ἔκρυψεν. Ἑ.] Pro αὐτόν.

483. Ἠλε-

483. Ἡλίβατον.] Ὑψηλόν. Ἡλίβατος idem quod Pindaro ὑψίβατος. de cujus vocis origine videatur Cl. Hoelzlinus ad Apollonium.

484. Ἀργαίῳ ὀρεῖ.] Lege Αἰγαίῳ. Πεπυκασμένῳ.] Ἐπικαλυμμένῳ. πυκάζω, denſo.

485. Τῷ ὃ ἀπαρπαζομένῳ.] Sequitur ἀπάτησις ſive deceptio Rheæ, quâ vitæ conſuluit infantuli Jovis. Nam Saturno puerum depoſcenti, ut quem devoraret, lapidem oſtendit pannis involutum, eumque partu illo à ſe editum ſimulabat, quem ille acceptum ſine mora devoravit. Pauſanias in Arcadicis illud contigiſſe ſcribit in Bæotia ſupra Chæronæ mœnia. Lapidem illum è Præconneſo inſula allatum fuiſſe Rheæ memorant alii. At Lactantius in primo, Terminum fuiſſe tradit eum lapidem, quem pro Jove deglutiit Saturnus. βαίτυλοι Græci vocant. Sic Heſychius: Βαίτυλος· ὕπτιος ὀνομαζόμενος ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ ἀντὶ Διός. *Abaddir* Latini dicunt, ut auctor eſt Priſcianus. Nam & rudes lapides olim pro Diis coluiſſe Gentes teſtatur Pauſanias in Achaicis. Forte adoratio illa originem cepit ex veneratione illa quæ præſtita eſt lapidi inuncto à Jacobo in Bethel, Geneſios 35. verſ. 14. Unde & nomen βαίτυλος, vel ut alii ſcribunt, Βήτυλος. Nec rudes tantum ſed & effigiatos pictoſque lapides divino cultu affecere gentes, quod populo ſuo interdixit Deus, 1. Samuel. 20. & Levit. 26. cap. Sed de hoc lapide Bætulo, qui plura deſiderat, Damaſcium adeat in vita Iſidori apud Photium, & Joſ. Scaligerum in animadverſion. Euſebianis. Phyſici per lapidem à Saturno devoratum, rurſuſque vomitu editum, ſignificari volunt compoſitorum corporum generationem & interitum, quæ digerere non potuit Saturnus, cum elementa, ex quibus conflata ſunt, ſint ſempiterna, neque ullo tempore, aut ulla vi labefactari poſſint, niſi cum opifici Deo evertere aliquando placuerit. Si pro Sole accipitur Saturnus, & hic generationis & corruptionis rerum naturalium auctor eſt. Cum igitur omnium rerum ſit viciſſitudo, quæque nata ſunt, aliquando interire neceſſe ſit, ſaxum vomuiſſe dictus eſt Saturnus, & reliqua omnia quæ comederat, quia aliæ atque aliæ res in demortuarum locum ſuffici ſolent ab ipſa natura & reparari. Hinc falſo putatus Orpheus in hymno Saturni: Ὃς πάντας μὲν ἀπαυίζεις καὶ αὔξεις πάλιν αὖτις.

Omnia qui profers, conſumis & omnia rurſus.

Cæli filius dicitur Saturnus, quod tempus non niſi ex cæli

creatione & ortu natum est, cum ante cælum, nullum esset tempus. Idem vocatur Deorum primus, quod physicè loquendo nihil fuerit tempore prius præter chaos, & informem materiem. *Σπαργανίσαι.*] *Σπαργανίζω, fasciis involvo. σπάργανον* fascia est, sive pannus oblongus, in quo infans involvitur. *Μέγαν λίθον.*] *Marmor* sive *saxum. Ἐγγυάλιξεν.*] Pro, *ἐγγυάλιξεν. ἐγγυαλίζω, in manus trado, ἐγχειρίζω*, ab *ἐν* & *χάλον, vola manus.*

486. *Οὐρανίδῃ.*] *Saturno Cæli filio. Μέγ' ἄναχτι.*] Pro *Μεγάλῳ*: vel *μεγάλως ἀνάσσοντι*, ut, *latè rex* apud Horat.

487. *Τόν.*] Pro *ὅν. Χείρεσσι.*] *Χερσί. Ἐσσάθετο.*] Pro *ἐσσατθετο* per syncopen.

488. *Οὐδὲ σύνηκε.*] Refert porrò Hesiodus, quomodo Saturnus miserum in modum fuerit deceptus à Rhea. Nesciebat enim pro lapide Jovem supereſſe filium suum, qui mox ipsum regno esset expulsurus, solusque Deorum imperio potiturus. Nam, ut fabularis prodit historia, Jupiter cum audivisset Saturnum ipsi insidias struere, collecta Cretensium multorum manu, quibus & exosus erat Saturnus ob feritatem, exacto patre regnum invasit. Sunt qui sacræ historiæ vestigium subesse putant, perque Saturni è regno ejectionem adumbrari credunt primi hominis Adami è Paradiso expulsionem ab Jehova Deo nostro factam. At physiologi eo significari volunt, tempora præcedentia à sequentibus depelli. Alii ad Astronomiam referunt. Dicitur enim Jupiter Saturnum è regno suo pellere ob feritatem, quia Saturni planeta malignus est, cujus malignitatem castigat Jupiter planeta blandus & salutaris, ut supra dictum. *Μετὰ φρεσίν.*] *Καθὰ ψυχαί. Ὡς.*] *Ὅπ. Οἱ.*] *Αὐτῷ. Ὀπίσσω.*] *Ὀπίσω*, id est, *εἰς τὸ μέλλον.*

489. *Ἀνίκητον.*] Romani quoque Jovem *invictum* coluere, ut testis est Augustinus in septimo de Civitate Dei. *Ἀκηδής.*] *Ἀφρόντις*, ex *α* privante, & *κῆδος, cura.* Sunt quibus exponitur *ἄταφος*, quod *inhumatus*, id est, vivus adhuc esset Jupiter, à *κῆδος* significante *funus.*

490. *Λείπτο.*] *Ἐλείπτο. Ὅ.*] Pro *ὅς. Βίῃ καὶ χερσί.*] Pro, *τῇ τῶν χειρῶν βίᾳ. Δαμάσσας.*] *Δαμάσας*, hoc est, *νικήσας.*

491. *Τιμῆς.*] Id est, *βασιλείας*, quod familiare Pindaro. *Ἐξελάσσαι.*] Pro *ἐξελᾶσαι*, poëtica epenthesi *σ α.*

492. *Καρπαλίμως δ'.*] Continuatio superiorum. Describitur Jovis educatio & accretio. Interea temporis, inquit poëta, dum hæc aguntur à Saturno, Jupiter sensim adolevit robustisque

que

que evasit membris, Saturnumque patrem dolis simul & viribus superatum regno expulit. Saturnus lapidem, quem filium suum esse putabat, evomuisse dicitur, idque Terræ consilio, quia tellus cooperatur Saturno ad evomendum & emittendum hoc quod absumpsit ac devoravit. Omnia enim tempus producit in terra, & iterum resolvit in terra, velut elementorum omnium receptaculo & quasi gremio, idque vi & arte Jovis. Nam ad illas corporum terrestrium alterationes & corruptiones, quæ in tempore fiunt, multum confert Jupiter, id est, ætherea plaga motu suo, calore & influentiis, ut docent rerum naturalium magistri. Καρπαλίμως.] Ταχέως. Μίθ.] Δωρεαῖς. Φαίδιμα γῦα.] Latinus interpres vertit, *fortia membra*. malim *illustria*. τὰ ἀξιώματα personæ respicit poëta. Γῦα.] Τὰ μέλη. propriè de manibus & pedibus usurpatur.

493. Τοῖο.] Τότε. Ἐπιπλομένῳ δ' ἐνιαυσῷ.] Nonnulli codices habent, ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυσῶν, in plurali, *volventibus annis*.

494. Ἐννοσίηϛι.] Pro ἐνοσίαις. ἐνοσία & geminato ν, ἐννοσία, *consilium est sed proprie ab aliquo immissum*, ab ἐνίημι, *immitto*. Δολωθείς.] Ἐξαπατηθείς.

495. Ὃν γόνον.] Τὸν αὐτῷ παῖδα. Lapidem intelligit, quem filium suum esse putabat Saturnus. Ἄψ.] Πάλιν. Ἀνέηκε.] Att. pro ἀνῆκε.

496. Τίχηϛι.] Τίχαις. Βίηφι.] Βίᾳ. Ἑοῖο.] Ion. pro ἑῷ, quod ab ἑὸς pro ὅς, *suus*.

497. Πρῶτον δ'.] Describit poëta Jovis ἐπινίκιον, qui lapidem à Saturno devoratum & ejectum, velut trophæum quoddam defixit Pythoni, sub monte Parnasso, ut monumentum esset posteris Saturni debellati, & triumphantis Jovis. Refert Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ Metin Occani filiam, quam uxorem duxerat Jupiter, pharmacum Saturno bibendum præbuisse, quo ille prius lapidem, deinde voratos liberos evomuit: quod tamen factum perhibetur, antequam filio Saturnus insidias pararet, aut de regno pelleretur, quibus auxiliaribus postea usus est adversus Saturnum & Titanes. At mox cum decimo ejus belli anno Tellus victoriam Jovi vaticinata esset, si in Tartarum dejectos sibi socios assumeret, is Campe custode cæsa illos è vinculis liberavit, atque ita Diis adjuvantibus victoria potitus est. Primum inquit poëta, Saturnum lapidem à se ultimò devoratum evomuisse, quem & Jovem nonnulli putarunt

tarunt & appellarunt: unde natum illud loquendi genus exiſtimant, *per Iovem lapidem jurare*, & tradit Ariſtoteles etiam Athenienſes ad lapidem quendam juramenta facere ſolitos, in lib. de Republ. verum illa magis referenda videntur ad ritum, quo lapidem manu tenebant jurantes, ut Feſtus docet, hæc verba dicentes: *Si ſciens fallam, me Dieſpiter ſalva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Heſiodus lapidem hic ab ipſo Jove diſtinguit, eumque in terra defixum fuiſſe aſſerit. Quo figmento docere voluerunt priſci ſapientes, elementa & corpora omnia, quæ prius informi illo Chao ſeu materie incluſa erant, à ſupremo tandem Opifice diſtincta fuiſſe, & Iovem igneam cæli plagam obtinuiſſe, qui Saturnum, quo tempus ſignificatur, ad inferiora & terreſtria demiſerit, quæ variis temporum mutationibus obnoxia ſunt. Pythona nominat poëta, urbem Phocydis, ubi lapidem à Saturno emiſſum ſtatuit Iupiter, partem terræ pro univerſa terra ponens per ſynecdochen poëticam, quod ab eo factum, vel quia ibi Apollo & Iupiter relligioſiſſimè colerentur; vel quod in medio eſſet mundi locus ille, ut fabulantur poëtæ; vel gratificari voluit genti ſuæ Heſiodus, qui cum Bæotus eſſet, etiam in Pythone Bæotiæ civitate lapidem hunc defixum fuiſſe credi voluit. Ἐξήμεν.] Pro ἐξήμεσε. metri gratia verbi ἐξέμεω, *evomo*. Πύμαθον.] Ἔμαθον.

498. Τόν.] Pro ὅν. Στήριξε.] Pro ἐστήριξε. στηρίζω, *ſtatuo*, vel *firmiter figo*. Καθὲ χθονός.] Ἐν τῇ γῇ. Εὐρυοδείας.] Εὐρυχώρου.

499. Πυθοῖ.] Id eſt, Pytho vel Python, urbs Phocydis, ubi Æſchylus ait primò Terram dediſſe reſponſum, hinc Themidem, poſtea Phœben, tandem Phœbum, quem Conſtantinus Magnus ex adyto ſuo extraxiſſe dicitur tripode Conſtantinopolin delato, ut tradunt Zozomenus, & Euſebius. Nomen accepit vel ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, *quod ibi diſcerentur oracula*: vel potius ab Hebræo *Pethen*, quo ſignificatur *aſpis venenatiſſima*, Pſal. 58. Neque enim alius fuit Apollo iſte vatidicus, quam cacodæmon, & antiquus ille Serpens, Apocal. 9. cap. Ἠγαθέη.] Dicitur ἠγαθέη quaſi ἄγαν θεῖη. Γυάλοις ὑπὸ.] Γύαλον propriè τὸ κοῖλον τῆς χθονός. Synecdochicè ita vocantur quævis concavitates, ſive latebræ. Παρνησσοῖο.] Παρνησσοῦ. Vnde *Parnaſſia* dicta Pytho, à monte Parnaſſo, cui adjacet.

500. Σῆμα.] Σημεῖον. Ἔμεναι.] Dor. pro εἶναι, *ut ſignum eſſet*. Legitur & ἔμεν, ſine apoſtrophes nota.

501. Λίσσ

501. Αδυ δὲ.] Ἀνδρογαίθρεως Iovis, & liberatio deſcribitur Titanum patruorum ejus à Saturno captorum. Fabulantur poëtæ Cælum patrem & Titanas fratres Saturno in imperio adverſantes ab ipſo in Tartarum præcipitatos fuiſſe, atque ibi vinctos egiſſe, donec adoleviſſet Iupiter, qui patre ſuperato eos è vinculis liberavit. Etenim primus in Creta regnavit Cælus, poſt eum Saturnus ex pacto cum Titanibus inito, ne mares filios tolleret, ſi qui ex Opi naſcerentur (unde & Titanes parturienti Rheæ ſemper aſtitiſſe dicuntur tanquam ventris cuſtodes) ut regnum ad eos, quos jure hæreditario ſpectabat, rurſus perveniret. Sed cum ſenſiſſent contra pacta condicioneſque factas Iovem & alios clam educari, bellum Saturno intulerunt, quos victos tandem captoſque Saturnus in vincula conjecit. At cum intellexiſſet idem Saturnus fore, ut à filio è regno expelleretur, illi quoque inſidias ſtruere non eſt veritus: quod ſentiens Iupiter, eum regno exegit, patruoſque captivos è cuſtodia liberavit, qui in libertatem aſſerti tantique beneficii memores imperium illi facilè & ultro conceſſere. Qua fictione docetur pietatis officium in Iove, quod, cum audiſſet Saturnum & Opim à Titane comprehenſos & imperio ejectos, collecta magna militum manu, parentes è vinculis liberarit, debellatiſque primo impetu Titanibus, in regnum reſtituerit: at ingrati animi crimen in Saturno notatur, quod pro tanto beneficio maleficium rependerit filio, qui juſto furore correptus, patriſque nefarii crudelitatem ulturus regno ipſum expulit, patruoſque è captivitate liberavit, quorum conſenſu & ſpontanea ceſſione ſolus tandem imperio potitus eſt, & tanquam Deus univerſi cultus. Sed præcipuè fabula ad phyſicas contemplationes refertur. Nam per Titanes ſeu Cyclopas intelliguntur exhalationes calidæ & ſiccæ, quas Iupiter liberare dicitur, quando eas calore ſuo ſurſum ad ſe attollit, ex quibus non tantum venti in aëre, ſed & fulgura & tonitrua generantur. Hi autem à Saturno in Tartarum detruſi finguntur & ligati, quia intimis terræ partibus inhærent ejuſmodi exhalationes. Quod ita ſe habere non obſcurè innuit Heſiodus, cum Titanes ſive Cyclopas Iovi tonitrua & fulgura ſubminiſtrare ait, quibus ipſe fretus armis Deos hominesque ſibi ſubjicit. Tum & id ipſum confirmant Cyclopum nomina à poëtis conficta, Brontes, Steropes & Pyracmon, quæ ab igne deſumpta ſunt, meteororum iſtorum præcipuo

artifice. Δόσε.] Pro ἴλυσε. Παλαιγενεσιγνήτους.] Παλαιγενεθλαφεῖς.

502. Οὐρανιδῆς.] Urani ſive Cæli filios, nempe Titanas. Δῆσε.] Pro ἴδησε. Ἀεσιφρονίῃσιν.] Ἀφρονείαις, μωρίαισι. Dicitur ἀεσίφρων qui *ventoſa mente præditus eſt, inconſtans, temerarius, ſtultus*, ab ἀείω, vel ἄημι, τὸ πνέω, & φρὴν, *mens*.

503. Οἱ.] Αὐτῷ. Ἀπημοσύνην χάριν.] Sic Euripides: Ἀπόμνησαί μοι τῆσδε χάριν, *refer as mihi hanc gratiam*. Εὐεργεσίαν.] Æol. pro εὐεργεσιῶν.

504. Δῶκεν.] Ἔδωκεν.

505. Κευθμῶνι.] Pro ἐκευθμῶνι. κεύθω, *abſcondo*.

506. Τοῖς.] Οἷς. Πίσυνοι.] Πεποιθώς.

507. Κύρβαντ'.] Japeti generationem enarrat poëta, qui cum uxorem duxiſſet Clymenen, ex ea ſuſcepiſſe dicitur Atlantem, Menætium, Promethea, quique ſequuntur, alios. Oſtendi ſupra non alium eſſe Iapetum, quam Iapheth Noachi filium natu maximum, quo antiquiorem haud noverunt Græci. Unde proverbium, *Iapeto antiquior*, apud Lucianum in colloquio Jovis & Cupidinis. Ab Iapeti nomine *Iapeti genus* appellamur nos homines ab Horatio Carm. lib. 1. Od. 3. Græculi verò in fingendis perſonis felicioreſne dicam, an audaciores, uxorem Iapeti fuiſſe ajunt Clymenen, non ἀλόγως, quaſi κλυμβάνω, hoc eſt, κλυτὰ, *fœminam celebrem*, utpote quæ tot inclytarum Europæ gentium mater extitit. Divinus tamen Moſes cap. 10. Geneſ. ubi filios Noæ, poſteroſque eorum recenſet, quod nomen habuerit uxor Iapheti, non exprimit. Pro Clymene alii Aſiam, alii Aſopen vel Libyen Iapeto uxorem aſſignant, ex qua matrum varietate non malè colligitur plures fuiſſe Atlantes, & Prometheos, ſed cæterorum res geſtas omnes ad unum ejus nominis celebriorem deferri. Hanc Clymenen Oceani filiam eſſe dicit Heſiodus, non ſine cauſſa, quod Mauritania, cujus rex fuiſſe creditur Atlas, adjacet mari, quod ab eo vel rege, vel monte Atlanticum vocatur: unde Atlas frater Occani dictus ab Æſchylo in Prometheo ob ſcientiam maris, quam habuiſſe fertur, ut de eo teſtatur Homerus 1. Odyſſ. Fuit itaque Atlas Libycus Iapeti & Clymenes filius, Mauritaniæ rex, quem poëtæ fabulantur in montem illum altiſſimum eſſe converſum, propterea quod fuit à Perſeo iſthuc depulſus: vel quod, ut facilius aſtrorum curſus ſpecularetur, in montem illum ſolebat aſcendere, qui poſtmodò ab ipſo Atlas fuit appellatus. Ferunt enim

enim eundem aſtrologum fuiſſe peritiſſimum & inventorem ſphæræ, qui mutationes Lunæ primus obſervaſſe dicitur. Unde Plinius, & ex eo Solinus montem Atlantis caput ſuum attollere ſcribunt uſque in viciniam lunaris circuli. Nec alia de cauſſa fingitur à poëtis cælum humeris ſuſtinere, cum propter inventionem ſphæræ, tum propter altitudinem montis, quem incolæ vocant *columnam cæli*, more Homerico, qui Atlantem & alterum adhuc montem, *κίονας* appellat, *οἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν*. Cujus montis ſitum & ſublimitatem non minus hiſtoricè, quam fabuloſe velut perſonam deſcribit Virgilius 4. Æneid. cum inquit:

Oceani juxta finem Solemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus eſt, ubi maximus Atlas, &c.

De hoc monte id ſolum addam, non Platonem duntaxat, ſed & Homerum & antiquiſſimos quoſque è philoſophis ſenſiſſe, cælum eſſe grave, & ideo fulciri humeris Atlantis. Quod tamen non inſcitè eludit Ariſtoteles, qui per Atlantem ſignari docet axem, circa quem cælum volvitur. hinc & nomen ei datum ex *α*, incrementum ſignificante, & *τλάω* vel *τλῆμι*, *perfero*, *ſuſtineo*, quia indefeſſus ſit axis in mundi machina ſuſtinenda. Nec aliam ob cauſſam manus caputque in cælum attollere fingitur idem Atlas: pedes verò habere in terra, quod judicarent mundum firma ſede indigere, circa quam moveretur. Quicquid enim movetur, circa immobile quid moveri neceſſe eſt. hoc autem eſt axis, ejuſque poli, de quibus philoſophum audi diſſerentem in lib. de communi animalium motu, itemque lib. 2. de Cælo, & Scholiaſten ad hunc locum. Κύρω.] Ion. *κόρω*. *κύρω ἄγομαι* eſt, *uxorem ducere, quæ puellari adhuc eſt ætate*. *κυεσάλλω ἄλοχον* vocat Homerus. Καλλίσφυρον.] Sic Clymenen appellat ab eleganti pedum forma, *τὰ σφυρὰ*, ſunt *malleoli pedum*, quos malè cum aſtragalis confundunt interpretes.

508. Κλυμένῳ.] Quaſi dicat, *inclytam, celebrem*. Sic & Pluto dictus eſt Κλύμενος, *ob celebritatem*; vel *quod omnes ad ſe advocet*. Ὁμόν.] Ὅμοιον. Λέχος.] Cubile. *τὸ λέχος εἰσαναβαίνειν, ἀντὶ τοῦ συνευνάζειν*.

509. Κεφαλῇφόρτα.] Atlantem tamen aliquando labore defatigatum fuiſſe tradunt poëtæ, qui Herculem ei ſuffectum fabulantur.

510. Τίκτε δέ.] Perſequitur inchoatam Iapeti & Clymenes

genealogiam. Iapetus præter Atlantem ex Clymene ſuſcepit Menætium, Promethea, & Epimethea. Plures etiam fratres habuiſſe dicitur Atlas, & ad triginta ei fuiſſe memorantur ab aliis, ſed ex diverſis, ut volunt, matribus. Nam præter Clymenen, quæ & Aſia vocatur ab Herodoto, habuiſſe traditur Iapetus Heſionem & Axiotheam, quarum meminit Iſaacius. Menætius fulmine percuſſus à Jove & in Tartarum detruſus poſtea dicitur, quod vir eſſet inſolens Deorumque contemptor. unde & *glorioſum* illum vocat Heſiodus. Prometheus autem multarum rerum inventor fuiſſe perhibetur & apud Ægyptios regnaſſe. Plures fuere, quorum celebratiſſimus apud Græcos jactatur Atlantis aſtrologi pater, qui filium habuit Deucalionem, ſub quo diluvium extitiſſe dicitur. Mythologi autem per Prometheum non aliud ſignificari volunt, quam mentem, quæ res futuras multò ante prævidet: ſicut Epimethea cognitionem eſſe docent, quam acquirimus poſt rerum eventus, cujus filia eſt Pœnitentia. Hinc προμηθεῖς dicuntur, qui ante factum ſapiunt: ἐπιμηθεῖς, qui poſt factum. At paulo penitius fabulam inſpicienti, patebit ea quæ de Prometheo fabulantur gentes, rudera quædam continere priſcæ traditionis. Nam ut Saturni nomen, ita & Promethei Noacho plurimum accommodari poteſt, qui verus fuit ille Prometheus, ante factum ſapiens, vir prudens & Deo credens. Ipſe enim à Deo monitus diluvium longè prævidit diviniſque minis fidem adhibuit: cujus filiam finxere Προμήθειαν. At Epimethei fuere, quotquot increduli & ſecuri diluvio abſorpti ſunt, ſuamque ſtultitiam ſerò deplorarunt. Verum in hoc errarunt Ethnici, quod Prometheum Iapeti filium eſſe tradiderint, cum Iapetus Promethei, hoc eſt, Noæ fuerit filius. Diluvium quod ſub illo contigiſſe dicitur, ſicut nec alterum, quod Ogygis aut Phoronei regum temporibus in Attica, aut Deucalionis in Theſſalia accidiſſe memorant, non niſi umbræ & veſtigia quædam ſunt univerſalis illius cataclyſmi, quem Noæ temporibus extitiſſe ſacræ teſtantur litteræ. Nam ut Græci ſuis heroibus omnia tribuunt, ita & ſuis Ægyptii. Τίκλης.] Ἔπαφλης. Υπερκύδωνα.] Vulgatus interpres vertit, *gloria præſignem*. vertendum erat: *glorioſum*, vel *gloria elatum*. non laudat Menœtium poëta, ſed vituperat. Dicitur autem ὑπερκύδας κατ' οὐσχοπιὴν, pro ὑπερκυδάνας.

511. Αἰολόμητιν.] Sic Prometheum vocat ob callida conſilia,

filia, & varia inventa. Αἰολόν, *varius*, & μῆτις, *consilium*. Ἀμφιμήτορ.] Pindarus ἐψίμητορ vocat Epimetheum, quasi *serò sapientem*, filiamque ejus facit Μίζαμείλειαν: alii Πρόφασιν, hoc est, *Excusationem*, quia qui per imprudentiam deliquerunt, illi errorem excusatione defendunt.

512. Ἀλφησῆσι.] Ion. ἀλφηστῆς. Epitheton hominum, *quod scientias & artes invenerint*, ab ἀλφὼ, τὸ *Discimus*.

513. Πρῶτον γάρ.] Oratio αἰτιολογική. Causam exponit poëta, cur Epimetheus auctor extiterit humano generi tot calamitatum & miseriarum, quibus undequaque premitur: nempe hanc fuisse ait, quod primus fictam à Vulcano Jovis mandato mulierem Pandoram suscepisset, quæ puella cum esset formosissima, malorum omnium, quæ in mundo hoc versantur, causa fuit. Nam ut Hyginus prodit, cum Prometheus primus hominem ex luto finxisset, & Minervæ opera ignem cælestem surripuisset, quo luteam statuam animaret; Jupiter id ægrè ferens, Vulcano mandavit, mulierem è luto formare, in quam cum singuli Deorum singula sua dona contulissent, Pandoram appellarunt, quasi ab omnibus donatam, cujus descriptionem luculentam exhibet poëta in Operibus. Hæc vero ab Jove in terram demissa fingitur, ut homines deciperet, atque Epimetheo fatuo Promethei fratri uxor data, quæ cum omnibus formæ, cultus, ingenii, linguæque dotibus cumulata esset, Jupiter eam cum pyxide pulcherrima illa quidem, sed intus omne calamitatum genus abscondente, ad Prometheum misit: qui recusavit munus, fratremque monuit, ut siquid muneris ei mitteretur, dum ipse abesset, ne reciperet. Mox cum Pandora rediisset, Epimetheo persuasit, pyxidemque illi dono dedit, quam simulac aperuisset, innumerabilium calamitatum genera tum primum homines invaserunt, una tantum spe in dolii labris remanente, id est, in ipsius ore pyxidis consistente. Sic enim de Pandora Hesiodus:

Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ'· ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισι
Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἔπτατο. Hoc est, —— *tegmen ab urna*
Dum Pandora levat, totum exiliere per orbem
Curarum infestæ effigies: spes sola remansit
Intus & è labris ima sub parte resedit.

Hinc Epimetheus & Pandora miſeris mortalibus, omnium quæ perpetiuntur, incommodorum cauſſæ fuere, ut gentium prodidit relligio, quod Adamo & Evæ divinum mandatum temere violantibus imputat Chriſtiana veritas. Ethici hoc figmento voluptatem nobis repræſentari docent fæmineo nomine expreſſam, eoque ſignificari volunt, nullum eſſe malum, quod non ex voluptuaria vita, quæ multas artes habet miniſtras, proveniat. Nam unà cum artibus ipſis & reges exorti ſunt, & latrocinia & bella & ſollicitudines animorum eruperunt, & omnia denique illa, quibus humana vita undique vexatur. Sed de mulieris hujuſce ornatu, variiſque cum animi, tum corporis dotibus in ſequentibus agit poëta, ubi *αρετων πολυφιλια* ejus exhibet. Menætius cum improbus eſſet & contumelioſus, nihilque non ſibi arrogaret, Jovis fulmine percuſſus eſt, inque Tartarum demiſſus, dignum ſceleratis omnibus locum. *Προμηθεύς.*] Epimetheus. *Πλαστὴν*] Id eſt, *fictam è luto.* *Υπιδνὴν.*] Pro *Υπιδνήτην*, per ſyncopen poët. *Γυναῖκα.*] Pandoram.

515. *Ἔρεβος.*] Tartarus ſive infernus à caligine ſic dictus. *Ἔρεβος τὸ σκότος. Ψολόεσσαν.*] *Fuliginoſa, ſeu offuſcante res contactas.* *Ψόλος* enim *fuligo*, idem quod *αἰθάλη.* de quo ſupra.

516. *Ἠνορέης.*] *Ἀνδρείας.* *Ὑπερφίαλος*, *inſolens, arrogans*, propriè, *ὁ ὑπὲρ τὸ δίον τοῖς ὅλοις ἡμισωμένος*, inquit Euſtathius.

517. *Ἄτλας δ' ἐρεμνόν.*] Eſt hic epanodos. Redit enim poëta ad deſcriptionem Atlantis, cujus ſitum & officium ſive ſortem hic enarrat. Atlanti à Jove hanc provinciam impoſitam eſſe ait, ut cælum quod alias rueret, vertice ſuo & manibus ſuſtineat. Locum ejus eſſe tradit in finibus terræ è regione Heſperidum nympharum. Heſiodus montem cum ipſo Atlante, qui nomen ei dedit, videtur confundere. In hoc monte deſcribendo velut in deſcriptione alicujus hominis verſatur Mantuanus vates, cum de Mercurio inquit:

Iamque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Hic mons, cum altiſſimus ſit, ſæpius conſcendi ſolebat ab Atlante, quo aſtra tanto facilius ſpecularetur, in quem propterea con-

conversus dicitur, cælumque humeris suis sustinere. Sic Mela: *Cum Atlas altius quam conspici possit, usque in nubila erigitur, cælum & sidera non modo tangere vertice, sed sustinere dictus est.* Unde rationi dissentaneum est, quod ait Solinus, verticem ejus semper esse nivalem, cum nives & venti, adeoque pluviæ generentur in media regione aëris: Atlas vero attollatur vertice suo ultra nubes, intra vicina circuli lunaris, ut docet Plinius, quousque meteora illa non pertingunt. Narrat item Curtius tempore Alexandri Magni in summitate montis Atlantis, (nam transgressi eam sunt plurimi) aram fuisse, in qua cineres adhuc ex victimis residebant immoti. Quod argumento est, Atlantem supra ventos & imbres cacumen suum elevare. Virgilius paulo cautius, non caput, sed humeros Atlantis nive infusa tegi ait loco supra citato. Hunc montem porro collocat Hesiodus ante vel ex adverso Hesperidum. Sunt autem Hesperides Hesperi fratris Atlantis filiæ, quæ tres fuisse memorantur, Ægle, Arethusa, & Hesperethusa, quas fabulantur habuisse hortos aurea poma ferentes, de quibus alibi dictum. Physicam illius figmenti interpretationem supra dedimus, cum nomine Hesperidum stellas significari diximus: hic nymphas vocat poëta argutas, sive suaviter canentes, propter diversos astrorum motus, qui concentum quendam & harmoniam suavissimam efficere creduntur, ut docuit Pythagoras, & post eum Ptolemæus 3. Harmonicor. Ἔχει.] *Sustinet, gestat*; quam significationem verbi ἴσχω videre est in δαιδῦχος, νηοῦχος, & similibus.

518. Πείρασιν.] Πέρασι. Virgilius: *Oceani finem juxta solemque cadentem.* 4. Æneid. Πέρηας.] Ex ἀπεπέρησεν, per apocopen. Ἑσπερίδων.] Hic nymphæ sunt. Est etiam nomen urbis in Pentapolitana Libya, cui vicinus fuit hortus fructuum omnium feraciſſimus, quem multi cum fabulosis Hesperidum hortis confundunt. Λιγυφώνους.] Λιγύφωνος, proprie ὁ ἐν φωνῇ λιγείᾳ. Exponitur *suaviter canens.*

519. Ἑστηώς] Ion. & Poët. pro ἑστηκώς. Ἀκαμάτοισι χέρσιν.] Pro ἀκαμάτοις χερσί.

520. Οἱ.] Αὐτῷ.

521. Δῆσε δέ.] Promethei supplicium ob oculos ponit, quo in Caucasum montem ab Jove relegatus & columnæ affixus est, immissa quoque aquila jecur ejus assiduo depascente. Causas pœnæ in sequentibus exponit poëta. Herodotus in eo libro,

quem

quem composuit de vinculis Promethei, memoriæ prodit, Scytharum fuisse regem Prometheum, qui cum subditis populis res victui necessarias suppeditare non posset, quod Aquila (fluvii id nomen est) illius regionem inundaret, in vincula conjectus à Scythis fuit. At Hercules, cum eo divertisset, fluviumque detorsisset in mare, ita ut non amplius inundaret regionem, dictus est interemisse Aquilam, & ipsum Promethea è vinculis liberasse. Alii Nilum fuisse tradunt, qui fluvius cum sub exortum Caniculæ totam Ægyptum longè lateque inundet, ob celeritatem & vim cursus Aquila fuit vocatus. Sic Diodorus Siculus, & illi, qui res Ægyptias scripsere. Verum est, quod ait Cicero Tuscul. quæst. lib. 5. Prometheum, ut & Atlantem, & Cepheum, ob rei astronomicæ peritiam locum fabulæ dedisse. Nam Prometheus cum primus Astrologiam docuerit Assyrios, sæpe montem Caucasum ascendere solitus erat, ut Atlas Atlantem, in quo assiduè considens, cum altissimus esset, astra speculabatur, siderumque ortus & occasus (in quibus & Aquila cæleste signum) notabat. Hinc Caucaso affixus dicitur, & aquila ei addita, quæ cor ejus exederet, quod nimia cura & sollicitudine in cæli natura & arcanis perscrutandis seipsum maceraret. Quod & innuere videtur Hesiodus, cum ita columnæ alligatum fuisse ait, ut nullo modo movere aut avellere se potuerit, quo ardens viri illius studium in rerum cælestium contemplatione declararet. Nam quantum jecinoris per diem ab aquila consumebatur, tantundem per noctem excrescebat, ne unquam doloris materia deficeret, cum Natura alterna tempora quieti & animi curis laboribusque determinarit. Eadem ferè habet Baconus vir illustris, in libello suo de Veterum sapientia. *Promethei*, inquit, *Schola homines exhibet prudentes, qui in futurum prospicientes, multa mala & infortunia cautè submovent & rejiciunt; verum cum hoc bono illud conjunctum est, ut multis voluptatibus, & varia rerum jucunditate se privent, & genium suum fraudent, atque quod multo pejus est, curis & sollicitudine & timoribus intestinis se cruciant & conficiant. Alligati enim necessitatis columnæ, innumeris cogitationibus (quæ quia volucres admodum sunt, per aquilam significantur) iisque pungentibus, & jecur mordentibus, & corrodentibus vexantur; nisi forte aliquando velati noctu exiguam quampiam animi remissionem, & quietem nanciscantur, ita tamen ut statim subinde redeant novæ anxietates, & formidines.* Fulgentius in Mythologico, non

ab

ab aquila Promethei jecur corrosum fuisse tradit, sed à vulture (quæ Caucasea volucris Maroni dicta) totamque fabellam de livore animi bellè interpretatus est, versus eo adducens Petronii Arbitri sic canentis :

Cui vultur jecur ultimum pererrat,
Et pectus trahit intimasque fibras,
Non est, quem tepidi vocant poëtæ,
Sed cordis mala livor atque luxus.

Δῆσε.] Pro ἔδησε. Ἀλυκτοπίδησι.] Ion. pro ἀλυκτοπίδεσσι. Est autem ἀλυκτοπίδη, *indissolubilis pedica.* Ἄλυκτ- pro ἄλυτ-, pleonasmo χ κ. Πίδη, *pedica.* Ποικιλόβουλον.] Supra dixit αἰολόμητιν eodem sensu.

522. Ἀργαλέοισι.] Ἀργαλέοις. Μέσον ἆϊ κίονα.] Pro μέσσα ἆϊ κίονος. Ἐλάσσας.] Pro ἐλάσσους.

523. Οἱ.] Αὐτῷ. Ἐπ' αἰετὸν ὦρσε.] Tmesis, ἀνὴ δ' ἔπωρσε. quasi *incitavit in eum.* Αἰετὸς poet. est pro communi αἰετός, sic dicitur ὄρνις τὸ ἀεὶ ἱπτὸν εἶναι, quod semper vera portendat in auspiciis, in quibus sæpe adhibetur. Ταναύπτερον.] Epitheton generale avium, hic aquilæ, quod inter volandum alas expandit : Pro eodem πτανοίπτερον infra dicitur.

524. Ἤσθιεν.] Pro ἐσθίειν dixit Lucianus, ἐκκόψαι τὸ ἧπαρ, in Prometheo. Ἀθάνατον.] Sic & Virgilius de vulture Tityi jecur exedente 6. Æneid. *rostroque immanis adunco Immortale jecur tondens.* Ἄϊξεν.] Id est, ἠυξάνετο. Ἶσον.] Κατ' ἴσον μέρος.

525. Πρόσθεν ἦμαρ.] Pro καθ' ἕλλω ἡμέρην.

526. Τὸν μὲν ἄρ'.] Describitur hic Promethei per Herculem liberatio, quæ eum in finem facta aut permissa traditur à Jove, ut tanto illustrior foret filii sui virtus & gloria. Quanquam plures fuerint Hercules, omnium tamen celebratissimus est ille ex Jove & Alcmena natus, qui utut cæteris posterior fuit, fortitudinis tamen & virtutis exemplar præbuit mortalium generi varia certamina & labores exantlando, & monstra domando. Inter certamina autem ejus etiam recensetur illud, quod aquilam hanc sagitta transfixerit, Prometheumque è vinculis exemerit. Pherecydes in lib. 10. de nuptiis Junonis, Herculem à Sole poculum accepisse scribit, in quo per Oceanum navigarit eum, qui esset extra terras, cum ad aurea mala Hesperidum contenderet : à quo etiam Prometheo, postquam fuit è vinculis liberatus, viam didicit eo tendentem. At Lucianus in Dialogis, non ab Hercule, sed à Jove Prometheum è vinculis solutum asserit,

rit, quia illi vaticinatus erat, quod si rem cum Thetide haberet, fore ut ex eo concubitu filius nasceretur patre suo fortior, à quo eadem pateretur, quæ ab ipso passus fuerat Saturnus, hoc est, regno ejiceretur. Quod metuens Jupiter à nuptiis Deæ illius abstinuit, proque fideli consilio Promethoum è vinculis liberavit. Herodotus historicè fabulam interpretatur, cujus expositionem paulo ante retulimus. Eandem confirmat etiam Agrætas lib. 13. rerum Scythicarum, & Scholiastes ad hunc locum. Alii Physicè Herculis nomine Solem intelligunt, cujus sagittis, id est, radiis Aquila fluvius Scythiæ regionem optimam atque intimam, cui imperabat Prometheus, quasi lanians, exsiccatus est, vel obturato fonte alio detortus, aut repressus: vel quod Hercules, id est, virtutis radii, Prometheum, hoc est, mentem nostram illustrantes, eam liberant à curis & ærumnis vitæ hujus secularis. Ad quam mentis à curis solutionem cælesti robore opus sit, quod in Hercule summum posuere Græciæ sapientes. Sic & Bacon per Herculem intelligit fortitudinem & animi constantiam in Prometheo; quæ in omnem eventum parata, & cuicunque sorti æqua, prospicit sine metu, fruitur sine fastidio, & tolerat sine impatientia. Cur vero Hercules in poculo sive urceo per Oceanum navigasse dicatur, non minus scitè exponit idem Cancellarius in libello supra citato cap. 26. quem consule. Τόν.] Pro τοῦτον. Nempe, αἰετόν. Ἀλκμήνη.] *Robustam* sonat. Ἄλκιμος υἱός.] Hinc à robore Ἀλκείδης etiam dictus Hercules.

527. Καινὸν τοῦτον.] Sic aquilam vocat, quæ veluti pestis incumbebat Prometheo, jecurque ejus depascebat. Νόσος vocem latius sumit pro quovis tormento. Ἄλαλκεν.] Tmesis, pro ἀπήλαλκεν, id est, ἀπέτρεψεν, ab ἀλαλκέω, *profligo, arceo.*

528. Γαπετιονίδη.] Patronymicum pro nomine proprio. Δυσφρονωάων.] Æol. pro δυσφρονεόντων. Δυσφροσύνη, *animi ægritudo.*

529. Οὐκ ἀίκητι.] Id est, οὐκ ἀβουλίᾳ τοῦ Διός. Fit ab ἀίκων, *invitus.* Ὑψιμέδοντος.] Epitheton Jovis, ex ὕψι, & μέδω, τὸ ἄρχω, *impero.*

530. Θηβαγενέος.] Vixit autem Hercules Thebanus viginti circiter annis ante Trojam captam, ut tradit Eusebius. Κλέος πλεῖον.] Δόξαν μείζω.

531. Πολυδύτφρων.] Id est, πολλὰς βόσκουσαν.

532. Ταῦτ' ἄρα.] Συμπέρασμα sive conclusio superiorum, quo

quæ viam ſibi munit ad ἐπαίθμησιν criminum Prometheo imputatorum. Dicit liberationem Promethei non tam à Jove factam eſſe in gratiam ipſius Promethei, quam filii ſui Herculis, quem ad ſummum gloriæ faſtigium, adeoque in Deos referre voluit Jupiter, cum Prometheo jure ſuccenſeret, quod cum homo eſſet mortalis, conſilio & ingenii ſolertia cum Jove immortali ac præpotenti contendere auſus eſſet. Quocirca ut Herculi hunc laborem gratificaretur, iram depoſuiſſe dicitur. Alias item ſupplicii cauſſas enarrat poëta, de quibus ἐν τοῖς ἐπεμβάσις. Humanæ mentis audacia hic notanda in Prometheo, qui moderata rerum divinarum humanarumque cognitione non contentus in arcanis Dei perſcrutandis curioſiorem ſeſe exhibet, adeoque creatori ſuo paria facere ſatagit, contra quam monet ſapientiſſimus Socrates, qui quoties de cæleſtibus rogabatur, reſpondere ſolitus erat: *Quæ ſupra nos, nihil ad nos.* Notum eſt illud I. Scaligeri celebre dictum:

Neſcire velle, quæ magiſter maximus
Neſcire nos vult, erudita inſcitia eſt.

Convertetur itaque hæc fabulæ pars, vel in eos, qui divina Philoſophiæ myſteria neſcio qua mente ſubtilius conantur indagare: vel in eos, qui naturali judicio, fidei Chriſtianæ oracula complecti, vel etiam τὰ βάθη τοῦ θεοῦ (quæ ſcrutari periculoſiſſimum eſt) penetrare, deque iis humano ſenſu aliquid ſtatuere ſe poſſe putant: ad quæ certe humani oculi caligant, ut noctuæ ad lumen Solis diurnum. Ταῦτα.] Pro Δι' ταῦτα. Ἀζόμῳ.] Σεβόμῳ. Τίμα.] Pro ἐτίμα. Ἀειδείκετον υἱόν.] Herculem.

533. Χωόμῳ.] Ὀργιζόμῳ. Χώομαι, *iraſcor*, quod ex χολόω factum videtur idem ſignificante. Παύθη.] Pro ἐπαύθη. Ἔχουσιν.] Imperf. Ion. pro εἶχον.

534. Ἐείζετο.] Pro ἠείζετο. Βυλάς.] Pro βυλαῖς. Sic & Homerus: Ἀφροδίτη χολῶ ἐείζοι. pro τῷ χολῷ, Iliad. 9. Ultimam in βυλάς corripit Dorum more. Ὑπερμενέϊ.] *Præpotenti.* Vox conflata ex ὑπὲρ, & μένω, *robur*. Κρονίωνι.] Τῷ Διΐ.

535. Καὶ γὰρ ὅτ'.] Primum ἔγκλημα ſive accuſatio eſt, ἀπονομὴ Promethei in diſtributione carminum. Narrat enim poëta, quod cum Dii & homines inter ſe diſceptarent in urbe Meconæ, forte de natura & præcellentia ingenii, & repertorum, Prometheus, ut Jovis divinitatem exploraret, decipere eum conatus eſt hac techna. Bovem ingentem ſive taurum mactari juſſit, alii geminum fuiſſe ajunt, quorum carnes cum ab oſſibus ſegre-

ſegregaſſet, in altera pellium carnes, in altera verò oſſa inclu-ſit, deinde Jovi dedit optionem, utrum mallet, taurum eligendi. Jupiter capta optione cum dolos ejus viri graviter ferret, ut juſtam opportunitatem ultionis nactus videretur, oſſa elegit, atque illa fraude iratus, ignem mortalibus eripuit, ut teſtatur in ſequentibus poëta. Hanc fabulam Lucianus quoque refert in dialogo Jovis & Promethei, ubi idem crimen Prometheo impingit Jupiter. Ex eo morem poſtea obtinuiſſe ſcribit Hyginus, ut Veteres in ſolennibus & relligioſis ſacrificiis carne hoſtiarum conſumpta, reliquam, quæ pars fuit Deorum, eodem igne comburerent. quem ritum infra quoque tangit Heſiodus. Sunt qui fabulam ad hiſtoriam referunt, & Prometheum obſervaſſe ſcribunt extorum colores & ſitus: quidque ſingula portenderent, noviſſe, quibuſque item victimis, quo ritu mactatis Dii ſinguli lætarentur, docuiſſe mortales: adeoque auguriorum fuiſſe primum inventorem. Alii moraliter ſignificari volunt, poſt civilis vitæ artes, unà cum voluptatibus & deliciis, non ſolum legum & æquitatis, ſed & Dei immortalis contemptum naſci in homine, & fruſtra eſſe eos, qui Deum fallere ſtudent: tum ob gloriam, privatorumque commodorum ſpem prudentiſſimos quoſque peſſumdari. At Baconus ſub duplici illo ſacrificio Promethei apte nobis repræſen-„ tari ait perſonam verè relligioſi & hypocritæ. Alteri enim „ ineſt adeps, Dei nimirum portio, ob inflammationem & ſuf-„ fitum, per quod affectus & zelus ad gloriam Dei incenſus, „ atque alta petens ſignificatur; inſunt viſcera charitatis, in-„ ſunt carnes bonæ & utiles. In altero nihil præter oſſa arida „ & nuda reperiuntur, quæ nihilominus pellem farciunt, & „ hoſtiam pulcherrimam & magnificam imitantur; per quæ „ rectè notantur externi & inanes ritus & ceremoniæ jejunæ, „ quibus homines cultum divinum onerant & inflant, res ad „ oſtentationem potius compoſitæ, quam ad pietatem facien-„ tes. Neque ſatis eſt hominibus ejuſmodi ludibria Deo offer-„ re, niſi ea etiam illi imponant & imputent, ac ſi ipſe illa ele-„ gerit & præſcripſerit. Certè propheta ſub Dei perſona de hac „ optione expoſtulat: *Num tandem hoc eſt illud jejunium, quod „ elegi, ut homo animam ſuam in diem unum affligat, & caput in-„ ſtar junceæ demittat?* Ἐκείνοντο.] Κείνομαι, *contendo, rixor.* De forenſibus controverſiis propriè uſurpatur.

536. Μηκώνῃ.] Pro, ἐν Μηκώνῃ. Mecon vel Mecone Stephano

phano urbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, sic dicta, quod ibi primum Ceres papaveris fructum invenerit. μήκων, *papaver*. Scholiastes Μηκώνῃ legit, sicque appellatam putat ἀπὸ τῆς μήκους, *à longitudine*. Μίγαν βοῦν.] Taurum. Προφρονέως θυμῷ.] Promptitudinem animi in Prometheo designat.

537. Διασάμῳ.] Id est, μερίσας. Προσθήκε.] Crasi Atticâ, προσέθηκε. Διὸς νόον.] Sic legendum, non Ζηνὸς νόον, ut metri ratio constet. Ἐξαπαφίσκων.] Ἐξαπατῶν. In Aldina & Florentina editionibus legitur, ἐξαπαλίσκων, cui tamen alterum præfertur, ut magis receptum.

538. Τῷ μὲν.] Id est, Καὶ τὸ μὲν μέρος, cui respondet τῷ δέ. quod sequitur. Ἔγκατα.] *Intestina*, ἀπὸ τοῦ ἐντὸς κεῖσθαι τῶν μελῶν. Δημῷ.] Δημὸς, *adeps*, ἀπὸ τοῦ δαίειν, *comburo*, quia facilè comburitur: at δῆμος, *populus*.

539. Ἐν ῥινῷ.] Ῥινὸς, *corium, pellis*, δέρμα Βοείῃ.] Ion. βοείᾳ.

540. Δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ.] Præpositio in Latina versione redundat.

541. Εὐβουλίοισι.] Εὐβουλίζω, idem quod εὖ βουλὴν, *recte dispono*. Ἀργέτι.] Λευκῇ, per systolen poëticam, pro ἀργῆτι, ab ἀργὴς, *candidus, albus*.

542. Δὴ τότε μιν.] Sequitur oratio Jovis ἐλεγχικὴ, qua in Prometheum invehitur, dolosum ejus animum & impietatem graviter carpens. Honorifica utitur compellatione, sed sarcastica & amarulentiæ plena. Etsi enim viri hujus fraudulentiam non ignoraret Jupiter, deludi tamen se passus est, ut occasionem postea nanciscceretur gravius eum puniendi.

543. Ἰαπετιονίδη.] Ὦ Προμηθεῦ. Ἀγχίνοιαν.] Εὐβουλίαν. Ἀγάλλων.] Τῶν βασιλέων. Fuit autem Prometheus Scytharum rex, vel ut alii tradunt, Ægypti.

544. Ὦ πέπον.] Vox est aliquando amicius compellantis, aliquando conviciantis. Ironiam hic continet σαρκαστικῶς. Ἐπεζήλως.] *Iniquè, quasi animo erga alteram partem magis affecto*. Διεδάσσατο.] Ionicè pro διεδάσω, verbi διαδάζομαι, *divido*.

545. Κερτομίων.] *Probro incessens*, vel ut hic exponit Latinus interpres, *latenter carpens*. Τὸ κερτομεῖν, propriè est *mordacibus dictis incessere*, quasi τὸ κατὰ τέμνειν. Ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.] Ea loquendi formula æternam Dei providentiam designant poëtæ. Sunt autem ἄφθιτα μήδεα Eustathio τὰ ἀμεταβλητότατα, *quæ mutari nequeunt*.

546. Τὸν δ' αὖτε.] Ἀπόκρισις Promethei χλευαστικὴ, seu derisoria.

riſoria. Reſpondet Jovi oratione blanda, & honorifica, ſed deceptionis plena. Poſtquam enim Prometheus carnes è bove mactato in unum compoſitas corio bubulo texiſſet: oſſa autem reliqua pelle cooperta in medio collocaſſet, optionem dedit Jovi, ut quam vellet, earum ſumeret partem. Sed Jupiter à Prometheo deceptus, delegit oſſa pro ſua dimidia parte. Eo docemur, Deum odiſſe homines doloſos; & callidiſſimos quoſque avaritia ſæpe in perniciem ſuam ruere: præterea mortalium vitam eſſe curarum plenam, neque ulli ſperandam eſſe quietem, dum vivimus, quæ omnia ſub Promethei fabula hic, & in ſequentibus eleganter oſtendit poëta. Τὸν δ' αὖτε.] Τοῦτον ἢ πάλιν. Προσείπε.] Pro προσεῖπε, quod Atticum.

547. Ἤκα.] Ἠύχως. Ἐπιμειδήσας.] Τὸ μειδᾶν, & ἐπιμειδᾶν, de placido riſu dicitur, ὡδὲ σεμνοτέρῳ γέλωτι, ut ait Euſtathius. Solet autem is, qui alterum decipere ſtudet, feſtivæ fraudis conſcius ſubridere. Λήθετο.] Pro ἐλήθετο, hoc eſt, ἐπελανθάνετο. Δολίης τέχνης.] Id eſt, *ingenioſæ fraudis.*

548. Ζεύς.] Pro Ζεῦ. Κύδιστε, μέγιστε.] Sic & Homer. Iliad. ω. Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε, μέγιστε, quem imitatus noſter. Αἰειγενέταν.] Æol. pro, αἰειγενετῶν.

549. Τῶν δὲ.] Scil. μοιρῶν. Ἕλοῦ.] Dor. ἑλοῦ, ab anormi ἕλω, pro αἱρέω, *capio*, *eligo*. Ὑποτέρῳ.] Poët. & Ion. ὁπότερον. Ἐνὶ φρεσὶ.] Καθὸ ψυχῇ. Θυμὸς ἀνώγῃ.] Id eſt, κελεύῃ, quod eſt phraſi poëtica, ὁπότερον βούλῃ.

550. Φῆ ῥα, &c.] Concluſio præcedaneæ orationis, & deſtinatio pœnæ Prometheo infligendæ. Jupiter enim doli non ignarus, ſed ad tempus diſſimulatione utens, eam cepit partem, quæ præter oſſa nihil contineret, ut fraude detecta hominis vafri contumeliam ulciſceretur. Monet porrò fabula non eſſe tentandam Dei potentiam, neque majeſtatem ejus temeraria curioſitate perſcrutandam, cum id in noxam cedat hominis: & quamvis ad tempus latere videatur mortalium fraus, tamen poſtea, ubi opportunum ſupremo Numini viſum, graviſſimis eam ſuppliciis vindicat. Deus enim nullo modo circumſcribitur, aut naſo ſuſpenditur adunco, ſed callidos tandem in calliditate ſua captat, dignaſque, naturam ejus & opera temere rimantibus, infligit pœnas. Hinc Prometheus cum Jovi paria facere contenderet, artibuſque ſuis & inventis ſupra modum gloriaretur, meritiſſimam Iovis iram expertus eſt. Nam, ut in principio diximus, virique oſtendunt ſapientiſſimi, tota

Pro-

Promethei fabula non inſcitè ad *μιξελοφεγοσιδω* traducitur: ne alta nimis & abſtruſa Dei myſteria ſive opera perſcrutemur, nedum imitari nos poſſe vana præſumptione cogitemus. Quam philoſophandi ſobrietatem cum non obſervaſſet rex Prometheus, duce Mercurio monti Caucaſo alligatus eſt, aquilaque ei addita, Typhonis, ut volunt, filia, quæ jecur ipſius aſſiduè renaſcens laniaret. Φῦ.] Pro ἴφυ. Δολοφρονέων.] *Dolos meditans vel ſtruens.*

551. Γνῶ.] Pro, ἔγνω, remoto augmento utitur oratione verbis abundante, & idem dicit in ſtudio certæ & exploratæ elocutionis. Ἀγγοίηϛ.] Pro ἀγγοίηϛε, ab ἀγγοίω, quod poëticum eſt pro ἀγγοέω, per epentheſin ῐ & jota, ob metrum. Ὄαστο.] Pro ἄαστο, ab ὄασομαι, quod Æolicum, pro ὀπϖόμαι, *video*, ſic ἠόστω, pro ἠόπλω, *ferio*, apud eoſdem.

552. Τά] Pro ἅ. Τελέσσαϛ' ἐμεῖλεν.] Pro τελεθήσοι).

553. Χερσὶν ἀμφολίρηϛιν.] Pro, ἀμφολίραις. Iovis in arripienda carnium parte aviditatem exprimit. Λαὸν ἄλεφαρ.] Supra verſ. 541. ἀρχέτω δημῶν. Ἄλεφαρ.] Πιμελιὴ.

554. Χάσατο] Ἐχάσατο. poëticè. Φρένας] Καὶ φρένας. Χόλϖ.] Ὀργῇ. Μιν.] Αὐτόν. Tmeſis eſt in ἀμφὶ, & ἵκετο. pro ἀμφῖκετο. Notetur item rarior ſtructura, χόλϖ ἵκετο μιν θυμὸν, pro θυμὸν αὐτοῦ. Homericorum Schematum ſedulus obſervator Plutarchus.

556. Φῦλ' ἀνθρώπων.] Pro ἄνθρωποι, ut *ſecla ferarum*, apud Lucretium, pro *feris*.

557. Θυηέϛων.] Ob victimas & ſuffimenta, à θύω, *ſacrifico*. Morem hunc adolendi oſſa in aris ſupra ex Hygino retulimus. Βωμῶν.] Βωμὸϛ, ab Hebræo *Bamah* deductum videtur. Sic dicitur excelſum vel ſacellum in altis locis extructum ab idololatris.

558. Τὸν ὃ μέγ'.] Reſponſio altera Iovis objurgatoria, & ignis ablatio. Narrat enim poëta Iovem ob contumeliam ſibi à Prometheo illatam, mortalibus eripuiſſe ignem, cujus beneficio artes fere omnes inventæ. Quo ſignificare voluerunt, priſci Sapientes, Iovem vivendi rationem antea facilem, quietam, laboris ac doloris expertem, hominibus abſcondiſſe. Quod & parenti noſtro ἀϖοϛολέϊϖ accommodari poſſit, qui quamdiu in ſtatu permanſit innocentiæ, Deum ſibi habuit propitium, & terram, fruges omniaque ad victum neceſſaria copioſe ſuppeditantem: at poſtquam ab integritate ſua lapſus Dæmoni

potius auſcultavit, quam Creatori ſuo, ad labores & multiplices curas damnatus eſt. Ita Dei benedictio verſa eſt in maledictionem, quique ſecuram prius, facilem, & ab omnibus morbis immunem tranſigebat ætatem, poſtea breviorem, infinitiſque ægritudinibus refertam vivendi rationem expertus eſt. Quod per ignis ablationem repræſentare conati ſunt poëtæ, ſine cujus uſu difficilis planè redditur mortalium vita. Nam ut forma formarum eſt anima, inſtrumentum inſtrumentorum manus: ita auxilium auxiliorum, ſive opis opium ignis dici mereatur. hinc enim omnis induſtria, hinc artes mechanicæ ipſæ infinitis modis adjuvantur, ut mirum videri non debeat, ſi ad ignis inventionem tantopere feſtinarit Prometheus, cum omnibus fere humanis neceſſitatibus & uſibus levamenta ſuppeditet atque auxilia. Modus autem furti ignis aptè nobis & ex natura rei deſcribitur in ſequentibus. Τὸν δέ.] Prometheum. Μίγα.] Pro μεγάλως. Ὀχθήσας.] Λυπηθείς.

559. Παίζων πίελ.] Ἀντὶ δὲ περὶ πώλων. Anaſtrophe, quæ figura Ionum propria. Μήδεα.] Βουλεύματα.

560. Ἐπιλήθιο.] Ion. pro ἐπιλήθου.

562. Ἐκ τούτου.] Scil. χρόνου.

563. Μελίοισι.] Pro μελίοις, hoc eſt, χιλίοις. Vox μίλτος vanum, vel miſerum denotat. Πυρὸς μίλτου.] Τὸ πῦρ. periphraſi poëtica. Ἀκαμάτοιο.] Ἀκαμάτου. Ion. ἀκαμάτοιο dicitur ignis ob indefatigabilem ejus voracitatem.

564. Ναιετάουσιν.] Pro οἰκοῦσιν.

565. Ἀλλά μιν.] Furtum ipſum, modumque deſcribit poëta, quo ignem à Jove hominibus abſconditum ſurripuerit Prometheus. Fabulantur poëtæ Prometheum Minervæ conſilio aſcendiſſe in cælum, ibique ferula ad currum Solis admota ignem rurſus in terram detuliſſe. Fuit enim Prometheus, ut ſupra dictum, Ægypti rex prudentiſſimus & aſtrologiæ peritiſſimus, qui ignem cæleſtem dicitur eſſe furatus, quod rationem fulminum hominibus indicarit: vel quod artem monſtrarit, qua ſupernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, quamdiu bene uſi ſunt: at poſtea malo hominum uſu in perniciem eorum verſus eſt. Nec ſine cauſſa ferulam ad hoc adhibuiſſe fingitur Prometheus, cum ferula ad percuſſionem, & plagas inferendas apta ſit, quo ſignificetur ignis generationem per corporum violentas percuſſiones & colliſiones fieri, ex quibus attenuantur materiæ, & in motu ponuntur, & ad calo-

rem

rem cæleſtium ſuſcipiendum præparantur, ignemque velut ex curru Solis modis clandeſtinis ac quaſi furtim decerpunt, & rapiunt: tum etiam habet lignum hoc concavitatem quandam concipiendo igni & fovendo idoneam, unde & κοῖλον vocat Heſiodus. De Archimede Mathematico percelebri referunt hiſtoriæ, quod tanquam Deus quidam terrenus mirabili artificio globum vitreum fabricarit, in quo mira converſione diſſimiles motus cæleſtium circulorum repræſentarit, idque ignis beneficio Sphæram illam perpetuò moventis. De quo epigramma extat elegantiſſimum Claudiani, quod brevitatis cauſſa hic omitto. Ut igitur Prometheus ingenii ſollertia cum Jove ipſo contendere auſus eſt, hominem è luto formando, & igne cæleſti, quem ferula exceperat, animando, aliaque ejus opera imitando: ſimiliter & Syracuſanus ille Geometra Jovi paria fecit, dum τὸ ἀεικίνητον invenisſe dicitur, in cujus indagatione non pauci hodie deſudant philoſophi. Tradit Pauſanias in Atticis ob hanc ignis inventionem certamen inſtitutum fuiſſe apud Athenienſes τῶν λαμπαδοφόρων, in quo id unicè ſtudebant decurrendo, ut accenſæ faces ſervarentur. Nam cujus fax extincta fuiſſet, is victoriam ſuccedenti concedebat, atque hic eodem modo ſequenti, ſi ſua extingueretur, & reliqui eodem ordine. Quod ſi nemo accenſam facem tuliſſet, palma in medio relinquebatur. Atque hæc fiebant in honorem Promethei, quod is omnium artium fontem & auctorem ignem putabatur inveniſſe. Sic & ipſum de ſe loquentem introducit Æſchylus in cognomine Tragœdia:

Ναρθηκοπλήρωτον ἐξ ἑσπερίας πυρὸς
Πηγὴν κλοπαῖον, ἣ διδάσκαλον τέχνης
Πάσης βροτοῖς πέφυκε κἀς μέγας πόρος.

Artis magiſtrum ignem (fuit namque is viris
Magnum juvamen, pluribus perutile)
Inveni.

Μιν,] Αὐτὸν, nempe Jovem. Βὺς παῖς Ἰαπέτοιο.] Prometheus. ἐὺς poët. ἀγαθὸς, ἢ καλός.

566. Τηλόσκοπον αὐγὴν] Id eſt, πλόθεν σκοπευμένην.

567. Νάρθηκι.] Νάρθηξ arbor eſt ſoli Africæ nota, Latinis *ferula*, cujus deſcriptionem habet Plinius lib. 13. cap. 22. & Columella lib. 3. de Arboribus. Clearchus vocat ξύλον ἄξυλον, id eſt, *lignum non lignum*, quod intus eſſet medulloſum, atque idcirco minus ſolidum & compactum. Huc alluſit Martialis in

Apophoretis: *Invisæ nimium pueris, gratæque magistris,*
Clara Prometheo munere ligna fumus.

Δάκειν.] Pro ἔδακεν, à δήκω, pro δάκνω, *mordeo*. Tralatio. Νειόθι.] Adverb. à νεῖος, quod Ionicum est, pro νέος.

568. Ἐχόλωσε.] Εἰς ὀργὴν ἐνέβαλε. Φίλον ἦτορ.] Id est, τὴν καρδίαν αὐτοῦ.

569. Ὡς ἴδεν.] Potest etiam legi: ὡς ἴδε' ἐν ἀνθρώποισι.

570. Τεῦξεν.] Pro ἔτευξεν.

571. Γαίης χαίρ.] Sequitur fabula de Pandora, quam & in Operibus graphicè depinxit Hesiodus. Narrat poëta, Jovem, simulatque resciviſſet furtum Promethei, & ἀπάτην in distributione carnium, Vulcano mandasse, ut fœminam è luto formaret pulchram & venustam, quæ cum astutissima esset, & omnibus artibus à Diis ornata, Pandoræ nomen accepit. Quippe videbat Jupiter se insolentiam Promethei reprimere non posse, nisi hominum genus (quo opere ille immensum turgebat & efferebatur) hoc pacto affligeret. Huic autem virgini Minerva sapientiam, Venus formam, Apollo Musicen, eloquentiam Mercurius tribuit: alii alias dotes. Prima fingitur fuisse mulier, nec ante illam extitisse fœmineum sexum crediderunt Gentium complures, ut etiam testatur Pausanias in Atticis. Palæphatus lib. Incredibil. Pandoræ fabulam sic interpretatur, quod ex terra ipsa cum formata esset, aliis fœminis similem formam dederit, quod videlicet mulier fuerit opulenta, quæ se exornare soleret, quoties ex ædibus prodiret: eoque se pigmento illinebat, quod è terra confectum erat. Tertullianus quoque in lib. de Coronis, Pandoram fœminarum primam fuisse ait, & à Gratiis coronatam. Eam verò ita ab omni corporis animique cultu instructam postea cum pyxide clausa ablegavit Jupiter ad Epimetheum, qui vir dempto vasculi operculo omnia mala evolare sentiens, vix ultimam & in imo residentem Spem occlusit, cùm qua vas illud servavit. Origenes adversus Celsum lib. 4. hanc ridet fabulam. Mythologi verò Pandoram ad humanum corpus referunt fœmineo nomine expressum, quod carnis imbecillitas minimo exsolvi potest. Alii voluptatem designari ea existimant & libidinem, quæ post vitæ civilis artes, & cultum & luxum veluti ex dono ignis & ipsa incensa est: ita ut Vulcano, qui similiter ignem repræsentat, opificium voluptatis deputetur, ab illa autem infinita mala & in animos & in corpora, & fortunas hominum

unà

unâ cum ſera pœnitentia fluxerunt; neque tantum in ſtatus ſingulorum, verum etiam in regna & Reſpub. ut ſupra dictum. Nonnulli ad Naturæ contemplationem reducunt figmentum, qui propterea Pandoram à Vulcano formatam aſſerunt, quod calor, & cæli ἀνθρακία, Vulcani nomine deſignata, fertilitatem donet, quæ ut auctor eſt Theophraſtus in cauſſis plantarum, plus virium habet, quam ullus mortalium labor, aut ſoli ubertas. Ad Pandoræ cultum ſive ornatum quod attinet, primò Minerva eam candida veſte cinxit, quo nihil aliud ſignificatur, quam ſapientiæ candor & puritas. Albus enim color, cum ab ipſa natura profectus ſit, ἀκίρατός ἐστι, eſt, plurimumque habet lucis. hinc vitæ puritas mentiſque illuminatio rectè eo ſignificatur. Deinde calanticam capiti ejus impoſuit, qua docetur ſapientiam, quaſi capitis velamen eſſe & ornamentum, adeoque in capite hominis velut in arce ſua reſidere. Sertis item floreis eam redimivit, quibus indicatur ſapientiæ decor, & incredibilis fragrantia. Denique auream circumdedit coronam, quod nihil ſolidius, nihil excellentius ſit ſapientiæ dono. Γαίης γάρ.] Sic idem in Operib. Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσεν κλυτὸς Ἀμφιγυήεις, Παρθένῳ αἰδοίῃ ἐϊκελον. Terram intelligit humore maceratam. Ita enim ſubdit ibi poëta: Ἤφαιστον δ' ἐκέλευσε περίκλυτον ὅττι τάχιστα Γαῖαν ὕδατι φύρειν. Σύμπλασσε.] Pro Συνέπλασε. Περίκλυτος.] Ob opera fabrilia. Ἀμφιγυήεις.] Vulcanus, quaſi ὁ ἑκατέρωθεν βεβλαμμένος τὰ γόνατα, *quod utroque pede claudus eſſet.*

572. Ἴκελον.] Ὅμοιον. Κορυφὴν.] Pro Κορυφὴ, ἦγεν, Διός.

573. Ζῶσε.] Pro ἔζωσε, verbi ζώω, pro ζώννυμι, *cingo.* Κόσμησε.] Pro ἐκόσμησε, neglecto augmento. Γλαυκῶπις.] Epitheton Minervæ, de quo in principio. Ἀθηνῆ.] Ἀθηνᾶ.

574. Ἀργυφέῃ.] Λευκῇ. Legendum potius ἀργυφείῃ, ab ἀργύφεος, quæ vox conflata, ex ἀργὸς, *albus*, & ὑφὴ, *textura.* Κατὰ κρῆθεν.] Κατὰ κεφαλῆς, per pleonaſmum. Sic ἀπὸ κρῆθεν, dixit idem in Scuto. κρῆθεν adverb. eſt poët. ex κρὴς κρηθὸς, *caput*, verſo α Ion. in η, & θεν particula ſignificante motum de loco. Καλύπτρῃ.] Καλύπτρα operimentum eſt capitis muliebre, à καλύπτω, *tego.* κόσμητρα Heſychio.

575. Δαιδαλέῃσι.] Δαιδάλεος, *artificioſus*, à Dædalo Cretenſium artifice. Utuntur & ea voce Latini. Lucretius, *Tibi dædala tellus Submittit flores. Dædalam* dixit pro *varia.* Καλύχεσι.] Καλύκεσσι, à poëtico, κάλυξ, τὸ ἔχω. Θαῦμα ἰδέσθαι.] Appoſitio.

576. Στεφάνους νεοθηλίας.] Serta intelligit. Legitur etiam νεοθηλέας, ut jungatur cum πόης. νεοθαλὴς ὁ νεωστὶ θάλλων, *recenter vireſcens.*

577. Καρήαλι.] Pro τῇ κεφαλῇ.

578. Στεφάνη.] Idem quod στέφανος. Οἱ κεφαλῇφι.] Pro κεφαλῇ αὐτῆς.

579. Τήν.] Pro ἣν.

580. Ἀσκήσας.] Κοσμήσας ab ἀσκέω, *orno.* Παλάμῃσι.] Pro παλάμαις, id eſt, χερσί. Synecd. παλάμη, propriè *palma manus.*

581. Τῇ δ' ἐνί.] Coronam hanc auream capiti Pandoræ à Minerva impoſitam, non ſolum ob materiam commendat poëta, ſed etiam ab artificio & argumento. Nam omnis generis animantia in ea à Vulcano cælata fuiſſe ait, tam terreſtria, quam marina, idque tanta arte & gratia, ut ſpirare, & quaſi vocem edere viderentur. Τῇ δ' ἐνί.] Pro, ἐν ταύτῃ ἦ, nimirum *corona.* Δαίδαλα.] Id eſt, τεχνικά. vide ſupra. Τετύχατο.] Ionicè, pro ἐτέτυκτο, *fabricata erant*, id eſt, *cælata*, per ſynecd. generis.

582. Κνώδαλα.] Propriè ſunt animantia, quæ in mari dormiunt, ὡς ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κνώσσειν. Verum & eo nomine, τὰ χερσαῖα, ſignificantur teſte Euſtathio. Ἤπειρον.] Ἡ γῆ. propriè *terra continens.*

583. Χάριες.] Gratia, *veneſtas*, quæ non tantum in verbis, ſed & operibus relucet.

584. Ζωοῖς.] Θεοῖς. Ἐοικότα.] Ὅμοια. Φωνήεσσιν.] Vocalibus, quaſi dicat, Tam artificioſe ſculpta erant, ut ſpirare & quaſi vocem edere viderentur.

585. Αὐτὰρ ἐπειδή.] Ἔκπληξις Deorum ob ornatum & pulchritudinem Pandoræ. Vulcanus enim, ubi Jovis mandato perfecit Pandoram, ita à Minerva, aliiſque Diis ſpecioſe inſtructam, velut in theatro ſpectandam produxit; cujus forma, & membrorum compages tam concinna fuit & artificioſa, ut conſpecta in ſtuporem egerit cælicolas pariter & homines. Hanc deinde primam mulierem fuiſſe aſſerit poëta, ex qua reliquum genus fæminarum in mundum prodierit. Tum etiam exemplo Pandoræ deſcendit ad vituperium ſexus fæminei, quem matri ſuæ per omnia ſimilem eſſe dicit, viriſque exitioſum. Hinc ſpecioſum malum appellat, molle genus & ornatu laſciviore gaudens, adeoque inevitabilem hominibus dolum & inexplicabilem labyrinthum, quæ in ſequentibus omnia pro more ſuo latius

latius deducit Aſcræa Clio. Τεῦξε.] Pro ἔτευξε. Καλὸν κακόν.] Sic vocat Pandoram. Ἀγαθοῖσι.] Ἀγαθῷ.

586. Ἐξάγαγε.] Pro ἐξῆγε, per redupl. Atticam. Ἔνθα.] Ὅπου. Ἔσαν.] Pro ἦσαν, per Syſtolen.

587. Ἀγαλλομένῳ.] Χαίρουσαν, ab ἀγάλλομαι, *exulto, glorior.* Ὀβριμοπάτρης.] Epitheton Minervæ, quod prævalido ſeu prępotenti patre nata ſit. Εὐπατέρεια eadem de cauſſa poëtis dicta, cujus pater matre clarior.

588. Ἔχε.] Pro εἶχε.

589. Δόλον αἰπυμῆτα.] Αἰπὺς propriè *altus*, ὑψηλός: metaphoricè *grævis, exitioſus*. Ἄμηχανον.] Ἄφυκτον. Sic & Chryſoſtomus mulierem appellat ποινὴν ἄφυκτον, *ineffugibilem pœnam*, in Comment. ſuper Matth. cap. 19.

590. Ἐκ τοῦ.] Id eſt, Ταύτης, Pandoræ. Γυναικῶν θηλυτεράων.] Æol. pro θηλυτερῶν. Sic vocat mulieres ob mollitiem fæmineo ſexui propriam. Interpres Homeri exponit, πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἀφοροσύνας, quod in Venerem ſint propenſiores, ſi cum brutis animantibus comparentur: Τὰ μὲν γὰρ ἄλογα ζῶα, inquit, ἀγεσμένον ἔχει καιρὸν, ἐν ᾧ μίγνυται. αὗται δὲ διηνεκῶς πλησιάζουσιν.

591. Τῆς γὰρ ὀλοὸν.] Mulierum vituperatio ex occaſione Pandoræ propoſita. Eas non tam paupertatis comites & ſolatrices, quam luxus eſſe miniſtras tradit. Et revera ſi conſulantur hiſtoriæ tam ſacræ quàm profanæ, deprehendemus omnium ferè calamitatum cauſſas eſſe mulieres. Teſtis Helena Trojani belli ſuſcitatrix, teſtis Hercules à Deianira extinctus, teſtis Danaidum in maritos ſuos perfidia, teſtis Lemniarum fæminarum inaudita cædes, teſtis Cleopatra Ægyptiorum regina, téſtis Eva, (ne cæteras memorem) prorſus infamis apud omnes Chriſtianos, quæ divini mandati prævaricatrix non ſibi tantum, ſed & viro ſuo, totique generi humano exitioſa fuit: adeo ut veriſſimum eſſe comperiatur Græcorum celebre dictum, ἀνδρῶν ὄλεθρος γυνὴ, *virorum pernicies fœmina*. Nec peſtis illa in ſolas mulieres transferenda eſt, ſed & maritis ex parte tribuenda, qui tantum indulgent uxorculis ſuis, ut velut amentes amore in quodvis malum eas ſequantur, cùm par eſſet, ut illis moderantibus mulier natura ſtultior & imbecillior minus deſiperet. Et quamvis ubique gentium ſatis nota ſit fæminarum perfidia & mollities, tamen imprimis malè audiunt apud veteres poëtas, qui frequenter earum perſtringunt libidi-

nes & luxum. De his legendi Euripides in Medea, Plautus in Pœnulo, Juvenalis Sat. 6. & alii. Nec priſco tantum ævo tales extitiſſe putandum eſt, ſed & hodiernis temporibus ſtrenuè dant operam, ne vaniloqui fuiſſe videantur antiqui vates. Verè Satyricus:

Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Et paulo poſt:

His emitur quicquid graciles huc mittitis Indi.

Ea de cauſſa Menander poëta ſuaviſſimus merito torqueri Prometheum inquit, non quia ignem de cælo furatus eſt, ſed quia multo gravius malum, fœminam ſcil. omnium humanarum calamitatum auctorem, & ſceleſtum omnino animalis genus invenerit, cujus incommoda ἐν τοῖς ἐφεξῆς amplificat poëta. Τῆς.] Pro ταύτης. Ὀλαῖον.] Ὀλέθριον. Φῦλα γυναικῶν.] Pro *mulieribus*: ut φῦλα ἀνθρώπων, ſupra. Πῆμα μέγα.] Chryſoſtomus, *delectabile detrimentum* appellat, & *deſiderabilem calamitatem*.

592. Μέτ' ἀνδρῶσι.] Pro ἐν τοῖς ἀνδράσι.

593. Οὐλομένης πενίης.] Alibi κακὸν vocat πενίαν, καὶ θυμοφθόρον, *animi corruptricem*. Οὐ σύμφορος.] Alii legunt σύμφοροι, & *comites* interpretantur. nonnulli ἀσύμφοροι, ſed perperam. τὰ σύμφορα rectè exponitur, *comitantia*. Sic idem Heſiodus alibi: Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί. *fames ſequitur inertem*. Κόρου.] Ion. κόρος. κόρος idem quod πλησμονὴ, *ſatietas, luxus*.

594. Ὡς δ' ὁπότ'.] Similitudine illuſtrat poëta, quæ de mulieribus ſupra dixerat. Eas porro ſimiles eſſe ait fucis, qui non ut apiculæ mellificant, ſed alveariis ſeſe ingerentes alienum duntaxat laborem depaſcunt. Sunt autem fuci inſecta aculeo carentia, quibus aſſimulantur ignavi homines, quique alienis inſidiantur laboribus. De his ita Procopius in lib. 2. de bello Gothorum Beliſarii dictum referens: Σεσὶ γέλωτι, inquit, ἐ δίκαιον τὰς κηφῆνας μὲ ὑφ' ἑτέρων πόνων μεγάλων ἀπολαύειν, ἄλλως ἢ δὲ μέλιτος ἐδωδιμῶν παλαιπωρίαν ὀφλισκάνειν. hoc eſt, *ſubridens dixit, iniquum eſſe, quod alienis apum magnis laboribus fruantur, & mella depaſcant ab aliis elaborata*. Et Virgilius de apibus 4. Georg.

Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

Quemadmodum igitur gnavæ mulieres comparantur apibus:

ita

ita ex adverso fucis assimilantur, quæ ventri luxuique deditæ maritorum suorum labores inutiliter prodigunt, verè frugiperdæ, & locustæ vastatrices, in quas invehitur Satyricus, cum inquit:

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum,
Ac velut exhausta redivivus pullulet arca
Nummus, & è pleno semper tollatur acervo;
Non unquam reputat, quanti sibi gaudia constent.

Hinc non inscitè Phocylides apud Stobæum è quatuor hisce animalibus natum esse dixit muliebre genus, ex cane, sue, equo & apicula. Versus Græci Latinè ita sonant:

Hæc quoque Phocylidæ: rebus de quatuor ortum
Gens muliebris habet, nam pars cane, pars ape nata est,
Pars sue, pars & equa; sed quam generavit equæ vis,
Fœcunda est, agilis, vaga, formosissima vultu.
De sue quæ genita, inter pravamque bonamque,
Trux & difficilis; quæ de cane, gnara laborum,
Fida domus custos. ape quæ solerte creata est,
Hanc thalami sociam votis ardentibus opta.

Σμήνεσι.] Pro σμηνίζει. τὸ σμῆνος propriè *apum examen.* hic *alveare* per metonym. Καληριφίεσι.] Pro καληριφίσι. Fit καληριφὴς, ex καλὸς & ἐρίφω, *tego*: καλεσκεπασμένος Hesychio.

595. Κηφῆνας.] Κηφὼ, *fucus*, ex apum genere, quæ aculeo carent, de quibus Aristoteles hist. animal. lib. 5. cap. 22. & Plinius lib. 11. cap. 11. Ξυνήονας.] Id est, κοινωνὸς, ex ξυνὸς pro κοινός. hinc ξυνήων Atticè σ verso in ξ.

596. Αἱ μὲν.] Μέλισσαι. Πρῶτον ἦμαρ.] Καθ' ὅλην ἡμέραν. Ἐς ἦέλιον καταδυόντα.] Εἰς τὴν ἢ ἠλίου δύσιν.

597. Ἠμάτιαι αὐτοῦδε] Pro ἠμεριναὶ, hoc est, ὄρθριαι. Sic Virgilius:

Mane ruunt portis: nusquam mora: rursus easdem
Vesper ubi è pastu tandem discedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.

Τιθεῦσι.] Virgilius de apibus:

Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras.

Κηρίον propriè *apum cellula sive domicilium*, à κηρὸς, *cera.*

598. Οἱ δ'.] Οὗτοι ὑ, *fuci.* Ἔντοθε.] Pro ἐντὸς. Ἐπηρεφέας.] Supra dixit, καληρεφέας. Εἰμβλῆας.] Dicitur σίμβλος, σίμβλον, & σίμβλη.

599. Ἀλλὰ-

599. Ἀλλότριον κήμενθον.] Id est, mella ab aliis elaborata. *Labor* pro rebus labore partis. Sic *hominum bourmque labores*, pro *segetibus* dixit Maro. Ἀμῶνται.] Id est, συναθροίζουσι. Loquendi genus à messoribus petitum, qui segetes demessas in horrea congerunt.

600. Ὡς δ' αὖτως.] Ἀπόδοσις. Κακόν.] Appositio.

602. Ἀργαλέων.] Alii legunt λυγαλέων. Πάρεν.] Pro ἔπορεν. Ἀντ' ἀγαθοῖο.] Pro *bono*, ignis vel cælibatus. Sic Euripides:

——— Ἀντὶ γὰρ πυρὸς
Πῦρ ἄλλο μεῖζον ἦδε δυσμαχώτερον
Ἔβλαστον αἱ γυναῖκες.

Id est, ——— *Proque igni novus*
Successit ignis, atque inexpugnabile
Malum, mulieres.

603. Ὅς κε γάμον.] Πρόληψις sive præoccupatio. Aliud incommodum pro commodo cælibatus proponit Hesiodus. Nam licet sumptuosa res sit mulier, satiusque viro fuerit vitam cælibem ducere, quam uxori alligatum esse: tamen hoc malum sequitur ἄγαμον sive cælibem, quod cum jam senuerit, nullos sit habiturus liberos, qui ipsum in decrepita ætate foveant, suarum facultatum relinquantur hæredes, nisi forte remoti cognati vel Magistratus. Est igitur hic tacita objectio, quam refellit poëta. Dixerit enim aliquis: Si fæmineum genus adeo pernicioſum est viris, ut ais Hesiode, præstat à nuptiis abstinere: respondet poëta per concessionem: Etsi quidem hoc verum sit, tamen è duobus malis eligendum, quod minus. Molesta & onerosa res sit mulier, tamen liberis carere, & legitimis bonorum hæredibus, multo est molestius. Vult itaque Hesiodus, matrimonium, utut sua habeat incommoda, cælibi vitæ esse præferendum. Geminus huic locus est ille Demosthenis ex Orat. Funebri: Χαλεπὸν, inquit, παῖδα μὲν παίδων στερηθῆναι, καὶ ἐρήμους εἶναι τῶν οἰκειοτάτων γεγενημένων. *Durum est patri & matri liberis orbari, & charissimis suæ senectutis educatoribus privari.* Non enim miserius quicquam tetrica orbitate, & hæredum inopia. Unde Comicus:

Ὀδυνηρόν ἐστιν ἀτυχοῦντα τῷ βίῳ
Ἔχειν ἔρημον δεξιὰν τὴν οἰκίαν.
Instructa inopia miseraque est felicitas,
Divitiæ hæredem cum non inveniunt suum.

De legitimo hærede loquitur, non χρυσοῦς, qui tum demum generi

generi alicui & familiæ ſuccedunt, cum nulli ſunt propinqui hæredes. Hinc dolet Phænops apud Homerum, quod orbatus à Diomede duobus filiis, Magiſtratus, qui χηρωσταὶ Græcis, hæreditatem à ſe relictam diviſiſſent, Iliad. ε. His ferè reſpondent *bona vacua*, Straboni ἀδέσποτα, quæ olim publicabantur teſte Ulpiano, aut fiſco addicebantur lege Julia, de quibus Juriſperiti, & Spondanus ad verſum Homeri ſupra citatum. Ὅς κε γάμον φεύγων.] Id eſt, ἄγαμος. Μέρμερα.] Id eſt, χαλεπά. Curas & onera intelligit, quæ matrimonium ſequuntur.

604. Γῆμαι.] Pro γαμῆσαι, tanquam à γάμω, pro γαμέω. Ὅλοὸν γῆρας.] Ὀλέθριον.

605. Χάτῃ.] Pro ἐν χάτῃ, τυφλότητι ἀνδείᾳ. Γηροτρόφοι.] Ionicè. Dicitur γηροτρόφος, *qui ſenem nutrit*. hinc γηροτροφεῖν, *ſenes nutrire*; & præſertim parentes ſuos τρέφειν eſt τιθηνεῖν. Vide Eraſm. in ἀνθυπολαργεῖν. Ἐπιδδώς.] Pro ἐπιδιδοὺς, Poëticè.

606. Ζωῇ.] Ζῇ. Ἀποφθιμένῳ.] Pro ἀποθνήσκοντος, per ſyncopen, pro ἀποφθιομένῳ. Διὰ κλῆσιν ἄστιον).] Tmeſis, pro ἀλλαδάστιον), id eſt, ἀλλαγάμως.

607. Χηρωσταί.] Sic dicuntur, qui ſuccedunt in hæreditate viro viduo, & filiis carenti, remoti ſcilicet cognati & conſanguinei. Euſtathius magiſtratum eſſe dicit, qui gubernabat τὰς χηρευούσας τῶν ἀλλάδων, hoc eſt, *qui vacuæ hæreditatis curam ſuſcipiebat*, non quod ille ſuccederet, ſed vel civitatis totius nomine eam adminiſtraret, vel proximorum gratia, quibus nempe hæreditatis bona viritim æqualiter diſtribuebantur. Apud Pollucem ſcribitur χηραλαί, ſine σ. Utrumque à χηρόω, τὸ στερίσκω, *privo*, *orbo*. Ὧι δ' αὖτε γάμος.] Eſt hic encomium illuſtre bonæ mulieris. Uti enim miſerrimus eſt, qui pravam nactus eſt uxorem: ſic contra fortunatum prædicat, qui pudicam ſibi repperit conjugem, & cordatam. Sic & Euripides, licet iniquior fuerit in muliebre genus, tamen felicem pronunciat eum, cui pudica & cordata obtigerit marita. Verſus hi ſunt:

Γάμοι δ' ὅσοις μὴ δυσχερεῖς βροτῶν,
Μακάριος αἰών· οἷς δ' μὴ πίπτουσιν δόμοι,
Τά, τ' ἔνδον εἰσὶ, τά, τε θύραζε δυσχερῆ.
Quicunque fauſtis vinciuntur nuptiis,
His læta vita eſt. Sors quibus cecidit ſecus,
Nil niſi miſeria reſtat & foris & domi.

Idem & noſter docet Heſiodus in Operib.

Commoda ſiqua viro conjux obvenerit, hæc eſt

For-

Fortunæ pars prima bonæ: mala; peſſima ſors eſt,
Delicioſa, virum quæ torre potentius omni
Vrit & ad celeris perducit fata ſenectæ.

Qualis vero ſit bona uxor, quaque parte cenſenda, in ſequentibus docet idem poëta, ſcilicet, non quæ ſtirpis nobilitate, aut forma aut opibus commendatur, ſed quæ pudica eſt, & rei domeſticæ ſedula curatrix. Sic enim hi verſus Latinè ſonant:

—— contra thalamos cui fata dederunt
Si prudens, ornata bonis ſi moribus uxor,
Proſpera compenſat duris, & triſtia lætis.

Talem optare cuivis liceat: reperire non niſi paucis ſingulari Divûm munere conceſſum eſt. *Eſcheth chail*, dicitur Hebræorum filiis. Ωἳ.] Pro ὥπνι. Γάμυ μοῖρα.] *Nuptiarum conditio, ſors.* Eſt hic Tmeſis in μιζὲ & γένηϑ, pro μιζαγθόντυ. Alii pro μιζὲ legunt κατὲ, quod malim.

608. Κεδνὴν.] Pro αἰδοίαν. Ἄκοιτις, *thalami ſocia, uxor*, quaſi ὁμόκοιτις. Ἔχειν.] Alii codices habent ἴσχετ'. Ἀραρῦῖαν πραπίδεσσι.] *Ornatam præcordiis*, hoc eſt, phraſi poëtica *cordatam*. Ἀραρῦῖα participium eſt, per redupl. Attic. ab ἄρω, *apto*.

609. Τῷ δὲ] Legitur etiam τῷ δέ τ' ἀνὴρ. Ἀνθρισείζει.] Id eſt, ἀνθιστάτυ, ἢ ἐξισοῦται, ut exponit Scholiaſtes, *adæquatur, opponitur*.

610. Ὅς δὲ κε πύτμῳ.] Ut pudicam & cordatam ſupra laudavit Heſiodus: ita pravam hic & ſtolidam uxorem vituperat. Ille inquit mortalium omnium calculo miſerrimus eſt, qui uxorem duxit pernicioſæ indolis. Ut enim bonæ bonis: ſic & improbæ ex improbis ferè naſci ſolent: κακῆ κόρακος κακὸν ὠὸν, *mali corvi malum ovum*, ut proverbio dicitur. Quod cum in aliis, tum in fæmineo ſexu præcipuè apparet. Aſpidis quippe venenum hauſiſſe videntur, quæ ex ſemine degeneri procreatæ mulieres. Qualem qui nactus eſt, perpetuum animo mærorem circumfert: neque pravam fæminæ naturam facilè corrigas: indefinens eſt afflictio, & malum immedicabile, ut merito dixerit Socrates: aut tollendam, aut tolerandam eſſe malam mulierem. Hinc quiſquis nuptiali ſe capiſtro induit, vitæque & thalami ſibi ſociam petit, ante omnia ejus indolem probè perſpectam habeat neceſſe eſt, ne cordolium ſibi ducat, gehennamque domi ſuccendat perpetuis litibus æſtuantem. Τίτμῃ.] A poëtico τίτμω, τὸ εὑρίσκω. Malè verſum hunc interpretatus H. Stephanus: *Qui gravem nativitatem ſortitus fuerit*. Nam

geni-

genitivus ille γλοιθλης, non à verbo regitur πίτμω, cui quartus debetur casus, sed à nomine ἄνριλω; quod δὲ κρινῶ repetendum. Ἀπερηγέϊο.] Pro ἀπερήρῳ. Dicitur ἀπερηγὴς, pro ἀπηγὴς, pleonasmo syllabæ, ab ἄπη, noxa. Γνιθλης.] Pro γλοιᾶς, Poët.

611. Ἀλίασιν.] Ex α privante & λιάζω, declino, evito. Hesychius exponit, ἀνίγκλιθον, ἀμεταπτώτως, ἀχώρητον. Ἀνίλω.] Ion. pro ἀνίαν, hoc est, λύπην.

612. Ἀνήκεστον.] *Insanabile*, hoc est, *gravissimum*, ex α στρηπτῶ, & ἀκέομαι, *medeor*.

613. Ὣς οὐκ ἴσι.] Conclusio superiorum cum epiphonemate, quasi dicat poëta: adeo non licet Jovis providam mentem & vindictam effugere. Nam etsi Prometheus vir callidissimus, & πολυΐσως crederet se decipere posse Jovem, eumque jam reipsa deceptum putaret, tamen miserum in modum falsus est, cum dolos ejus & machinationes minimè ignorarit Jupiter, sed pro tempore dissimularit, quo postea tanto gravius in eum animadverteret. quod & revera accidit, nam comprehensus Caucasoque alligatus fraudulentiæ suæ pœnas exsolvit gravissimas. Hanc poëtæ nostri sententiam, ut veram piamque sic effert paræmiastes:

Πολλά χιν εἰδέιης, οἷς τὸν θεὸν ἐξαπαλήσαις.

Hoc est,

Multa noris oportet, quibus Deum fallas.

Et Pindarus in Pythiis Od. 3.

Ἀψευδὴς ἐστιν ὁ νοῦς Ἀπόλλωνος, ὃν οὐδεὶς ἀπατᾷ.

Verax est mens Apollinis, quem nemo decipere potest.

Ὣς.] *Adeò*. Malè versum à vulgato interprete, *quoniam*. Epiphonema hic est, & ὡς, pro ὥστε, per admirationem usurpatur. Οὐκ ἴσιν.] Pro ἔξεστιν, *non licet*, id est, οὐ δυνατόν ἐστι, quod & Latinis frequentatum. Κλέψαι νόον.] Est *occultè & quasi furtim decipere*, λάθρα ἐξαπατῆσαι.

614. Γαπετιονίδης.] Prometheus. Ἀγκυλήτα.] Pro ἀγκυλήτης, Macedonica dialecto, ut vult Caninius. Dicitur ἀγκυλήτης, ὁ μανδύας κρατῶν ἄξιος, ἀγαθός. Alii Prometheum ἀγκυλήτην dici putant κατ' ἐπίπτωσιν, quasi πολλῶν κακῶν αἴτιον.

615. Τοῖο.] Τούτου. Ὑπεξήλυξε.] Ὑπέφυγε, verbi ὑπεξαλύσκω, *subterfugio*. Ὑπ' ἀνάγκης.] Id est, ἀναγκαίως.

616. Καί.] Καίπερ. Πολυΐδεαν.] Πολυΐσταν. ἰδέας, *sciens*, ab εἴδω. Καὶ δυσμὸς ἐρύκει.] Tmesis, pro κατερύκει, id est, κατέχει, *detinet*, *coërcet*.

617. Βεβά-

617. Βριάρεω.] Persequitur nunc fabulam de Gigantibus Briareo, Cotto & Gyge, qui unà cum reliquis Terræ filiis Jovem de solio suo detrudere conati sunt. Hi licet robore pollerent immani, & horrenda corporis mole, & terribili essent facie, tamen, ut Prometheus, ita nec illi Jovis iram subterfugere potuerunt, quo minus valido eos ligaret vinculo: Briareumque imprimis fulmine percussum ad infimas terræ partes detruderet, vel, ut alii volunt, sub montem Ætnæ, qui quoties defessum latus movet, flammas ingentes in cælum eructare videtur. Verum, ut alibi dicere cæpimus, sub fabulæ illius involucro ventorum natura graphicè describitur. Quod & ipsa nomina non obscurè innuunt. Quid enim Briareus aliud quam ventus procellosus & validè feriens, quasi βιαιός, id est, *violentus*? Cotti nomen deductum ἀπὸ τοῦ κοπτεῖν, teste Scholiasta, quod est, *ferire*; vel κοπίασαι, hoc est, *irasci*. At Gyges appellationem suam debet natali solo, quod sub terra lateat obscurus. Γυγαῖος enim Hesychio σκοτεινός. Hi bellum Jovi inferre dicuntur, quod è terra surgentes venti, cælum, quod Jovis nomine signatur, conturbant & obnubilant. Hinc *conjuratos cælum rescindere fratres* dixit Maro. Sed de his in sequentibus plura. Βριάρεω.] A recto Βριάρεως quod Atticum est pro Βριάρεως. Ὠδύσατο] Pro ὠδύσατο, ab ὀδύζομαι, τὸ ὀργίζομαι.

618. Δῆσε.] Pro ἔδησε. Κρείσσῃ σὺν δεσμῷ.] Præpositio in Latina versione redundat.

619. Ἤνορέων.] Ἀνδρείαν. Ὑπέρθυμον.] Id est, ἀκαταμάχητον. Ἀγάσθη.] Θαυμάζων, ab ἀγάομαι, *admiror*.

620. Καὶ τοὺς μέν.] Hæc cum superioribus cohærent. Hosce Gigantes sive Titanes, à Saturno sub terram detrusos esse ait, ibique summo in mærore versari, quos Iupiter è vinculis dicitur liberasse, cum intelligeret patrem Saturnum sibi insidias struere. Quocirca liberati pro ingenti illo beneficio Iovi adversus Saturnum suppetias tulere, quorum ope victoria potitus, regnum solus obtinuit. Quæ licet fabularem spectent historiam, tamen physicæ sunt contemplationis. Nam Titanomachia ista nihil aliud est, quam ventorum inter se conflictus. Sub terra collocati dicuntur, quia ex terræ exhalationibus nascuntur venti; quos Iupiter in lucem revocat, quum ventos in imis terræ visceribus latentes per aërem liberè vagari finit. Quin & nomen Titanum hoc ipsum indicat. Est enim ex Hebræo *tith*, quæ vox *lutum* significat. Terra autem mater ventorum

torum est, imprimis lutosa. Sic enim magis apta est, quæ à Sole calefacta exhalationes emittat. Dicuntur Cæli & Terræ filii, quia ventorum caussa efficiens est calor cælestis. Terra subjectum, unde prodeunt. Atque flatuum horum alii sunt adversi Iovi, hoc est, cælo: alii mites & blandi. Hinc Briareus cum fratribus Gyge, & Cotto Iovi auxilium attulisse perhibentur adversus Palladem, Iunonem & Neptunum, reliquosque Deos, cum in Iovis tyrannidem conjurassent, uti fabulatur Homerus in lib. primo Iliad. qui etiam addit, Briarei adventu territos Deos à cæpto destitisse, & cum Iove in gratiam rediisse. Κατίναασι.] Pro κατίναξι, à καθίναω, *colloco, habitare facio*, tanquam à ναίω, *habito*.

621. Ἔνθα.] Ὅπου. Ναιετάοντες.] Pro οἰκοῦντες.

622. Εἵαται.] Perf. pass. Ionic. pro εἶνται, ab ἧμαι, *sedeo*. Potest etiam esse plusquamperf. εἵατο, pro εἶντο. Ἐχαλῇ.] Pro ἐχαλῇς, Ionicè.

623. Δηθά.] Ἐπὶ πολλὸν χρόνον. Ἀχνύμενοι.] Λυπούμενοι.

624. Σφέας.] Pro σφᾶς αὐτούς.

625. Ἠνώγεον.] Pro ἄνωγον, id est, κελεύω.

626. Φραδμοσύνῃσιν.] Pro φραδμοσύναις, h. e. βουλαῖς.

627. Αὐτὴ γαῖ᾽ ὀφέλλασα.] Describitur prædictio sive vaticinium Terræ. Prædixerat enim Terra, Jovem Deosque cælestes reliquos, horum trium Titanum auxilio superiores fore in hoc bello. Hinc Briareum, Gygen & Cottum Hesiodus postea vocat custodes Jovis & satellites. Fabulam supra retulimus. Duo enim Jupiter bella insignia gessisse dicitur, unum cum Titanibus, ut parentes captivos è vinculis liberaret: alterum adversus ipsum parentem Saturnum vitæ suæ insidias struentem. Physiologi eo figmento nihil aliud doceri volunt, quam diversas ventorum naturas & vires: sive quatuor elementorum inter se pugnam & ἀπαξίαν, quæ fuit initio creationis, de quâ Ovidius 1. Metamorphos.

Obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc Deus & melior litem Natura diremit.

Hinc & Titanes Saturni fratres appellantur, id est, *temporis*, quia cum mundo tempus cæpit, & cum tempore elementorum ista contentio, quæ tam diu perduravit, donec suum singulis Creator assignavit locum, in quo quiescerent. Unde & Scho-

liaſtes hanc Τιτανομαχίαν modo τ στοιχείων πλημμέλειαν & ἀπειθίαν vocat : modo πὰς τ ἀνέμων σφοδρὰς ἐπαναστάσεις κ) ροιβδους. De quibus etiam philoſophus in libris Meteorologicis. Αὐτὴ γαῖα.] Terra. Σφίν.] Pro σφισὶν αὐτοῖς. Διλωτικὸς.] Id eſt, σαφεστικῶς, poëticè.

628. Σὺν ἐτοῖσι.] Sic legendum, non ἑτέροισι, ut habent alii. Cum ipſis, id eſt, ipſis auxiliantibus. Ἄγλαον εὔχος.] Pro δόξαν καλλιὸ. Ἀρίσῃ.] Indef. 2. med. ab αἴρω, *tollo*, quod verbum cum nomine κῦδος, εὔχος, aut ſimili junctum, *repertandi* ſignificationem habet.

629. Δηρὸν.] Ἐπὶ μακρὸν χρόνον. Μάρναντο.] Ἐμάχοντο. Μάρναμαι, *pugno*, a μάρη, id eſt, *manus*, ut Latinis *pugnare*, à *pugno*. Θυμαλγέα.] Λυγρὸν.

631. Ἀλλήλοισιν.] Ἀλλήλοις.

632. Οἱ μὲν ἀφ'.] Deſcriptio pugnæ inter Jovem Deoſque cæleſtes, & Titanes. Loci & temporis circumſtantias ſubdit poëta, ubi prælium hoc initum, quamque diu item durarit. Topographiam habes, cum Othryn fuiſſe tradit montem Theſſaliæ, unde pugnarint Titanes : Alii tamen ad Phlegram Theſſaliæ ſimiliter montem, hoc prælium commiſſum referunt. Dii autem ab Olympo ſe defendiſſe dicuntur, ita ut inſurgentes ab inferiori loco hoſtes facilè depellerent. Hinc factum, ut Dii ſuperiores dicerentur : inferiores contra Titanes. Per Titanes etiam hiſtoricè deſignari poſſunt reges illi & tyranni, qui Jovi in ſubigendo Oriente Titanum more reſtiterunt, quos Jupiter ut in ſecundis rerum ſucceſſibus fieri ſolet, aliorum regum adjutus ope debellavit. At Phyſicè, ut dictum eſt, repræſentatur, vel cæleſtium corporum cum inferioribus pugna; vel elementorúm inter ſe conflictus; vel ventorum, fulgurum, tonitruum, aliorumve meteororum horrendi ſtrepitus, & ardores, qui vel extitere antea, vel adhuc oriuntur in rerum natura. Nec certamen illud Deorum & Titanum paucis tantum diebus, aut menſibus duravit, ſed decem & ultra annis. Videtur poëta alludere ad bellum Trojanum, quod decennale fuit, ubi æquis diu viribus utrimque certatum. Quare ut diurnitatem pugnæ Titanicæ, & cæleſtium Deorum indicaret, numerum certum poſuit pro incerto. Ὄθρυος.] Apud Strabonem legitur ὄθρυς, ὄθρυος, cum accentu in prima. Heſychius, ὄθρεως à Cretenſibus dici ait τὸ ὄρος, *montem*. Οὐλύμποιο.] Ion. οὐλύμπου. Δεῖπνον ἐῶσαν.] Vide alibi.

634. Ἐννη-

634. Εὐνηθεῖσα.] Συμπλεχθεῖσα.

636. Σωτιχίως.] Ἀδιαλείπτως. Δίχα πλείους ἐνιαυτούς.] *Decem plenos annos.* Sic malim, quam *decem plus annis.* Vox πλείους, non eſt à πλείων, ſed à poëtico πλεῖος, id eſt, *plenus.*

637. Οὐδέ πις ἦν.] Pugnæ aſperitatem deſcribit poëta, quæ tanta fuit, ut anceps diu, quaſique in æquilibrio conſtiterit victoria, partibus utrimque ex æquo validis. Priſci homines cum mundum hunc omnem & ſingulas ejus partes eſſe animatas judicarent, ſpeculabantur cum animo ſuo, rudis illius cæli, rudiſque terræ filios è chao prodeuntes, quaſi animis erga Jovem infeſtis: tum vero, quomodo Jupiter gravia depreſſerit, levioribus aſcendentibus, quæ rerum ſive elementorum pugna à Jove, quo nomine bona temperies, & ordo bene compoſitus, ſive utriuſque auctor deſignatur, tandem pacata eſt ac ſedata, ſingulis in loca ſua digeſtis. Alii, ut præfati ſumus, naturam reſpiciunt jam conſtitutam, perque pugnam hanc intelligunt ventos & cæteras exhalationes, quæ in altum aſcendentes Jovi ſuperiſque Diis quaſi bellum inferre videntur. Addit hic poëta, ambroſiam & nectar Titanibus appoſita fuiſſe, quibus deguſtatis robur ipſorum, & animus accreverunt, magiſque incitati ſunt ad pugnam. Per ambroſiam & nectar phyſicè intelliguntur blandiores è terra & mari evaporationes, quæ vi caloris in altum ſublatæ, & in ventos ſive imbres converſæ poſtea decidunt, terramque reddunt irriguam & fœcundam nectaris & ambroſiæ inſtar, quibus, ut fabulantur poëtæ, Dii fovent immortalitatem ſuam. Hos igitur Titanes ita refectos & ad bellum præparatos blanda & generoſa oratione compellat Jupiter, de qua τὸ τοῖς ἐχομένοις. Ἔεικε.] Id eſt, μάχης. Λύσις.] Διαλλαγή. Τελευτή.] Τέλος.

638. Οὐδ' ἀπέρωις.] Nec Titanibus, nec Diis. Γ'σον ἦ τέλος πολέμου πάσης.] Id eſt, ἐξισοῦτο τὸ ἐναλίγιος ὁ πόλεμος. Sic Homerus Iliad. ϱ. Ἐπὶ ἦ πόλεμος πάσι σφιν Ἄρηϊ. Tralatio à ſune qui in longum extenditur & producitur.

639. Παρίχειθεν.] Ἀντὶ τοῦ παρίχει, nempe Deorum aliquis. Ἄρμενα.] Id eſt, τὰ ἁρμόδια, per ſyncopen, quaſi ἀρόμενα, ab ἄρω, *apto.*

640. Νέκταρ.] Potus Deorum, ut Ambroſia cibus. Utrumque ex eo nomen accepit, quod immortalitatem conferat: νέκταρ enim eſt ex νη particula privante & κτείνω, *occido*: ἀμβροσία, ex ſimili α, & βροτὸς, *mortalis.* Τάφος.] Pro ἄφος. Ἔδοσι.]

Verbum hoc propriè cibo convenit: hic & nectari tribuitur per catachresin.

641. Ἀΐξαν.] Sine augmento, ab ἀΐξω, pro αὔξω, vel αὐξάνω, *creſco*. Θυμὸς ἀγήνωρ.] Id eſt, *animus ſtrenuus*, vel *ſuperbus*.

642. Ἔπιον δ'.] Pro ἐγδοῦπτδ, tanquam à πάομαι, *guſto*, *comedo*, cujus Aoriſtum in ſolo uſu apud poëtas.

644. Κίκλυτέ μεν.] Sequitur oratio Jovis παρεξωλικὴ, qua Briareum, Cottum & Gygen Titanas ad ſui auxilium ſollicitat, cum deteſtatione belli inter cognatum ſanguinem initi, & laudata imprimis eorum fortitudine, quaſi dicat, Jupiter: Jam diu admodum ô Titanes, inter nos de rerum ſumma pugnatum eſt & præclara utrimque virium ſpecimina edita. Si bene vobis nobiſque conſultum velitis, finemque atrociſſimi videre belli, agite robur veſtrum ingens, manuſque invictas in hoſtes convertite, cauſſæque noſtræ patrocinium ſuſcipite, priſci beneficii memores, quo Vos à Saturno patre meo in carcerem detruſos liberavi, ruptiſque vinculis in lucem reduxi. Solet enim invitari beneficium beneficio, & officium officio provocari. Ingratus enim ille, qui cum poſſit, τῷ εὐεργέτῃ benefaciendo non reſpondet. Hæc de ventis & exhalationibus interpretantur phyſiologi. Nam vapores, ex quibus gignuntur flatus, cum in ſublime tolluntur, tandem à Saturno, hoc eſt, cælo aut Sole deorſum in terram, vel inferiores terræ partes detruduntur, quos Jupiter ſolvere & liberare dicitur, cum exhalationes ejuſmodi cæleſti calore evocantur ut ſupra oſtenſum. Ita ventorum & elementorum contrarias naturas & ἀντιπαθείας ingenioſe ſub hac Titanomachia deſcribit poëta noſter. Κίκλυτέ μεν.] Pro ἀκουσατέ μευ, Dor. & Poët. Ἀγλαΐαι πίσυνα.] Benevolentiam captat.

645. Ὄφρ' εἴπω.] Ἵνα λέξω. Τά.] Ἄ. Ἐνὶ φρεσὶ] Pro ἐν φρεσί. Synecd. numeri.

646. Δηρόν.] Ἐπὶ πολύ.

647. Νίκης τε κράτεϊ θ' ὑμῖ] Pro, ὑμῖ νίκης τε κράτος, Anaſtrophe. Τὸ κράτος, *imperium*, quod robore acquiritur. Μαρναίμεθα.] Μαχόμεθα. Ἠμαθόεντα πάντα.] Συνεχῶς.

648. Ἐκφυγέμεσθα.] Pro ἐξεφυγόμεθα.

649. Χεῖρας ἀάπτους.] Quaſi, *non tangendas*, ex α privante & ἅπτομαι, *tango*.

650. Τιτῆνες.] Ion. Τιτῆες. Ἐνωπῇσι.] Legitur & ἐναντίον.

Ἐν

Ἐν δαΐ.] Pro ἐν μάχῃ. Dativus per apocopen factus pro δαΐδι, à δαΐς, *fax: pugna ardens*, à δαίω, uro, *vasto*. Λυγρῇ.] Ionic. λυγρῇ.

651. Ἐνηέα.] Id est, ἀγαθῆς, poëticè. Dicitur ἐύης, ὁ εὖ τὸς ἀγαθότητος ὤν, ut docet Eustathius. Ὅσσα παθόντες.] Ineptè interpres: *quibus perpessis*, pro *quæ vel quanta perpessi*.

652. Αἶψ.] Πάλιν. Δυσηλεγέα.] Mortis epitheton apud Homerum, de quo Lexicographi. Exponitur ab Hesychio, χαλεπός.

653. Βυλάς.] Ultimam corripit, ut sæpe in aliis. Ζόφῳ ἠερόεντα.] Spississimam caliginem indicat auctor.

654. Ὣς φάτ' τὸν.] Ἀπόκρισις Titanum. Orationi Jovis respondet omnium nomine Cottus. Agnoscit beneficium ab Jove in ipsos collatum, singularemque ejus curam, & providentiam in conservandis Diis immortalibus hic deprædicat. Nec id tantum, sed & gratum se declarans, Jovi cæterisque Diis opem suam una cum sociis pollicetur, regnumque ejus prompto, & forti animo manuque adversus reliquos Titanes se asserturum recipit. Quod vero Cottus, Gyges & Briareus in pugna Titanum à partibus steterint Jovis, reliquis ipsi adversantibus, eo φυσικῶς docere vult poëta, non omnes ventos cælum, quod Jovis nomine designatur, obnubilare, sed quosdam illud serenum reddere & tranquillum. Per tres igitur memoratos Titanas, ejusmodi significantur flatus, qui aërem reddunt sudum, & defæcatum à nubibus. Ex eorum numero est aquilo sive Boreas, qui propterea ab Homero vocatur αἰθρηγενέτης, hoc est, *serenitatis effector*: quemadmodum & ipse de se gloriatur apud Ovidium 6. Metam.

Apta mihi vis est: hac tristia nubila pello.

Serenus quoque est *Leuconotus*, de quo Ausonius in Monosyllabis: *Velivolique maris constrator Leuconotus Libs.* Et ante eum Horatius lib. 1. Carm. Od. 7.

Albus ut obscuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus, neque parturit imbreis
Perpetuos.

Leuconoton intelligit, qui ventus sic appellatur, quod ab eo λευκαίνῃ ὁ ἀὴρ, id est, *aër redditur albus*. Nam *candidos soles* pro serenis & felicibus dixit Catullus. Idem quoque officium præstant Favonii, quibus & inde nomen à fovendis plantis. Hinc & *candidos* eosdem vocat Venusinus poëta lib. 3. Carm.

Od. 7. Item *veris comites, quæ mare temperant.* Od. 17. ejuſdem libri. Nam *animæ Thraciæ* ſunt Favonii, non Eteſiæ, ut rectè ad eum locum notat Lambinus. Et hæc de Titanibus Jovi amicis. At cæteri adverſabantur Jovi. Quo ſignificatur, ventos prope omnes aërem reddere nubilum, & turbidum, ita ut cælum ipſum ſuis impetere viribus videantur. Cum vero ad terram depreſſiſſe eos dicitur Jupiter, per hoc indicatur ἀνωφορία, quæ requirit, ut quæ levia ſunt, aſcendant: gravia omnia ferantur deorſum. Vulgaris eſt philoſophorum opinio, ventos deorſum pelli à nube, vel frigore mediæ aëris regionis, ſed rectius alii dixere proprio id pondere fieri. Ut enim vapos, ubi concrevit, guttatim decidit ob pondus: ſic exhalatio terreſtris, ubi frigore, quod calori ſucceſſit, condenſata eſt, haud aliter ac aqua per canalem, concidit in terras. Unde falluntur, qui ventos exiſtimant leviores eſſe aëre noſtro. Ἀμείβετο.] Pro ἠμείβετο, id eſt, ἐξ ἀμφιβόλης ἀπεκρίνατο.

655. Δαίμονες.] Ω' εὐδόξοτατε. Δαιμόνιος, *divinum* hoc loco ſignificat: alias *miſerum.* Ἀΐδηλα.] Id eſt, ἄγνωστα, ἢ ἀδίδακτα. Ex α privante & δαίω, τὸ σαίνω, *ſcio, intelligo.* Πιφάσκειν.] Ion. pro πιφάσκη. Alii legunt πιφαύσκειν, tanquam à πιφαύσκω, quod idem.

656. Γ'δμεν.] Doric. pro ἴσμεν, verbi ἴσημι, τὸ εἰδω. Eſt hic Tmeſis in ἐπὶ & εἰσὶ, pro ἐπείσι. Περνίδες.] Ὁ νῦς.

657. Ἀλεξητὴς.] Ab ἄλκω, pro quo & ἀλάλκω, *profligo, depello.* Ζεὺς ἀλεξίτωρ, *Iupiter malorum depulſor*, qui & πολεμήιον ἀλεξητὴρ ſcitè appellatur Callimacho, & Τιτανοκρήτωρ Luciano, quod *Titanas debellârit.* Ἀρῆς.] Ion. pro ἀρᾶς, ab ἀρὴ, *damnum, imprecatio*, quod ex Hebræo arar, *maledixit.* Γένετο.] Ionic. pro ἐγένετο. Κρυερῷ.] Pro κρυερῇ, id eſt, φοβερᾷ, ἀπὸ τοῦ κρύος, *à frigore*, ut volunt.

658. Ὑποφερόμενοι δὲ.] Τῇ συνόδῳ. Nonnulli codices habent: Σῆσι δ' ἐπιφερόμενοι.

659. Ἄψορρόν δε.] Εἰς τὰπίσω. Ἀπὸ, *retrò*, & ὄρω, *concito*, qui citato gradu retrocedit. Ἐξαῦτις.] Πάλιν. Ἀμειλίχους.] Supra dixit: δυσηλεγέος λὰξ ὀδόντων.

660. Ἄναξ.] Ω' ἄνα. Ἀναίλατος.] Ἀνίλαστος, ἀκατάσχετος. ex α στερητικῷ, & poëtico ἔλπομαι, pro ἐλπίζω.

661. Τῷ.] Pro ἀπὸ τοῦτο. Ἀτενεῖ.] Προθύμῳ, ἀμετανοήτῳ. Propriè ἀτενὴς, ὁ ἄγαν τεταμένος.

662. Γ'νοίμεθα.] Ἀμυνοῦμεν ἢ φυλάξομεν. Κρείτονι νόῳ.] Τὸν βουλὴν

βασιλείων ὑμεῖς ἔργων, metonymicè. Δηϊοτῆτι.] Μάχῃ, à δηΐοις. hinc mendosè in nonnullis codicibus excusum legitur, δηϊότητι.

664. Ὣς φάτ'. ἐπῄνησαν.] Ἐπιφήμησις sive approbatio Deorum. Collaudant sermonem Cotti Cælicolæ, tantisque defensoribus freti, majoribus quam antea animis prælium ineunt, nec mares tantum, sed & fœminæ virtutis suæ specimen edunt: tum maximè Titanes illi, quos ex Erebo in lucem reduxerat Jupiter. Eos autem à corporis mole, & viribus describit in sequentibus poëta. Fabulam ad Naturam supra retulimus, eaque ventorum procellas, seu tonitruum fulgurumque varios affectus designari ostendimus, quod & infra magis planum fiet. Quomodo autem Titanes ex Erebo in lucem remiserit Jupiter, etiam ex parte dictum. Isaacius Christo servatori figmentum hoc accommodat, qui prævaricatores & Deo rebelles ex Erebo & Diaboli potestate in libertatem asseruit, quanquam maxima pars eorum manserit ingrata, tantoque se beneficio indignam præstiterit. Quæ licet piè dicantur, tamen in Hesiodi vatis ethnici mentem venisse putandum non est. Quare à talibus abstinendum potius, ne licentius sacra profanis miscendo, ignem extraneum ad altare Domini adferamus. Alii rectius ad mores referunt, Titanibusque non absimiles esse dixerunt homines sævo immanique ingenio, qui non solum magistratibus adversantur, sed Deos ipsos contemnunt. Sic Plautus in Persa: *Quid ego faciam? Disne adversor, quasi Titani cum Diis belligerem, sat quibus esse non queam?* Et Cicero 3. de Legibus: *Noster vero Plato Titanum è genere statuit eos, qui, ut illi cælestibus, sic hi adversantur moribus.* Verba ejus hæc sunt: *Titanes & Gigantes Saturno & Iovi bellum finguntur intulisse: quibus propter virium fiduciam, & quod factionibus florerent, addiderunt multa capita, ora, manus, item pedes serpentinos, unde à Diabolo prodiisse intelliguntur, & serpentis esse progeniem.* Sunt qui fabulam de Titanibus à sacra historia confictam putant, nec alios spectare, quam turris Babylonicæ conditores, & Nemrodi socios, de quibus legere est Genes. cap. 10. & 11. Sed de his alibi plura. Ἐπήνεσαν.] Ἐπιφήμησαν.

665. Ἐλελίξαν.] Ἐπῆμε.

666. Τοπάροιθε.] Τὸ ἐκπάγλου. Ἀμύμονα.] Magnam & asperam. Ex α intendente, & μυμαίρω, invideo. Τὰ γὰρ μεγάλα φθονεῖται. τὰ γὰρ ἁπλᾶ ἀ, inquit Eustathius. Ἔγεγον.] Pro ἔγενον.

667. Θήλειαί τε καὶ ἄρσενες.] Dii gentium cum corporei sint, generant & generantur. hinc sexus distinctio. Ex quo rectè concluditur nec Deos esse, cum maris & fœminæ conjunctio ad generis conservationem requiratur, quod divinæ naturæ competere nequit, quæ immortalis est. Ἤματι τεύτῳ.] Ἐν ἡμέρᾳ ταύτῃ.

669. Ἐρεβόσφιν.] Ἐκ δ' Ἔρεβος, Dor. & Poëtic. Φάος δὲ.] Εἰς τὸ φῶς.

670. Ὑπερμεγάθη.] Ὑπερμεγέθη.

671. Τῶν ἑκατὸν.] Describitur Titanum portentosa magnitudo & immensum robur. Centum illis tribuuntur manus & quinquaginta capita. Alii capita illis concesserunt ad sidera usque pertingentia. Eodem ferè modo Gigantes & præcipuè Typhœum supra descripsit poëta. Servius apud Maronem, Gigantes cum Titanibus videtur confundere, quos tamen in hac Theogonia à se invicem distinguit Hesiodus. Utut est, ejusdem planè generis & genii homines feruntur, nimirum impii, & θεομάχοι. De his vero Titanibus dicitur, quod non ferreis armis aut telis, uti mos est in bello, pugnarint, sed saxis præruptis, & totis montibus in hostem concurrerint. Sic & de Gigantibus Maro:

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum:
Ter pater extructos disjecit fulmine montes.

Nec mirum est de Gigantibus & Titanibus tam portentosa narrari à poëtis, cum non minus prodigiosa de Ogo rege Basan commemorent Judæi. Hic enim cum esset unus de filiis Enacim, hoc est, de numero Gigantum, ubi Israëlitas contra ipsum adventantes cognosceret, vastissimum montem capiti imposuisse dicitur, eo animo, ut hoc in Hebræos conjecto exercitum obtereret universum, sed Deus, ut consilium ejus disturbaret, in monte illo produxit ingentem formicarum vim, quæ medium exederet montem, ut is, Ogo caput per partem perforatam exerente, utrimque humeris incubaret. Sed quia sic quoque eum conjicere in Israëlitas valuisset, procurasse Deum, ut dentes ejus ad cubitos decem extra os excrescerent. Ita montem ob dentium obstaculum, excuti nequiisse. Tum Mosem totidem cubitos longam arripuisse securim, qua prostravit tam vastæ molis Gigantem, monte etiam obrutum, quem gestarat. Cum vero centum manus, & quinqua-

quaginta capita Titanibus tribuunt poëtæ, φυσικῶς significare volunt τὸ ὁρμητικὸν τῶν ἀνέμων, qui cum partim è ſubterraneis, partim è ſublimibus locis ſpirant, pedes in terra fixos habere finguntur: verticibus autem ſuis ad cælum uſque pertingere & ſaxa projicere, quia latiſſimè vagantur venti, tantoque cum impetu ruunt, ut ſaxa ſæpe & rupes ſecum avellant, inque altum jaculentur. Sic Virgilius de Encelado monti Ætnæ ſubjecto loquitur, qui

——ſcopulos avulſaque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.

Moraliter à nonnullis per hanc πολυκεφαλίαν in Titanibus deſignatur ambitio. hæc enim adverſus Jovem inſurgit. quoniam nulla eſt relligionis, nulla humanitatis, nulla juſtitiæ cura, ubi pullularit ambitionis furor. quæ cum multa habeat capita: multos item nocendi modos, multaſque ſollicitudines ac moleſtias parit. Hanc peſtem longè lateque graſſantem Jupiter tandem opprimit, quia etſi cupiditas aliquamdiu rationi ſapientæque reſiſtat, tamen ab illa denique ſuperatur, neque quiſquam eſt ſapiens, quin rationi demum obtemperet, etſi cupiditate aliquantulum exagitetur. Τῶν.] Τύπων. Ἑκατὸν χεῖρες.] Hinc & Briareus ἑκατονταχείρ Homero dictus. Virgilio, *Centumgeminus*. Ἄϊστον.] Ἤϊστον, ab ἀΐσσω, τὸ ὁρμῶ.

672. Ὁμῶς.] Ὁμοίως.

673. Ἐπέφυκον.] Pro ἐπεφύκεσαν, à πεφύκω pro φύω, naſcor. Doricum eſſe vult Scholiaſtes. Σπεδαιγῖσι] Ion. pro σπεδαιγῖς. Μίλεσι.] Pro μίλεσι.

674. Κατέσχεθεν.] Æol. & Bœot. pro κατεσχέθησαν, id eſt, ἀντεῖχθησαν.

675. Ἡλιβάτους.] Ὑψηλάς. Σπεδαρῆς.] Ion. σπεδαραῖς. Alii legunt, σπεδαρὰς, ut referatur ad petras, ſed ſine neceſſitate, cum infra quoque dicat, σπεδαρῶν ἀπὸ χειρῶν. Et Homerus, χειρὸς ἀπὸ σπεδαρῆς, id eſt, πεπυκνωμένης, ac proinde στερρᾶς, ut exponit Euſtathius.

676. Τιτῆνες δ'.] Ὅπλισις ſive armatura Titanum, & pugnæ aſperitas deſcribitur. Quippe tantis utrimque animis congreſſos eſſe dicit, tantoque certatum furore, ut cælum, terra & maria univerſa contremuerint, graviterque inſonuerint. Quæ fabula licet ad conſpirationem hominum in republica præpotentum accommodari poſſit, tamen mens & ſcopus poë-

tæ est res describere naturales, sive elementorum ἀπαξίαν, & conflictus, ut dictum est, sive ventorum flatus prævalidos, & tempestates: sive fulgurum, tonitruumque strepitus horrificos, quibus Natura ipsa quasi vim patitur, ut cælum mari, maria terris commisceri videantur. Ita tempestatem describit Virgilius lib. 1. Æneid. cum inquit:

Hæc ubi dicta: cavum conversa cuspide montem
Impulit in latus: ac venti velut agmine facto,
Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumque à sedibus imis
Vnà Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus.

Et paucis interjectis:

—— Ponto nox incubat atra:
Intonuere poli: & crebris micat ignibus æther.

In prioribus Boreæ non meminit poëta, quod serenator sit, cujus tamen mentionem facit Homerus Odyss. 5. quem locum expressit Maro. Sed imprimis lucem his fænerant illa Cointi Smyrnæi poëtæ doctissimi verba, quibus Titanicum istud cum Jove prælium describit hoc modo:

—— Τιτῆνας ἀσφιέλοισι χαλωθεὶς
Οὐρανόθεν κεκλίχαδε πυρὸς μήδων· ἡ δ' ὑπένερθε
Πᾶνθός καίετο γαῖα καὶ Ὠκεανοῦ πλατὺ χεῦμα
Ἔζεεν ἀν βυσσοῖο καὶ ἐς πέρας ἄχετο ἰχὼρ,
Καὶ ποταμῶν τέρενα ῥοὰ μάλα μακρὰ ῥέοντα,
Δάμνατο δ' ὑπὸ ἄσπετα φῦλα φερέσβιον ἔτρεφεν αἶα,
Ἠδ' ὅσα πόντου ἔφερβεν ἀπείριτον, ἠδ' ὑπὸ ὕδωρ
Ἀενάων ποταμῶν· ἐπὶ δὲ σφίσιν ἄσπετος αἰθὴρ
Τέφρῃ ὑπεκρύφθη καὶ λιχνοῖ· πίεζε δ' ἰσχύν.

Quæ ferè gemina sunt Hesiodeis, & tempestatis descriptionem nobis ob oculos ponunt. Ἔτέρωθεν.] Ἐξ ἑτέρου μέρους. Ἐκαρτύναντο φάλαγγας.] *Firmabant phalanges*, id est, *aciem instruebant*. χαρτύνω, idem quod ἀσφαλίζω, *firmo*.

677. Βίης θ' ἅμα ἔργον] Ἔργον, hic est, ἔνδειξις, quasi dicat, ἔνδειξιν ἐδίδουν τῆς αὐτῶν βίας.

678. Δεινόν.] Pro δεινῶς. Περίαχε] Id est, ἦχον ἐπιβάλλει. περιαχέω, *circumsono*. Πόντου ἀπείρων.] Τὸ πέρας μὴ ἔχων, ob rotunditatem.

679. Μίγα.] Pro μεγάλως. Ἐσμαραγήσε.] Τὸ σμαραγεῖν, idem est, quod ψοφεῖν, ἠχεῖν. De ponto etiam usurpatur. Ἐπίσχε.]

γενε.] Metaphora. Sic Virgilius de equo duraceo: *Insonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.*

680. Σειόμβρ@.] Id est, κινήμβρ@. Πεδόθεν.] Ἐκ πέδου, *ab imis sedibus*, ut loquitur Maro.

681. Ῥιπῇ ὑπ' ἀθανάτων.] Id est, ὑπὸ τῆ τῶν θεῶν ὁρμῆ. Ἔνοσις.] Κίνησις.

682. Ἰωή.] Θόρυβ@, ἀπὸ τὸ ἴημι, *mitto*, pleonasmo τοῦ ω.

683. Ἄαστος.] *Immodici*, vel potius *immensi*, quem assequi nequeas, ex α privante, & ἕπομαι, *sequor*. Ἰωχμοῖο.] Ion. pro ἰωχμοῦ. Dicitur ἰωχμὸς, *hostilis persecutio*, quasi διωγμὸς, aphæresi τοῦ δ. Βολάων κρατερῶν.] Æolic. βολῶν κραταιρῶν. βολὴ, *ictus*.

684. Ἴσαν.] Ἔβαλλον. Βέλεα.] Τὰ βέλη. Στονόεντα.] Ab effectu.

686. Κελαδεινόν.] Παρακελευσμόν. Ξυίσαν.] Atticè pro, συίσαν, à ξυίημι, *congredior, manus confero*. Ἀλαλητῷ.] Quod vulgò *alarme*, clamor militum ante pugnam. à crebra repetitione syllabarum *la la*, & *alala*, quæ edi solet ab ipsis.

687. Οὐδ' ἄρ'.] Amplificatio superiorum. Continetur hic præcipuè encomium Jovis, quem laudat à fortitudine, quod graviter tonando & fulgurando debellarit tandem Titanas. cujus etiam strenuitatis meminit Lucianus in Timone: Νί@ γε ἔπι, ὦ Ζεῦ, καὶ ὀξύθυμ@ ὢν καὶ αἱματοῦ@ πρὸς ὀργὴν πολλὰ καὶ οὐ δίκαια ἐποίεις, καὶ οὐδέποτε ἦγες τότε πρὸς αὐτοὺς ἀνοχὰς, ἀλλ' ἀεὶ ἐπῆρτο πάντως ὁ κεραυνὸς ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο, καὶ ἡ βροντὴ ἐπεκαγεῖτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὴς, ὥστε εἰς ἀκροβολισμὸν πρόσκοπον ἐφίστω. *Cum juvenis adhuc esses ô Iupiter, acrique animo, & vehemens ad iracundiam, permulta in homines maleficos & violentos faciebas: neque tum unquam cum illis inducias agitabas, sed perpetuò fulmen erat in negocio, & ægis concutiebatur, obstridebat tonitru, fulgur continenter jaculorum in morem densissimè ex edito loco devolantium torquebatur.* Respicit scriptor Samosatensis ad certamen istud Titanicum, in quo strenuum se imprimis Jupiter vegetumque exhibuit bellatorem, idque partim è cælo, partim ab Olympo monte celsissimo tela in hostes fortiter confertimque detorquens, quæ mirum in modum hic exaggerat poëta noster. Ἴσχεν.] Κατεῖχεν. Ἐὸν μένο@.] Τὸ μένο@ hic *animi ardorem* significat. Τῷ γε.] Pro τότε γε.

688. Εἴθαρ.] Ταχέως. Πλῶτο.] Pro ἐπλῶντο, à πλῶμι, pro πλήθω, *impleo*.

689. Φωὶ-

689. Φαῖνε.] Pro ἴφαινε. Notetur Tmesis. Ἄμυδις.] Ἅμα, verso Æolicè spiritu aspero in lenem. Ὄλυμπον.] Montem intelligit, quem hic à cælo distinguit.

690. Ἔσεισε.] Ἐπορδύνε. Σωωχαδὸν.] Σωιχῶς. poëticum vocabulum.

691. Ἴκελε.] Ταχέως. Hinc proverbii speciem habet, *fulminis in morem*, pro eo quod est *subitò* & *ex improviso*. Ἴκελε Hesychio ἐλθὲ, ab ἵκω μαι, *venio*. Ἀσπερχὲς.] Ἀφαντὴς. Πολίοντο.] Pro ἐπολίοντο, à πολίομαι, *volo*. *Volare* dicuntur fulmina ob rapiditatem.

692. Ἱερὴν φλόγα.] Fulmen, & sulphur inter res sacras semper habita, ut patet ex philosopho problem. sectione 24. Εἰλυφόωντες.] Inserto poëticè α, pro εἰλυφῶντες, ab εἰλυφάω, τὸ σφενδονίζω.

693. Ταρφέες.] Ἀθρόοι. Ἀμφὶ δὲ, &c.] Quam horrenda fuerit & terroris plena hæc pugna, verbis vix satis gravibus exprimere valet poëta. Refert enim tam furiosè & consertim fulminasse Jovem, ut flamma undique coruscans visu etiam privarit fortissimos quosque: imo quod plus est, ipsum Chaos profundissimo hiatu patens incendio vastarit. Ex quo liquet, non vapores tantum, ex quibus grando, nubes, niveſque constant, sub hac Titanomachia describi, sed & calidas sulphureasque exhalationes, quæ fulminum & tonitruum sunt materies. Hæ verò cum deorsum mittuntur ac terræ marique incumbunt, tumultus excitant horrendos, & in antiquum chaos omnia convertere velle videntur. Sic Scholiastes & alii hæc interpretantur. Verum & moraliter eo docetur Tyrannos, atque impios homines, ut ut pro tempore grassentur in Remp. sive Ecclesiam Dei, pœnas tandem dare gravissimas, nec effugere ullo modo posse vindictam divinam. Ejusmodi Titanes verbi gratia fuere olim Sylla, Marius, Catilina, Antonius in imperio Romano, qui viribus suis freti injusta & nefaria bella inter se moverunt, cunctasque adeo gentes inter se commissas communi velut incendio involverunt: ne jam Caligulas dicam, Domitianos, Diocletianos, similesque Christiani nominis hostes, qui Ecclesiam Dei Titanico more devastantes dignum sceleribus suis exitium nacti sunt. Titanes igitur fuerint cives seditiosi, vel tyranni sive hæretici, qui manus inferunt piis & injusta patrant: petrarum & ignium jaculationes, sunt temerarii eorum conatus & impiæ opiniones: fulmina & tonitrua

Jovis,

Jovis, divina ultio. Φερίσθενος.] Η' τ βίον φέρουσα, quod *victum ferat.*

694. Καμόεσσα.] Φλέγουσα. Λάκε.] Pro ἴλακε, verbi λακέω, *crepito.* Ἄσπετος.] Ἀπέρατος.

695. Ἔζετο.] Ἀνέδρασε. Ὠκεανοῖο ῥέεθρα.] *Oceanus.*

696. Ἄμφιπε.] Περιέβαλε, ab ἀμφίπτω, *sequor, foveo, circumdo.* Θερμὸς ἀϋτμή.] Pro θερμὴ, ut κλυτὸς Ἱππολύμεια, apud Homerum, pro κλυτή.

697. Τιτῆνας χθονίους.] Appositè. Nam & hinc eis nomen, ab Hebræo *Tith*, id est, *terra.* Ἠέρα δῖαν.] Id est, *aërem immensum.*

698. Ὄσσε.] Τὼ ὀφθαλμὼ, ab Æolico ὄσσω, pro ὄπτω, *video.* Ἄμμιδις.] Ἤμμιδις, id est, ἰσόφλως. Verbum ἀμείδω conflatum ex α privante & μείδω, *video.* Καὶ ἰφθίμων ὥς ἰόντων.] Pro, καίπερ ἰσχυρῶν ὄντων. Tmesis.

700. Θεσπέσιον.] Μέγα, θαυμαστὸν, quasi ἐκ θεοῦ πεσὸν, quod à Deo illapsum vel immissum est. Καλέχαν.] Pro κατέχαν. Εἴσατο δ' ἀϋτή.] Continuatio superioris pugnæ. Tantum poeta, strepitum ejus & terrorem fuisse, ait, ut coram videre & audire se mutuò viderentur Titanes Diique, non aliter, ac si cælum & terra sibi contigua forent. Summam hoc pacto ἀταξίαν & rerum confusionem innuere vult Hesiodus. Id verò est, quod proverbio dicitur, τὴν γὴν τ ἐρανὸν ἀναμεμίχθαι, ut loquitur Lucianus in dialogo Promethei & Mercurii. Nam cælum terræ miscere dicitur is, qui Titanum more omnia perturbat ac commiscet, nihilque non facit, ut voti compos fiat. Deinde persequitur pugnæ Titanicæ horrendam faciem, quam verbis ad terrorem compositis pro virili exaggerat poëta, dum una cum tonitru & fulminibus pulverem à ventis excitatum, & fragorem immensum exauditum fuisse memorat. Notum quippe est, quam terrificos in Natura motus pariant venti, quantaque vi non modò pulverem, sed & saxa in sublime rapiant: adde his copiam ignearum exhalationum, ex quibus tonitrua & fulgura generantur, quæ tela & arma sunt magni Jovis. Hinc Petronius Arbiter:

Primus in orbe Deos fecit timor: arduа cælo
Fulmina cum caderent, discussaque mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos.

ut verè dixerit Ecclesiastes: *Deum omnia fecisse, ut timeatur ab hominibus.* Quare Titanibus accensendi, qui terribilia illa Dei meteora

meteora non reformidant, quæ ὑπὲρ τ' ἄνθρωπον φόβεῖσθαι vocat philosophus in Ethicis. Εἴσατο.] Ἐδόκει, ab εἴδομαι, *videor*. Ἄντα.] Ἐξ ἐναντίας.

701. Ὀφθαλμοῖζιν ἰδεῖν.] Pleonasmus, ut & ὄασιν ἀκούειν, quod sequitur. Οὔασιν.] Ὦσὶν, ab ὄας pro ὦς, *auris*. Ὄσσων.] Φωνῶν.

702. Αὖτως.] Ὁσαύτως.

703. Πίλνατο.] Pro ἐπίλνατο, verbi πίλνημι, pro πλάζω, vel πλάω, ex quo factum. Δῦπτο.] Ἔχθο. Ὀρώρει.] Per reduplicat. Atticam, pro ὄρει, ab ὄρω, *excito*.

704. Τῆς.] Nimirum γῆς. Ἐρειπομένης.] Ἐρρειμμένης, ab ἐρείπω, *diruo*. Scholiastes exponit, πολεμουμένης. Ἐξεκάπετον.] Καθάπτοντο.

705. Ἔγχυτο.] Per syncopen poëticam, pro ἐγχέοντο. Ξυνιόντων.] A ξυνίημι, *infesto Marte congredior*.

706. Ἔνοσιν.] Κίνησιν. Ἐσφαραγίζον.] Pro Ἔχευλες σευάζομεσον. pro quo corrupte legitur apud Hesychium ἐσφοβίζον. Versus hic omnino videtur ita restituendus: Σεὺ δ' ἄνεμοι ἴνοσιν ἠδὲ πόντιν θ' ἅμα ἐσφαράγιζον, ut rectè habet Smidtius.

708. Φέρεν δ' ἰαχή τ'.] Amplificat adhuc hujus belli sævitiam & terrores. Omnia, inquit poëta, clamore complebantur & strepitu, hinc Deorum, inde Titanum; cumque diu æquo Marte pugnatum esset, tandem Titanis cedentibus inclinata est hostium phalanx, prævalentibus Deorum cælestium armis. Laudatur imprimis Cotti, Gygis, & Briarei virtus, qui pro Jove pugnantes inter primos stetere, locumque suum insigni cum laude tutati sunt. Docet hæc Titanum inclinatio & retrocessio physicè considerata, ut plerique eam considerant, corpora terrestria, quæ crassioris sunt materiæ, à cælestibus superari, iisque ut fortioribus & subtilioribus cedere: tum moraliter innuit, quam mortalibus arduum sit, plenumque aleæ cum Diis bellum gerere. Nam licet tyranni & hæretici, ut dictum est, pro tempore in Ecclesiam Dei sæviant, horrendosque in Rep. tumultus excitent, frustra tamen Deo & Christo ejus bellum inferunt, quemadmodum id ipsum ex Titanum tristi exitio clarius patebit in versibus sequentibus, ubi pugnæ hujus eventum describit poëta. Φέρεν.] Ἔφερεν. Ἰαχήν.] Legitur etiam ἰαχώ, quæ vox *robur* significat. Ἔνοπλή.] Κραυγὴν, ab ἐνέπω, τὸ λέγω.

709. Ὄτυξ.] Θόρυξ. Scholiastes exponit τὸν ἀλλὰ τὸν αὐτὸν

ἀπὸ βολὴ, ut ſit *ſonus qui auribus percipitur*. Pro eodem & κέλαδος in aliis.

710. Καρτὸς δ' ἀνεφαίνετ' ἔργων.] Sic ſupra: βίης δ' ἄρα ἔργον ἔφαινον.

711. Ἐκλίνθη.] Pugna dicitur κλίνεσθαι, cum altera pars deficere incipit & cedere hoſtibus. Ἔπιχυσις.] Ἀνθιστάμενοι, ἐμποδίζοντες Scholiaſtæ.

712. Ἐμμενίως.] Id eſt, ἐπιμόνως, σωτηρίως.

713. Ἐν ἀσπουδοις.] Τοῖς ἀσυμφόροις.

714. Ἄατος πολέμοιο.] Ἀκόρεστος, ἀπλήρωτος, *qui bello expleri nequit, ſed eo gaudet quaſique paſcitur*, ex α privante & ἄσαι, quod eſt κορέσαι, *ſatiare*.

715. Οἵ ῥα τεληέσσης.] Αὔξησις, ſive amplificatio virium in Cotto, Gyge & Briareo, quas vel tantas fuiſſe ait, ut trecentas ſimul petras ejacularentur manibus, & reliquos Titanas Jovi adverſos denſa ſaxorum grandine, velut nube obruerent. Deinde pugnæ eventum commemorat, quod victos Titanes ſub Tartarum, id eſt, infimas terræ partes detruſerit Jupiter. Et hæc ventis procelloſis, fulminibuſque optimè quadrant. Videmus enim ſæpe ventorum turbinibus ſaxa & lapides è terra ſublatos in altum torqueri, vel vi fulminis in aëre compactos deorſum vibrari. quod & philoſophi confirmant, qui docent fulminis fervore craſſiorem materiam, & viſcoſiorem in lapides ſubito converti, nec in lapides duntaxat, ſed & æs, aut ferrum. De hujuſmodi lapide Cordubæ delapſo teſtis eſt Avicenna, qui eum ſibi viſum, ac odorem habuiſſe ſulphureum, naturamque Ammoniaci refert. Ferreæ maſſæ exemplum refert Georgius Agricola lib. 5. de ortu & cauſſis ſubterraneorum cap. 13. quem conſule. Tres igitur Titanes hi reliquos Jovi infeſtos depulerunt, atque ita cælo ſerenitatem tranquillitatemque induxerunt. Cæterum hoſtes ſuos jam debellatos ſub terram demiſit Jupiter tanta diſtantia, quanta diſtat à terra cælum, quia fumoſæ illæ exhalationes, quæ materies ſunt flatuum & fulminum, in penitiſſimis hæreant terræ partibus. Tum moraliter docet fabula, nullam impietatem ſeu rebellionem manere impunitam, ſed locum eſſe intra terras abditum, & obſcurum, in quem ſuo tempore conjicientur ſuperbi numinum contemptores. *Abyſſum* vocant ſacræ litteræ. Τεληέσσης.] Pro plurimis. Sic Virgilius 4. Æneid. *Tercentum tonat ore Deos.* Ἀπὸ χειρῶν.] Quæ centum erant ſingulis.

716. Πέμ-

716. Πέμπον.] Ἔπεμπον, id est, ἔβαλλον. Ἐπισυλίρας.] Id est, πυκνολίρας. τὸ ἀεσύτερον Æolicum est, pro ἡσύτερον. Καὶ δ' ἐσχίασαν.] Tmesis, pro κατεσχίασαν δέ. Huc facit, quod de Lacone quodam narrat Plutarchus, qui cum referret tantum esse Persarum exercitum, ut cælum sagittis suis obumbrarent, responsum accepit à Duce: *Tanto igitur securius in umbra pugnabimus.*

717. Τὰς μέν.] Titanas.

718. Πέμψαν.] Ἔπεμψαν. Δισμοῖσιν ὑπ' ἀργαλέοισιν.] Pro δισμοῖς ἀργαλέοις. Pleonasmus Atticus. Sic Homerus: Ἰδρῶθ' ὑπ' ἰδρῶτος μόγις: item ἐμάχοντο μάχῃσι, & similia.

719. Ὑπερθύμους.] Id est, *magnanimos*, vel potius, *elato animo præditos.*

720. Ἔνερθε.] Κάτωθεν, ab ἴρα, id est, *terra.* Hinc ἐνίρεγε Τιτῆνες, Hesychio, ἀφὸ τὸ κατὰ τὸν Τάρταρον ὠθεῖν, quod *in Tartarum fuerint præcipitati.*

721. Ἴσον γὰρ τ' ἀπό.] Exemplo illustrat quod dixit poëta de Tartari distantia, quam æqualem facit cæli à terra distantiæ. Si enim, inquit, ferrea incus è cælo demittatur in terram, decimo demum die eò pervenerit: totidem diebus & noctibus opus fuerit, si eadem incus è terra descendat in Tartarum: unde colligit, idem cæli & Tartari à terra esse ἄμμα, sive intervallum. Hæc an poëta habeat ex historia, an experientia edoctus, vel ex opinione dixerit vulgari, incertum est. Quicquid sit, terra, ut centri rationem obtinet, eodem se modo ad utrumque habet. Si Mathematicis in sua arte credendum, censet Braheus seculi nostri astrologus præstantissimus, firmamenti à nobis distantiam esse decies novies millenarum semidiametrorum terræ. Mersenius in cap. 1. Genes. vers. 1. vicies millenarum: ac tradit hic intervallum id esse leucarum Francicarum (quarum singulæ trium milliarium) 539 616 47. Quod spatium multo majus fuerit eo, quod hic ponit Hesiodus. Sed incertum est, à quo cælo initium sumat poëta, an ab orbe Lunæ, ut terris citimæ, an aliunde. Nam Lunæ situs secundum Ptolemæum, à centro terræ, cum maximè abest, distantia ponitur semidiametrorum terræ LXIV. cum minima XXXIII. Commnnis vero Theologorum opinio est, infernum esse in medio terræ, in quibus est, B. Hieronymus ad Ezech. cap. 14. & Augustinus in Genes. lib. 12. Quin nonnulli curiosius hunc locum perscrutati, 3245. milliaribus retrusum esse sub terra, ajunt,

junt, quos merito cum Aristophanico Socrate dicas ἀεροβατεῖν καὶ ἐπὶ τὸν Τάρταρον, hoc est, ἀδολεσχεῖν. Cum verò ad Tartarum deprelsisse Titanas dicitur Jupiter, docetur pios veroslque Dei cultores cælo destinatos Jovique dilectos esse: contra improbis numinum contemptoribus Tartarum reservari, tantamque inter hunc & illum locum esse distantiam, ut ex uno ad alterum non pateat accessus. Quod & Virgilius tradit in sexto Æneid.

——— *Tum Tartarus ipse*
Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras,
Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum.

Ubi Servius: *Quantum in superna panditur, tantum ad inferos tendit habita æstimatione duplici, hoc est, ut ab ipso ore Tartari, quantum ad cælum est, bis tantum ad inferos pateat.* Immensam eo altitudinem & à cælo distantiam significare volunt poetæ. Ἴσον γαίῃ] Scil. μέρος ἢ ἀφάσματι.

722. Χάλκεοι] Vox χαλκὸς utrumque significat & ferrum & æs. Ἄρρηκτον] *Incus*, ex α privante & ῥήγνυμι, *fatisco*, quod nullis ictibus fatigetur.

723. Κυδοιμοῦ] Καθαπτοῦ. Δεινοῖτη] Scil. ἡμέρα. Ἴκηι] Ita legendum, non ἵκει, ut habet Smidtius.

736. Τὸν ῥεῖ χάλκειον.] Locum Tartari porrò describit poëta, quem ferreo sive æreo circumvallatum muro esse ait, in cujus summitate terræ marisque radices, hoc est, principia & fines collocat Hesiodus, & Noctis domicilium. Tartari septum è ferro aut ære conflatum esse prodit, quo loci munitionem & firmitatem indicat poeta. Virgilius triplici ære Tartarum obseptum dicit in sexto Æneid.

Mœnia lata vides triplici circumdata mitro.

Sic & Homerus cælum vocat πολύχαλκον, id est, στερεὸν καὶ λίαν ἰσχυρὸν, ut exponit Eustathius, *firmum & insolubile.* Τὸν.] Pro ἂν, *Tartarum.* Ἐλάλκησ᾽] Pro ἔλασ᾽, per reduplicationem Atticam, ab ἐλάω vel ἐλαύνω, quod cum de fusilibus operibus usurpatur, *ducendi* sive *conflandi* notionem habet.

737. Τειρυχεῖ.] Πολυστιχεῖ. Synecdochicè. τεῖχος, idem quod στίχος, *ordo, series.* Vult dicere, densissimam noctem Tartaro circumfusam esse. Κέχυν᾽] Περιβέβλη᾽, à χύω pro χέω, *fundo.* Περὶ δειρῇ.] Περὶ τὴν ἀκρωρείαν καὶ ἀνώμαλον μέρος. Tralatio. Δειρὴ propriè *collum*: item montis ἔξοχη, in qua tamen significatione usitatior est vox δειρά.

728. Ῥίζαι.] Ἀρχαὶ ἢ πύλη. Πεφύασι.] Ionicè, pro πεφύκασι.

729. Ἔνθα θεοί.] Narrat Hesiodus, quomodo in Tartarum dejecti sint Titanes, quem locum à firmitate & soliditate porrò commendat. Neque enim ferreo duntaxat muro circumvallatum esse ait, sed & portis ferreis occlusum: ita ut nulli ex eo pateat exitus. Sic & de Averno vatum princeps:

Porta adversa, ingens, solidoque adamante columnæ:
Vis ut nulla virûm, non ipsi exscindere ferro
Cœlicolæ valeant. Stat ferrea turris ad auras:
Hic genus antiquum Terræ Titania pubes.

Et paulo ante:

——— tristique palus inamabilis unda
Alligat & novies Styx interfusa coërcet.

Quod Stygi fluvio, id mari tribuit Hesiodus. Sacra Scriptura quoque *portas* inferno constituit κατ' μεταφορὴν, ut Matth. 16. cap. vers. 18. *Ad portas quoque inferni abire dicuntur*, qui moriuntur, Esaiæ 38. Neptunus igitur, id est, Oceanus, tanquam murus aheneus Tartaro objectus est, secundum poëtam nostrum, ubi & domicilium ponit Cotti, Gygis & Briarei, quod tamen intelligendum de loco extra murum Tartari sito, atque ab aliis Titanibus distincto. Neque enim simul cohabitasse, putandi sunt hi tres cum Titanibus θεομάχοις & rebellibus. Docet præterea hæc fictio nullam ex inferno liberationem esse immorigeris Deoque rebellibus, quod & regius psaltes testatur in psalmis. Physicam interpretationem ex superioribus pete. Ἔνθα.] Ἐκεῖ. Ζόφῳ ὑπεγθονίῳ.] Spississimam caligînem intellige, ut supra.

730. Κεκρύφαται.] Ionicum perfect. pro κεκρυμμένοι εἰσί. Βυλῆσι.] Τῇ βυλῇ.

731. Εὐρώεντι.] Ῥυπαρῷ. Ἐρως mareor, putredo. Ἔχεται.] Pro, ἐπὶ τὰ ἔσχατα μέρη.

732. Τοῖς.] Pro τούτοις, nempe *Titanibus*. Οὐκ ἐξέσσυται.] Οὐκ ἐξιτήριον. Sic & *infernus* ab Æschylo dicitur, ἐκ οὗ ἐξόδου. Antipatri, ἄκαμπτος χώρος, item δύσοδος in Epigrammate Græcis. Πύλας ἐπέθηκε.] *Portas fore fores obdidit*. Sic Orpheus in hymnis:

Φθίγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις.

733. Χαλκείοις.] Pro χαλκοῖς poëticè. Περέχει.] Περιέχει. Ἀμφιδρύθεν.] Ἐξ ἀμφιδρύων μερῶν, hoc est, ἐκ μέσης τῆς πλευρᾶς, ut exponit Scholiastes.

735. Φύ-

735. Φύλακας πρὸ.] Sic tres illos nominat, quod Jovem adversus reliquam Titanorum turbam custodiissent.

736. Εὐθὰ δὴ γῆς.] Cœli, terræ, Tartari marisque principia & fines juxta Titanes collocat poëta, quem locum ita difficilem, & squallidum esse ait, ut Diis ipsis sit formidabilis. Quinimo tantam ejus voraginem & abyssum esse statuit, ut qui in vestibulo ejus seu intra portas constiterit, eoque iter facere contendat, toto anno opus habeat, antequam ad loci illius fundum pertingat. Ibidem & Noctis habitaculum esse tradit. Sic enim porrò ait. Δυοφιρῆς.] Σκοτεινῆς.

738. Ἔξεισι.] Ἔξῃς, per ectasin poëticam. Πηγαὶ.] Ἀρχαί. Ἔασιν.] Εἰσί.

739. Τά τε.] Καὶ ἅ. Στυγὸς.] Μισοῦς. Πιε.] Κεῖται.

740. Χάσματα μέγ'.] Hinc Plato similiter propè centrum terræ constituit Tartarum, in quem omnes aquæ laberentur, perpetua caligine obseptum, in Phædone. Aristophanes ei βόθρους πολλοὺς, καὶ σκότος ineſſe ait in Ranis. Hæc tam τερατώδη & horroris plena de Tartareis locis excogitarunt poëtæ, ut deterrerentur homines à flagitiis: quæ siquidem ita essent credita, pauci omnino scelerati reperirentur, pauci sicarii, & latrones: verum ut hodie nostri sæcli Libertinis, ita & olim ab Epicureis pro ludis sunt habita. Plato omnem ferè quem de inferis pœnisque inferorum habet sermonem, μῦθον appellat, id est, *fabulam*. Et Tullius in Cluentiana, *ineptias* vocat, quæ de impiorum suppliciis apud inferos memorant poëtæ. nec immerito, siquidem figmenta illa spectentur vatum de Plutone, & Proserpina orci præsidibus, Radamantho & Æaco judicibus, Charontis cymba, Elysio nemore, & variis cruciatuum generibus, qualiter ea describunt Homerus & Virgilius. Tamen distincta post hanc vitam fore piorum, & impiorum loca, tum pœnas & præmia, nunquam inficiati sunt viri sapientissimi. Χάσμα.] Διάστημα. Sic & Abrahamus diviti Epuloni, Luc. 36. cap. μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται. *Inter nos & vos hiatus ingens constitutus est.* Οὐδὲ κε.] Οὐδέ κ' ἂν τις. Τελεσφόρον.] Τέλειον, *Integrum, ad finem usque perductum.*

741. Οὐδας.] Ἔδαφος, πέδον. Πυλέων.] Ion. πυλῶν.

742. Ἔνθα καὶ ἔνθα.] Sic & Hebræi, *anáh veanáh*. Πρηθύελλαι ἠνίθαι.] Pro ἠνίθαι lege ἠνίθαι, vel ut H. Stephano placet, ἠνίθλῃ ὀρθαλίῃ, in dandi casu, ut designetur *tempestas, quam alia atque alia subsequitur.*

744. Τέρας.] Sic hiatum illum patentem vocat. Ἐρεμνῆς.] Id est, σκοτεινῆς.

745. Ἔστηκε.] *Stat.* Enallage temporis. Νεφέλῃς κυανέῃσι.] Νεφέλαις κυανέαις. κυανέος, proprie *color cæruleus*, qui multum habet nigroris. hinc pro nigro accipitur.

746. Τῶν αὖθ' Ἰαπετιῶ.] Locum describit Atlantis, quem stare ait poëta ante vel juxta Noctis domicilium, ibique cælum vertice & manibus suis sustinere. Hunc Iapeti filium appellat, de quo supra locuti sumus. Nam Atlas ille cum rex fuerit astrologiæ peritissimus, qui primus inter suos de sphæra disputavit, cælum humeris portare dicitur. Tradit insuper poëta Noctem & Diem, quibus etiam honor tributus est divinus, ibi se mutuo compelláre, id est, excipere, & alternis vicibus è cælo ferreum limen, hoc est, *terram sive aërem* circumire. Nox enim prior est die, & tenebræ luce. Nihil quippe nox aliud, quam umbra terræ propter absentiam luminis solaris. Cum igitur ab una parte sive mundi hemisphærio nox est, ab altera parte est dies, sive sol diei auctor. Hinc Noctem & Diem sibi alternis succedere ait, neque simul in eadem sede morari posse. Nam privatio, & id cujus est privatio, simul & eodem tempore esse non possunt, quod & Aristoteles docet in corporum omnium generatione. Quoties igitur Nox intrat ferreum limen, hoc est aërem sive terram, alter nempe Dies egreditur foras, quo figmento Noctis & Diei naturam ac vicissitudinem declarare voluit Hesiodus. Nec de nihilo est, quod poëta Atlantem propè Noctis sedem stare dicat, cum ad Occidentem sita sit Mauritania sive Lybia exterior, prope Oceanum, ubi regnavit Atlas, unde & Hesperi fratrem eum esse fabulati sunt poëtæ. Nox enim ab occasu sive vespera initium sumit. Unde Maro, Noctem ab Oceano consurgere ait in secundo Æneid.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox
Involvens umbra magna terramque polumque.

Τῶν αὖθι.] Προκειμένων, nempe οἰκίων. Παῖς.] Παῖς: Fuit Atlas Iapeti & Clymenes filius, ut supra dictum. Ἔχει.] Εἶχεν. Sic & Homerus de Atlante: Ἔχε δὲ κίονας αἰπεῖς. ἔχε positum pro, φέρε, βαστάζε.

747. Ἑστηώς.] Ion. ἑστεώς. Κεφαλῇ.] Virgilius: *Cælum qui vertice fulcit.* Ἀκαμάτῃσι χέρσιν.] Ἀκαμάτοις χεροῖν.

748. Ἀσπερφὲς.] Ἀκίνητος, ex α priv. & σπέρχω, *assiduè moveo.*

νεὸ. Ἀμφὶς ἰοῦσαι.] Περιστρεφόμεναι. Sic legendum, non ἀσσον ἰοῦσαι, quasi *celeriter euntes.*

749. Ἀλλήλας οὐποτέληται.] Id est, οὐπωποτελεῖται. Imperfectum pro præsenti. Ἀμειβόμεναι.] Ἀμείβομαι, *alternis subeo.* Μίαν ἰόντ.] Sic vocat aërem vel terram, ob amplitudinem utriusque & firmitatem. ἰόντ', φλιὰ, ἴδιον.

750. Καταβήσετ').] Καταβαίνω. futurum pro præsenti. Θύραζε.] *Foras.* ζε particula motum ad locum significat.

751. Ἔντὸς ἱείρῃ.] Ἔσωθεν αὐτῆς κατέχει. ἱείρω poëticum, pro εἴργω, *cohibeo.*

752. Δόμων ἔκτοθεν.] Ἔξωθεν δόμων. Anastrophe.

753. Γαῖαν ἑπιστρέφετ').] Quod de altero terræ hemisphærio intelligendum. Nam alioquin uterque & Dies & Nox terram circumeunt, sed non ab eadem cæli parte. Ἔντὸς ἰοῦσα.] *Intra domum*, id est, *hemisphærium suum existens.*

754. Μίμνει.] Περιτέλλεται'). Ὥρην.] *Horam sive tempus*, quo egrediendum, servatis cuique vicibus suis. Ἕως κεν.] Ἕως ἄν. Ἔλθῃ').] Ἔλθῃ.

755. Ἣ μὲν ἐπιχθονίοισι.] Dici & Noctis commoda sive usus recensetHesiodus. Diem Luci, Noctem somno præficit. Ut enim Dies terrestrium animalium laboribus: ita & nox quieti somnoque eorundem destinata est à Natura. Unde Nox in manibus gestare dicitur Somnum, quem poëta fratrem Mortis appellat, quod mortuis similes reddat homines. Gelidæ mortis imaginem scitè vocat ingeniosissimus poëta. Pro numine habitus, in quem hymnum scripsit Onomacritus, eundemque, ut vates noster, fratrem indigetat Lethes & Mortis. Lethes, quia per somnum omnium ærumnarum & malorum obliviscimur. λήθη enim *oblivio*: Mortis, quia morti similis est profundior somnus. Inter Deos eum collocat Ovidius 2. Metamorphos. cum tot beneficia in mortales conferat. Numinis hujusce domum & numerosam prolem eleganter descripsit Naso. Lucianus quoque civitatem ejus non minus artificiose delineavit lib. 2. verarum historiarum, quem locum adeat curiosus Lector. Noctem verò, ut antiquissimam Deam coluerunt veteres, quia antequam Sol & cælum fieret, nulla erat lux: quam ex Erebo & ab inferis venire finxerunt, cum terram semper circumeat: nam Sole inferiore cæli parte sub terra occultato, apud nos umbram esse terræ necesse est, hoc est, Noctem, quæ nihil aliud est, quam umbra terræ, propter ab-

ſentiam luminis ſolaris, ut ſuprà dictum. Η' μέρ.] Η'μέρα. Ε'πιχθονίοισι.] Hominibus cæteriſque animantibus in terra degentibus. Φάος πολυδερκὲς.] Lumen *multa vel multos intuens.* Sic Auroram ſupra vocavit.

756. Η' δὲ.] Νύξ. Μετὰ χερσὶ] Ε'ν χερσὶ Κασίγνητον.] Ἀδελφόν.

757. Ο'λοὴ.] Ο'λεθρία. Hinc & Noctem à *nocendo* dictam volunt nonnulli. quanquam potius fuerit è Græco νὺξ, & hoc ab Hebræo *nuach, quievit.* Nox enim quieti deſtinata. Η'γεμονῆι.] Σηληνῆ.

758. Ε'νθα δὲ Νυκτὸς.] Noctis progeniem deſcribit. Cum multi ſint Noctis filii, duos hic, ut præcipuos, & maximè genuinos recenſet poëta, Somnum & Mortem. Supra plures fuiſſe memorat, quaſi ſubventaneos, cum inquit:

Nox peperit ſatumque malum, Parcamque nigrantem,
Et Mortem & Somnum, diverſaque ſomnia: natos
Hos peperit nulli Dea Nox conjuncta marito.

Cicero item lib. 3. de natura Deorum, multò plures enumerat, eoſque Erebo parente ſatos aſſerit. Verba ejus hæc ſunt: *Quod ſi ita eſt, Cæli quoque parentes Dii habendi ſunt, Æther & Dies, eorumque fratres & ſorores, qui à genealogiis antiquis ſic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miſeria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Heſperides, Somnia: quos omnes Erebo & Nocte natos ferunt.* Poëta noſter è tanta liberorum turba Somnum & Mortem Noctis filios vocat per excellentiam, eundemque illis cum Nocte & Erebo locum aſſignat. Deos autem eſſe perhibet & quidem graves, quod Somnus omnia domat ad tempus: Mors in perpetuum: at Somnus mors brevior à poëtis appellatur. qui & gravis dici poteſt propter inſomnia, quæ ſomno accidunt, quæque dormientium mentes ſæpe territant. Alias rerum pæne omnium dulciſſimus eſt Somnus, & optimus & utiliſſimus, ſi moderatus exiſtat, cui omnia animalia, etiam Dii & homines ſubjiciuntur: unde non immeritò ab Orpheo dictus eſt ἄνακτ μακάρων πάντων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων. Et miſerrima eorum cenſetur condicio, qui cætera feliciſſimi, ſomno carent, & pervigilare coguntur, ut in Jove ſuo demonſtrat Homerus, qui cum omnes Deos dormientes induxerit Iliad. ξ. ſolum Jovem excipit vigilantem. quod cum durius putaret Juno, ingentibus donis ſollicitavit Somnum, ut Jovem conſopiret. At ille graviter iratus eum in mare præcipitavit, ubi periiſſet, niſi

Noctis

Noctis beneficio, ad quam confugerat, ſervatus fuiſſet. Eo docere voluerunt poëtæ, reges & imperatores, quorum curæ populi & rerum ſumma commiſſa eſt, non ſomno deditos eſſe debere. Mors verò, quæ Græcè θάνατος, peculiari quodam jure vocatur gravis, quod implacabilis ſit, nulliuſque prece, vel pretio flecti poſſit. Omnes enim promiſcuè domat letum, neque in vitam redire quenquam patitur. Priſci tamen Sapientes mortem miris laudibus extulerunt, ut ſolum portum, ſedemque tutiſſimam quietis. Flacco dicitur *rerum ultima linea*, quæ doloribus omnibus finem imponit. Uterque Noctis ſoboles dicitur & Mors, & Somnus, quod circa noctem præcipuè gignantur, vel noctem ſive caliginem inducant. De ſomno id manifeſtum eſt. Noctis enim humor ſtomachi vapores ad ſupremas partes corporis aſcendentes auget, qui poſtea facti frigore cerebri frigidiores, deſcendunt inferius, atque ita ſomnum gignunt. Pari ratione Mors quoque Noctem pro matre habet. Nam ut per vitam lucis uſura hominibus à Deo conceditur; ſic mors ejuſdem privatio eſt. Unde μακρὸς ὕπνος ab Orpheo vocatur, à Catullo *nox perpetua*. At Chriſtianis aſylon quoddam eſt mors, & quaſi trajectus in vitam æternam. Memoriæ prodit Pauſanias in Eliacis, apud Eleos in templo quodam fæminam expreſſam fuiſſe, quæ pueros ſopitos ſuſtineret, manu quidem dextra album; at ſiniſtra alterum nigrum, & hunc dormienti ſimilem: ambos diſtortis pedibus: quorum inſcriptiones indicabant, alterum eſſe ſomnum, alterum Mortem: at fæmina, quæ illos alebat, Nox erat.

759. Δειναὶ θεοί.] Βαρεῖς.

760. Φαίθων.] Λάμπων, à poëtico φαίθω, *luceo*. Nugantur, qui φαίθων exponunt φάος θέων, *lumen currens*. Ἐπιδήμιος.] Περιβλέπτης. Ἀκλινέσσιν.] Ἀκλίσιν.

761. Εἰσανιὼν.] Ἀνίσχων. Hinc Simocrates dicebat eum qui ſomno præter modum indulgeret, ὅτι ἀνίσχοντα περιβλέπτην τὸν ἥλιον, ὅτι δυόμενον, *neque orientem adſpicere ſolem, neque occidentem.*

762. Τῶν ἕτερος μέν.] Hæc cum ſuperioribus cohærent. Diſcrimen ponitur Somni & Mortis à diverſa utriuſque natura & effectis: hanc ferream & inexorabilem: illum contra placidum & jucundum mortalibus eſſe affirmat Ovidius lib. 2. Metamorphoſ.

Somne quies rerum, placidiſſime Somne Deorum,

Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Fessa ministeriis mulces, reparasque labores.

Cujus mira item elegantia poëticaque suavitate domũ describit idem vates. Et Musæi socius Onomacritus in hymnis Somnum vocat λυσιμέριμνον, hoc est, *à curis liberantem*, & ἀνάπαυσιν ἡδεῖαν, *blandam quietem*. Quam verò misera sit conditio eorum, qui rerum summæ præfecti sunt, supra ex Homero ostendimus. Verum uti Deus nullum vel laborem, vel incommodum patitur, ita nec somno indiget, quo vires recuperet. Hinc rectè Hesiodus non Jovis, aut Deorum facit mentionem, sed hominum duntaxat, quibus somno & alterna requie opus sit, ad refocillandas vires, ut & cæterorum animantium terrestrium & marinorum, quibus propterea somnus est suavis & acceptus: mors contra immitis & exosa, utpote corporum destructrix, quæ & caussa fuit, cur nulla morti sacrificia, nulla templa, nullos sacerdotes, aut sacrorum ritus statuerint priscæ gentes. Quanta autem Mortis sit durities, declarat poëta, cum cor ei tribuit ferreum, & pectus æneum, hoc est, durissimum, & erudelissimum, cujus vim nemo queat effugere, quamque propterea non hominibus duntaxat sed & Diis invisam esse ait, cum ejus imperio subjici nolint, & mors immortalitati sit contraria. Unde & Pallas meritò conqueritur apud Homerum Odyss. γ. ne Deos quidem immortales efficere posse, ut ab eo, quem carum habent, mortem abarceant, aut propulsare queant. Τῶν.] Pro τέκνων. Νῶτα θηλάσσης.] Periphrasticè τὸν θηλάσαντα.

763. Ἀνηρίφης.] Ἀναιρέφης. Μειλίχου.] Ad distinctionem mortis, quæ χάλκεος ὕπνος, & ἀμείλιχος dicitur poëtis.

764. Σίδηρον.] Σιδηρᾶ, quomodo metiendus versus.

765. Νηλεὲς.] Σκληρὸν, ἀνάλγητον. Nam ut Æschylus inquit: Μόνος θεῶν ὁ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ, *sola Deorum Mors muneribus non delectatur*, quem versum Aristophanes quoque citat in Ranis. Λαθέσθαι.] Pro λαθεῖν poëticè.

767. Ἔνθα θεῶν.] Plutonis & Proserpinæ sedem describit poëta, quam in interiore parte domicilii Noctis collocat, hoc est, sub infimis terræ recessibus. Unde & inferorum Deus olim creditus. Sed geminus fuit Pluto, unus Orientis, qui funerum, sepulturæ, & parentandi ritus invenit primus: cui & ea de caussa potestas attributa mortuorum: alter Græcanicus & ætate posterior, cui raptus tribuitur Proserpinæ. Fuit autem Proserpina Heroinæ cujusdam filia, quæ Atticum populum docuit

satio-

sationem frumenti, & ab Eusebio ad Josuæ tempora refertur. De quibus virum consule celeberrimum G. Vossium in pererudito opere Gentil. Idolat. cap. 19. libri primi. *Deus subterraneus* hic dicitur Pluto, quod interiorem terram ei consecravit antiquitas, quæ metallis mortuisque ditescit: cujus uxor Proserpina, semen est, vel ut Bacono placet, Spiritus ille æthereus, qui sub terra (per Plutonem repræsentata) clauditur & detinetur à superiore globo divulsus. quem vide in libello de Sapientia Veterum cap. 29. Utriusque Numinis habitationem nobis hic exhibet poëta, de quorum natalibus & affabulatione supra pluribus disceptatum est; ad quæ Lectorem remittimus. Ἔνθα.] In domicilio Noctis. Θεᾶς χθονίης.] Θεᾶς pro θεῶν dixit. Sophocles quoque θεὸς χθόνιος vocat. *Deos inferos*: cui & Pluto dictus ὁ κάτω θεὸς, in Ajace. Πρόθυρον.] Ἐν τῷ προθύρῳ μέρει. Δόμοι ἠχήεντες.] *Ædes sonoræ*, id est, *magnæ*; vel *sonoræ*, propter verbera & ejulatus miserorum.

768. Γ'φθίμενοι.] Γ'χυρᾷ. Ἀΐδαο.] Pro Ἄδου. Ἐπαινῆς.] Δεινῆς, ἐπιφόβου. Περσεφονείης.] Περσεφόνης, per ectasin poëticam. Sic dicta est Proserpina, ὅτι πάντα πέρθει τῷ φόνῳ, *quod omnia vastet cæde.*

769. Ἑστᾶσιν.] Pro ἱστᾶσιν, ab Ionico ἵστημι, pro ἵστημι. Δεινὸς ὑπὸ κύων.] Cerberi inferorum canis naturam & effecta describit, quem pro foribus Plutonis & Proserpinæ recumbere ait, eoque ingenio esse præditum, ut omnibus ingressuris humanissimè blandiatur: at neminem patiatur exire, sed omnes egressuros altissimis & maximè horrendis latratibus deterreat. De cujus generatione & historica expositione supra locuti sumus. At Cerberi nomine φυσικῶς significatur terra, vel sepulcrum, quod defunctorum corpora canis instar devorat. Pausanias serpentem fuisse tradit terrum & immanem, qui cum in spelunca recumberet prope Tænarum, & quos momordisset, continuo vis veneni interimeret, creditus est canis inferorum, ibique fauces Orci esse poëtarum celebravit auctoritas. Dicitur ingredientibus blandiri: contra exeuntes terrere, quod terra mortuorum cadavera in se quidem recipiat: non vero in vitam redire quenquam permittat, sed clausos omnes absconditosque retineat. Moraliter vero repræsentatur avaritiæ vitium deforme. Nam avaritiæ proprium est blandiri divitiis advenientibus: at ubi in usus necessarios impendendæ sunt, tum reclamat avarus; irascitur, omnique conatu retinere eas cupit.

Δεινὸς κύων.] Cerberus. Sophocli dicitur *ἀκοίτης πέπλων.* in Trachiniis. Πρηπάρθιε.] Πρὸ πυλῶν. Virgilius: *adverso recubans immanis in antro.*

770. Νηλειὴς.] Pro νηλεὴς, poëtica epenthesi ι jota. Τέχνῃσι ἢ κακοῖσι.] Sic vocat Cerberi blanditias. Τέχνη, *dolus, impostura.* Ἐς μὲ ἰόντας.] Pro ἰσιόντας μέ.

771. Σαίνει.] Κολακεύει. Propriè de canibus usurpatur caudæ agitatione blandientibus. Sic Homerus Odyss. 17. de cane Ulyssis: Οὐρῇ μὲν ῥ' ὅγε σῆμα τέτυκτο, καὶ οὐκέτι κέκευθε μέμφω. Οὔατα.] Pro ὦτα.

772. Ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ.] Sic Darius apud Æschylum in Persis:

Οἰκτροῖς κελεύεις μ', ἐσὶ δ' οὐκ εὐέξοδον.
Ἄλλως τε πάντως χ' οἱ κατὼ χθονὸς θεοὶ
Λαβεῖν ἀμείνους εἰσιν, ἢ μεθιέναι.
Miserè vocatis me: non licet verò exire,
Sed ex adverso omnino subterranei Dii
Ad accipiendum, quam ad emittendum meliores sunt.

Αὖτις πάλιν.] Pleonasmus. Δοκεῖων.] *Insidiosè observans.*

773. Οὐ κε λάθοιτο.] Pro οὔκουν ἂν λάθοι. Πυλέων.] Ion. pro πυλῶν. Ἔκπροθεν.] Ἔκτοθι. Anastrophe præpositionis.

774. Γ'φθίμενοι Ἄϊδος.] Supra idem versus occurrit.

775. Ἐνθάδε ναιετάει.] Jam Stygis fabulam persequitur Hesiodus supra inchoatam, quam Oceani filiam natu maximam vocat. Alii Acherontis, nonnulli Terræ filiam esse crediderunt, diversis quidem de caussis, sed veris & ex ipsa Naturæ penu depromptis, quod in poëticis fabulationibus absurdum non est. Filia appellatur Occani, quod fontes & fluvii omnes è mari originem trahunt. Acherontis, quod ab inferis manare creditur palus Stygia ob profunditatem ejus & aquæ frigiditatem, quæ enecat bibentes. At qui ex aëre in locis cavis sub terra concreto, & in aquam verso, dulcium aquarum vim oriri putarunt, illi Terræ filiam Stygem, ut & cætera flumina dixere. Domicilium Stygis statuit vates noster juxta Somni & Mortis hospitium in ædibus Noctis seorsim ab aliis Diis, cujus firmitatem & præstantiam ob oculos ponit, cum ingentibus saxis supernè tectum, & argenteis columnis undequaque ad cælum usque suffultum esse ait. Inclytas vocat ædes, propter fontis illius sive fluvii celebritatem. Rupibus ingentibus coopertæ dicuntur, quod sub altis & præruptis saxis lateant hæ aquæ, qua-

quarum in ſublime jaculationes præcelſarum columnarum imaginem præ ſe ferunt. Argenteas nominat ob liquoris limpiditatem & candorem, qui & miſturam hydrargyri ſive argenti vivi habere traduntur, eoque letalem eſſe. Hinc Dea horrenda & abominanda dicitur Styx à poëtis. Duplex autem de Stygis ſitu veterum fuit opinio. prior eſt eorum qui produnt hanc aquam è prærupta, ut dixi, rupe ad Nonacrim in præcelſum ſaxum guttatim cadere, ac inde in fluvium Crathin delabi, cujus aquæ potu venenato Alexander ab Antipatri filio Caſſandro interemptus perhibetur, ut refert Plinius lib. 2. cap. 103. Alii, in quibus etiam eſt Homerus, Stygem non procul à Lucrino portu, Avernoque lacu in ſinu Bajano eſſe putarunt, quod illa Campaniæ pars tot calidos habeat fontes, & priſcis temporibus graviſſimi odoris. Ita ſentit alter ſeculi noſtri Varro G. Voſſius. At Natalis id fraudi ſacerdotum imputat, qui ut fructibus amæniſſimi loci potirentur, illum inferis conſecratum dicebant, nullique niſi placatis per ſolennia ſacrificia manibus ritè adeundum. Tanta autem Stygis apud Superos veneratio fuit, ut nefas ducerent quicquam, quæ Styge teſte juraſſent, quovis modo violare. Virgilius 6. Æneid.

Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamque paludem,
Dii cujus jurare timent & fallere numen.

Quæ vero pœna Diis pejerantibus fuerit propoſita à Jove, ut ſupra, ſic & in ſequentibus deſcribit poëta. Ἐνθαῦτ.] Prope ædes Somni & Mortis. Ναιετάᾳ.] Οἰκεῖ. Στυγερὴ θεός.] Στυγερὰ θεά.

776. Δεινή.] Φοβερά, nempe Diis pejerantibus. Ἀψορρόου.] Maris epitheton ob fluxum & refluxum ejus, quæ reciprocatio ad motum Lunæ refertur à philoſophis.

777. Πρεσβυτάτη.] Sic dicitur ob antiquitatem. Νόσφιν.] Δίχα.

778. Μακρῆισι πόντοιο.] Ion. μακρῇσι πόντου. Καλυψαμένη.] Ἐπισκιαζομένη.

779. Κίοισιν.] Στύλοις. Ἐστήρικται.] *Conſtitutæ*, vel *firmatæ ſunt*. στηρίζω, *firmo*.

780. Παῦρα δέ.] De Iride ſuo more philoſophatur Heſiodus, quam raro apparere ſeu verſari ait ſuper mare, nec niſi cum contentio quædam ſuborta fuerit inter Deos. Per Deos autem elementa intelligit Scholiaſtes. Cum enim conturbatio quædam ſive diſcordia naſcitur inter elementa, tunc inter meteora

teora apparet Iris. Vocatur Iris filia Thaumantis, hoc eſt, *admirationis*, tum propter admirabilem ejus figuram, arcus ſimilitudinem in cælo repræſentantis: tum etiam propter varios colores & officia, de quibus ſupra locuti ſumus. At Thaumas Ponti filius à poëtis fingitur, quia Iris ex aqua & ſerenitate per refractionem radiorum ſolarium naſcitur, ut docet Ariſtoteles in tertio Meteorol. Nuncia Deorum, ac inprimis Junonis appellatur, quia Juno aër eſt. At Iris ſive arcus cæleſtis aëris ſtatum prænunciat. Unde & ei nomen. De cujus ſingulari in Deos pejerantes officio, nunc agit poëta noſter. Ex quo loco appareret, phyſicæ eſſe conſiderationis ea, quæ de Styge hic memorat poëta, quatenus aqua ſua & guttis in ſublime attractis Iridem efficit, nubes, grandinem & ſimilia, de quibus videſis Scholiaſten Græcum. Παῦρα] Πανυχίως, id eſt, ὀλιγοχρόνιος. Ὠκέα.] Pro ὠκεῖα per ſyſtolen.

781. Ἀγγελίη.] Malim ἀγγελίης, ſubaudita voce χάριν: vel ut aliis viſum, ἀγγελίης in dativo plurali. Nam ἀγγελίη, pro *re nunciata*, non ipſa *nuncia*, quod ſciam, accipitur. Πωλεῖται.] Ἀναστρέφεται.

782. Ὄρνυται.] Id eſt, χέονται, ab ὄρω, *concito*. Vnde & Latinum, *orior*.

783. Καί ῥ' ὅσις.] Diximus ſupra ex poëtarum fabulatione Jovem, cum in pugna adverſus Gigantes propitiam ſibi ſenſiſſet Victoriam Stygis filiam, hanc matri habuiſſe gratiam, ut per eam Dii omnes jurarent, & pœnam propoſuiſſe graviſſimam iis, qui pejeraſſent, quam infra latius deducit auctor. Declarat jam poëta, qui ritus in Deorum juramentis ſuſcipiendis obſervaretur, refertque Irim à Jove mitti ſolitam, quæ poculum aqua Stygia plenum Diis afferret, per quam jurarent. Qui vero perjeraſſent, illi tanquam læſæ Majeſtatis Stygiæ rei veterno repente corripiebantur, lectiſque ſuis affixi jacebant ἄγκυροι ἠῦ ἄπυστοι, donec præfinitum à Jove tempus expleviſſent, & ad ſanam mentem reverſi debitam pœnitentiam egiſſent. Cum vero Iris à Jove mitti dicitur, eo ſignificatur phyſicè terræ mariſque principia & fines in Tartaro eſſe, quo dimittitur Iris, magni Jovis voluntatem, hoc eſt, aëris ſtatum nunciatura. Gutturnium illi tribuitur aureum, vel ob aureum Iridis colorem, inquit Scholiaſtes; vel quod pretioſa & venerabilis eſſet aqua Stygia ob ea, quæ per illam fiebant, juramenta. cujus aquæ latentes tubulos & ductus indicat, cum ex Oceano

no ſub terra ſenſim ad petras aſcendere eam tradit, unde tandem apparere ac profluere incipit. Moralem hujus fabulæ doctrinam infra dabimus. Φόδητον.] Φοδοῦς ὑμόσῃ.

784. Ζεὺς δέ τε Ἶριν ἔπεμψε.] Licet propriè Junonis nuncia ſit Iris, ut Mercurius Jovis, tamen & Jovis & aliorum Deorum ſervitio nonnunquam vacat. Μέγαν ὅρκον.] Sic *aquam Stygiam* vocat metonymicè, quod ſanctiſſimum eſſet, nulloque modo violandum juramentum, quod per Stygis majeſtatem fieret. Homerus, item μέγιστον καὶ δεινότατον vocat Odyſſ. lib. 5. Ἐνεῖκαι.] Ion. ἐνείκαι.

785. Τηλόθεν.] Πόρρωθεν. Πρόχοον.] Πρόχους vel ἀρύταινα, propriè, vas eſt aquarium, quo profunditur aqua tum manibus, dum lavantur, tum poculis, dum vinum temperatur. Ἀγήσιον ὑδροφόρον exponit Pollux, χαρνίδα Heſychius. Πολυώνυμον.] Id eſt, τίμιον, ἢ ἔνδοξον, quaſi ὑπὸ πολλῶν ὀνομαζόμενον.

786. Ψυχρόν.] Tantum aquæ Stygiæ frigus eſſe perhibetur, ut nullo neque aureo, neque argenteo vaſe, neque æneo, aut ferreo contineri poſſit, neque ulla alia re, quam ungula mulina. Unde & ab inferis prodire credita. Καταλείβεται.] Καταστάζει. Hinc Στὺξ quaſi στὶξ, à στίζω, *ſtillo*. Ἠλιβάτου.] Ὑψηλῆς. Petra enim præcelſa eſt, ex qua profluit Styx, teſte Pauſania.

788. Διὰ νύκτα μέλαιναν.] Λαμπράν, καὶ ἀφεγγῆ: vel *noctu*, ob Lunam, quæ radiis ſuis attrahit humidos ejuſmodi vapores.

789. Ὠκεανοῖο κλυτὸς ὅρκος.] Stygem vocat, *prominentiam* ſive *flexum maris*: alii *brachium* ſeu *ramum* interpretantur. Δεινὴν δ' ἐπὶ.] Stygis ſitum & amplitudinem porro deſcribit. Ejus aqua, inquit poëta, decima eſt pars aquarum Oceani: reliqua novem continet partes, quæ circa terræ mariſque latitudinem extant: unica vero Oceani pars eſt, quæ ſupra terram apparet, & ex alta rupe defluit. Eo phyſicè ſignificat poëta, multo copioſiores è terra & mari provenire exhalationes, quam è petris & fontibus, λέγει τὰ ἐφ' ὑγρῶν τῶν θαλάσσας, καὶ τὰς πολλὰς πηγάς, inquit Iſaacius. Hinc ſi comparatio inſtituatur, novies major è mari redditur vaporum copia, quàm è fontibus & petris ſupra terram profluentibus, quæ vix unius partis vicem præſtat, & exigua eſt. Sunt qui ad Iridis figuram hæc poëtæ verba transferunt, quæ ſi viſum noſtrum ſpectes, judice Heſiodo major fiet ſemicirculo. Nam verbi gratia, ſi quis circulum dividat in decem partes æquales, novem partes erunt ſupra

pra

pra terram : una duntaxat ſub terram : ſed tunc verba illa, ὑπὸ πίτνης, exponunt, ὑπὸ πίτναν, quæ an cum vocis ſignificatione & mente poëtæ ſatis conveniant, alii viderint. Ariſtoteles, ſanè cui major hac in parte habenda fides, in 3. Meteorol. docet, Iridis figuram non eſſe majorem ſemicirculo, ſed vel ſemicirculum explere, vel minorem eſſe ſemicirculo. Δικόπη μοῖρα.] Δίκηθεν μέρος. Ἐπί] Pro ἐπιδίδωσιν, Tmeſis.

790. Ἐννέα.] Scil. μοῖραις.

791. Δίνης ἀργυρέης.] Ion. δίνεος ἀργυρέος, *ob aquam argenti inſtar nitentem & limpidam.* Δίναι ſunt, *aquarum vortices.* Εἰλυσμένον.] Legi etiam poſſit εἰλισμένον, ut referatur ad præcedens ὕδωρ, quomodo & legiſſe videtur Scholiaſtes, ubi quoque ſcriptum invenitur εἰλισμένον, cum ſpiritu aſpero. Dicitur enim εἰλίσσω vel εἰλίττω, *implico, obvolvo.*

792. Μεγα πῆμα θεοῖσιν.] Tolle mendum in Scholiis Græcis, ubi legitur θνητοῖσι.

793. Ὅς κεν ψεύ.] Deſcribitur pœna Deorum pejerantium, ſimulque proponit auctor, quanta in veneratione Stygem habuerit Jupiter. Onomacritus, qui vulgo Orpheus putatur, Deos falſo jurantes novem millibus annorum in Tartaro puniri tradidit. Tantum temporis ſpatium pœnitentialis à Jove conſtitutum ait, ut eo oſtenderetur, quam turpe & inviſum ſuperis ſit perjurii crimen, quod non niſi longiſſimo graviſſimoque ſupplicio in Diis ipſis vindicandum cenſuerit Jupiter; utque ſimul pœnæ gravitate deterriti mortales à perjuriis ſibi caverent, bonæque Fidei litarent. Hinc Ageſilaus Spartanorum rex, ut flagitii illius immanitatem deſignaret, laudare ſolebat Barbaros, ut refert Ælianus, ſiquando jurisjurandi religionem violarent, quod nulla re magis Deos ſibi infeſtos redderent hoſtes, quam ſacroſanctum jusjurandum temere profanantes. Et impia vox eſt illa Lyſandri, *ut pueros teſſeris: ita viros juramentis oportere decipi.* Sunt qui fabulam hanc de fœderibus & Principum pactis ingenioſe fictam interpretantur, quæ quacunque ſolennitate & religione juramenti munita concipiantur, parum firmæ eſſe comperiuntur, niſi Neceſſitate (magno potentibus Numine) velut vero & proprio fidei firmamento ſancita fuerint. Hæc autem Neceſſitas eſt periculum Status ſive Communicatio utilitatis per Stygem ſcitè repræſentata, flumen fatale & irremeabile. Hinc Iphicrates Athenienſis, cum fœdus iniret cum Lacedæmoniis, eoſque varias

cautiones & ſanctiones, & fidei firmamenta & vincula excogitare ac proponere animadverteret, ſic interfatus dicitur: *Vnum, Lacedæmonii, nobis vobiſcum vinculum, & ſecuritatis ratio eſſe poſſit, ſi planè demonſtretis, vos ea nobis conceſſiſſe, & inter manus poſuiſſe, ut vobis facultas lædendi nos, ſi maximè velletis, minimè ſuppetere poſſit.* Itaque, ſi facultas lædendi ſublata ſit, aut ſi ex fœdere rupto periculum ingruat perditionis, aut diminutio ſtatus, aut vectigalium, tum demum fœdera & ſancta & tanquam juramento Stygis confirmata cenſeri poſſint: cum metus ſubſit interdicti illius & ſuſpenſionis à conviviis Deorum: ſub quo nomine Imperii jura & prærogativæ, & affluentia & felicitas antiquis ſignificantur. Hæc Verulamius in citato ſæpius à me libello cap. 5. Ὅς κεν.] Ὅστις ἄν. Ταύτῃ.] Stygem, hoc eſt, per Stygem. Ἐπίορκον.] Φλυάρους. Ἀπολείψας.] Variè hoc exponitur. Sed omnino cum Græco Scholiaſte referendum, ad λοιβαλείβω, ut ſit, ὁ σπονδὰς ποιησάμενος, quaſi dicas, *quiſquis libatione facta*, id eſt, *inito fœdere pejeraverit.* Latinus interpres vertit, *libans*, pro quo in omnibus ferè codicibus mendoſe excuſum, *libens.* Ἑκουσίως.] Ἑκουσίᾳ.

794. Κάρη.] Κεφαλαί.

795. Νύκτος.] Ἀνάπτυξις, ex νὴ particula privante, & πνοὴ, *vapor, ſpiritus.*

796. Ἀμβροσίης καὶ νέκταρος.] Hiſce ſymbolis ἀθανασίαν deſignant poetæ. Ἄρσεν.] Ἐγγύτερον.

797. Βρώσει.] Ad utrumque refert Heſiodus, & Ambroſiam, & Nectar. Ἄνασσ'.] Ἄφαν.

798. Στρωθῆς.] Ab anormi στρόω, pro στρώννυμι, *ſterno.* Ἐπὶ κώμῳ Καλύπτῃ.] Pro ἐπικαλύπτῃ, hoc eſt, κρύπτῃ αὐτόν. κῶμος, *veternus, marcor*, quaſi κοίμημος, ut ſit ſomnolenta quædam affectio, ſive inexpugnabilis prope dormiendi neceſſitas. Duplex ſtatuitur à medicis, *ſomnolentum* & *inſomne*: hoc phreneticis, alterum lethargicis proprium. De quo poſteriori hic ſermo.

799. Αὐτὰρ ἐπεὶ.] Hæc à ſuperioribus dependent. Temporis παράτασιν indicat poëta, quam dicit eſſe novem annos, quo videlicet ſpatio in lectis decumbebant οἱ ἐπουρανίδαι, à reliquorum cœlitum conſortio, & dapibus ſegregati. Tandem vero, ubi morbo, tam gravi & diutino eſſent defuncti, ad concilium rurſus Deorum & ſolitas dapes adhibebantur, decimo nimirum anno. Hinc nullam juramenti formulam, aliam inter ſe

ratam

ratam & inviolabilem esse voluerunt Dii, quam quæ ficret per Stygium flumen ob perennem ejus & antiquitate venerabilem aquam multis spiris atria Ditis ambientem, ut eo discerent Dii hominesque, συγᾶν, hoc est, odisse perjuros, inquit Scholiastes. Deinde ostendit etiam Hesiodus φιλάνθρωπον esse Numen & gratiosum erga delinquentes, non in perpetuum irasci, sed verè pœnitentes, & ad saniorem mentem conversos in gratiam recipere. Quod & exemplo Orestis probat Scholiorum auctor, qui cum ob trucidatam à se matrem furiis agitaretur per complures annos, tandem à morbo liberatus est, cum ad aram Dianæ Tauricæ à Pylade perductus commissum facinus debitis victimis expiasset. Αὐτὰρ ἐπεὶ.] Ἀλλ' ἐπειδή. Νῆσον.] Soporiferum illud σύμπλοκα, de quo supra. Μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.] *Magnum*, id est, *integrum per annum*. Τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν, ut paulo ante dixit. *magnus* item *annus* vocatur Ægyptiis, qui lustro constat Juliano, de quo Josephus Scaliger in arduo opere de temporum emendatione lib. 2.

800. Ἄλλον δ' ἐξ ἄλλου.] Docet perjuros non uno malo premi, sed alio atque alio superveniente torqueri. Πόνοι πόνων ἐκγενοι, κὴ κακὸν ἕλκεται ἐκ κακοῦ ἀεὶ, ut fatur Pindarus. Ἄτλον.] Ταλαιπωρίαν.

801. Ἐννέπεις.] Ἐνία πάντ' ἴσα, ut loquitur infra. Μακρηγορίαν indicat. ὃ, ἀντὶ τοῦ τί positum. Ἀπομείρῃ.] Id est, ἀποχωρίζεται.

802. Ἐπιορκήσῃ.] Εἰσέρχῃ. Οὐδὲ ἐπὶ θεῖτας.] Id est, ἀκριτάκις τυγχάνῃ τροφῆς, κὴ ποτοῦ, ut exponit Scholiastes.

803. Δεκάτῳ.] Scil. ἔτει.

804. Εἰρέας.] Pro ἐπὶ εἰρέας. Præpositio ex antecedentibus repetenda. εἰρέα, *concio*, *cœtus*, ab ἄειρω, *necto*, vel *dico*.

805. Τοῖον ἄρ' ὅρκον.] Epiphonema. Ἄφθιτον.] Sic alibi: Στὺξ ἄφθιτος ὕδωρ.

806. Ὠγύγεω.] Παλαιοῦ. Ab Ogyge, ut volunt antiquissimo Athenienssium rege. Hinc quicquid antiquum, *Ogygium* dixere Veteres. Vide Eratinum in *Ogygia mala*. Τό.] Τοῦτο, scil. ὕδωρ. Ἵησι.] Προΐεται, καταφορεῖ. Καταυφέλῳ.] Καταξήρῳ. σύφελος, *durus*, *asper*, ἀπὸ τοῦ σύφω, *astringo*.

807. Ἔνθα ὑπὸ γῆς.] Hosce versus etiam supra habuimus, ut ulteriori luce non indigeant. Docet enim poëta, sub terram circa Stygis aquam principia & fines esse omnium elementorum, simulque cæli & Tartari, quæ loca cum obscura sint, squal-

ſquallida & horroris plena, Diis exoſa dicuntur; quorum habitacula in excelſo ſunt, lucis & gaudiorum plenitudine referta. Nec ratione caret, quod affirmat poëta, radices elementorum eſſe circa Stygiam paludem. Cum enim elementa ſint σφαιροειδῆ, ſive circularis figuræ, neceſſario ſequitur, unius extremitatem eſſe principium alterius. Ita, verbi gratia, ab extremitate terræ principium ſui capit aqua, poſt aquam aër, & ſic deinceps. Principium quippe & finis cujuſque rei, eſt punctum illud, à quo ducitur circulus. Id vero ſub terra eſſe ait Heſiodus, nobiſque inconſpicuum & ignotum. Per Deos autem Scholiaſtes intelligit aſtra, quæ cum per cælum currant & moveantur, θεοὶ appellantur. Loca vero ſubterranea deteſtari dicuntur aſtra, quod per ſe lucida ſint, & pura. Lux autem tenebris contraria, & puritas immunditiei.

811. Ἐνθάδε μαρμαρέῃ.] Deſcribit locum infra terram juxta Stygium flumen, quem marmoreis portis & æreo limine munitum, inconcuſſumque eſſe perhibet. Quicquid enim firmum, & immotum eſt, nulliſque humanis viribus expugnari poteſt, id marmori & æri comparant poëtæ. Eſt igitur ſecundum vatem noſtrum, abſtruſiſſimus & munitiſſimus ille receſſus, in quem relegati degunt Titanes. Nam extimæ ejus radices ſive fines ita connexi ſunt inter ſe & compacti, ut nulla ratione à ſtatu ſuo, hoc eſt, centro dimoveri poſſit. Per Titanes phyſicè deſignantur venti, trabes, foveæ, fulmina, tonitrua, & id genus alia, quorum materies in abditiſſimis terræ latebris abſconditur, exhalationibus inde circa aërem erumpentibus, ex quibus corpora ejuſmodi generantur, quæ cum cæli regionem contriſtent & perturbent, rurſus à Jove rerum omnium conditore & ſerenatore ex alto detruduntur. Ea de cauſſa habitare dicuntur Titanes extra limen cæli, & Deos omnes, hoc eſt, longiſſimè ſemoti à cæleſtibus corporibus, imo ultra ipſum Chaos caliginoſum. Sic aërem vocat, vel ut aliis videtur, ipſum terræ barathrum. De quibus ſic vatum princeps in ſexto Æneidos:

Hic genus antiquum terræ, Titania proles,
Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo.

Μαρμάρεαι.] *Marmoreæ*, vel *ſplendidæ*. quanquam hic non tam ſplendoris quam firmitatis habeatur ratio. Χάλκεοι οὐδοί.] Legitur & λαϊνοὶ οὐδοί, *lapideum limen*.

812. Ἀστεμφής.] Ἀχίνητος. Ῥίζησι.] Ῥίζαις. Διηνεκέσσι.]

Ionicè ὀλωικίσι. Ἀμφοῖν.] Ἡμφοτέρῳ, in passiva notione.

813. Αὐτοφυὴς.] Ἀχειροποίητος, *sponte natus*, non arte confectus. Πεφάθεν.] Πεφ. Ἔκτοθεν.] Χωρὶς θεῶν.

814. Κέκ ζοφερῆο.] Κέκευς ζοφερῦ, ἤγουν, σκοτεινῦ.

815. Αὐτὰρ ἐερσιμορφήσιο.] Cotti & Gygis indicat sedes poëta, quas in imis Oceani fundamentis collocat. At Briareum Neptunus generum sibi adscivit, uxoremque ei dedit Cymopoliam filiam suam, quod strenuus esset, fiduque custos fuisset Jovis. Hinc separatas à reliquo Titanum grege domos habitare dicitur. Ventorum natura, ut diximus, sub fabulis istis explicatur. In imis Oceani fundamentis commorari finguntur duo illi Titanes, quod ex mari ἀναθυμιάσεων copia producitur, ventorum materies. At Cotti & Gygis nomine, non quivis intelliguntur venti, sed serenitatem aëri inducentes, qui Jovis auxiliarii ideo dicti, quod adventu suo procellas, fulgura, & tonitrua repellant, aëremque reddant serenum ac defæcatum. Sic enim de iis supra vates:

Ἔνθα Γύγης Κόττός τε, καὶ ὁ Βριάρεως μεγάθυμος
Ναίουσιν φύλακες πιστοὶ Διὸς αἰγιόχοιο.
Hic Cottusque Gygesque colunt, simul & Briareius,
Custodes Iovis æterni, quæ pectora fida.

Briareum subjungit poëta, quem bonum similiter vocat, generumque fingit Neptuni, non sine physica ratione. Neptunus enim mare est: maris autem fluctus à ventis attolluntur, præsertim vehementioribus. Talis est Briareus, qui cum mari incumbit, fluctus in altum erigit, quasique cum mari coire videtur. Hinc Cymopoliam Neptuni filiam sibi uxorem duxit, quo nihil significatur aliud, quam ἡ κυμάτων κίνησις, id est, *fluctuum commotio*, quæ major minorve esse solet, à ventis scilicet agitata. Docet item figmentum, quanta sit supremi Numinis in conservando hoc universo cura ac providentia, quum ex imis Oceani terræque latebris producit ventos, tam validos sæpe & horrendos, ut cælo maria commisceri videantur, qui tamen mortalium commodo nati, non modo aërem repurgant à noxiis exhalationibus, sed & pecora plantasque afflatu suo fovent, mutuisque gentium commerciis agitandis utiliter inserviunt. Ἐερσιμορφήσιο.] Ion. ἐερσιμορφύσι, quasi λίαν σμαραγῦντος, id est, βεβρυθῦντος. Κλειτοί.] Ἐνδοξοι, κλυτοί. Ἐπίκουροι.] Ξύμμαχοι, βοηθοί.

816. Ναιετάουσι.] Οἰκοῦσι. Θεμείλιοις.] Θεμελίοις.

817. Ἠνώ.]

817. Ἠϊῶ.] Ἀϊαθῶ, ἰοθλεῦ.

818. Γαμβεγὸν.] Quasi γαμηεγὸν, epenthesi Ϝ. β. à γαμέω, uxorem duco. Ἐὸν.] Ἴδιον. Βαρύκλυτε Θ'.] Ὁ βαρέως κλυπῶν, ἤτοι; κινῶν τὴν γῆν. Ἐννοσίγαι Θ'.] Ποσειδῶν.

819. Κυμοπόλεια.] Nympham, ὡς ἐπὶ τὸ ἐν τοῖς κύμασι πολεῦσαν, quod in fluctibus versetur. Ὀπυίειν.] De legitimis nuptiis honestè usurpatur. Unde ἡ ὀπυιομένη, pro uxore, apud Homer. Iliad. 9.

820. Αὐτὰρ ἐπεί.] Typhæi γένεσιν describit Hesiodus, quem Terræ Tartarique filium esse ait. Fabulantur poëtæ fuisse è Gigantibus unum, qui collecta magna exulum & invidorum manu Jovem de regno dejicere conatus est, quare ob potentiam illi tantum corpus, totque capita & manus tribuuntur; de quo etiam Ovidius 5. Metamorph. Sunt qui historicè Typhonem fuisse ajunt regem Ægypti, ferum & inhumanum, à quo pæne tota Ægyptus fuerit devastata & eversa, quem, ut Herodotus ait, Osiris de medio sustulit. Bacon fabulam hanc confictam esse putat de varia regum fortuna, & rebellionibus, quæ in Monarchiis quandoque evenire solent. Centum capita Typhonis interpretatur divisas Procerum potestates, ora flammantia illi sunt incendia, anguium cingula pestilentiæ, præsertim in obsidionibus: & sic de cæteris. Quæ rebelliones subinde tam validæ sunt, ut reges cogantur relictis regni sedibus in remotam aliquam & obscuram provinciam ditionis suæ se recipere, nervis & pecuniarum, & Majestatis accisis: qui tamen non ita multo post fortunam prudenter tolerantes virtute & industria Mercurii, hoc est, sermonibus benignis & reconciliatis subditorum animis, in pristinum restituuntur, novumque auctoritatis vigorem sibi comparant. Quod cum accidit, rebellibus jam trepidantibus & ruere incipientibus, tutum & tempestivum est regibus, copiis & universa mole regni, velut injecto Ætnæ monte, Typhonem illum opprimere. Scholiastes tamen & Physiologi omnes ad Naturam referre malunt, Typhonemque nihil aliud esse docent, quam πνεῦμα παχύτερον ἐν νέφεσιν ἐπισχεθόμενον, τῇ κύκλῳ κινήσει φέρον καὶ ἀναφέρον, ἐξ ἂν σεισμοὶ, βιαζόμενον. Plinio quoque *vertex* & *vibratus Ecnephias* dicitur, ita ut inter vorticem seu turbinem venti, & Typhonem non grande sit discrimen. Eodem & vocabulo significatur πρηστὴς, qui typhon est incensus & coloratus, meteorum terribile & rarum. Natus autem dicitur Typhæus è Terra, quod ex terre-

ſtribus exhalationibus, & Tartaro, id eſt, imis Tartari locis ſeu paludibus ad hoc multum conferentibus naſcitur & roboratur. Cum vero ob cavernoſa loca venti & ignes paſſim cernantur ſubterranei, præſertim in Sicilia & vicinis regionibus, hinc fabulati ſunt Gigantem illum ſub Ætnam fuiſſe à Jove fulminante dejectum. Nam ardentes halitus, quando nimium denſantur ac ſine exitu volvuntur, ſua vi ſpiritum intendunt: ſpiritu autem luctante & quærente exitum terra concutitur. unde naſcitur immanis ille Typhæus, qui utramque paginam facit in ſcriptis poëtarum, & velut Davus quidam eſt in rerum natura, cujus portentoſam magnitudinem & horribilia membra in ſequentibus deſcribit Heſiodus. *Ἐξίλασε.*] *Ἐξήλασε*, neglecto augmento.

821. *Τυφωέα.*] A recto *Τυφωεύς*, de quo alibi. *Γαῖαν πελώρην.*] Unde *magna Mater* dicta Romanis. vide ſupra.

822. *Ταρτάρου.*] Tartarus proprie locus inferorum: hic Deus loci præſes. *Χρυσῷ Ἀφροδίτῃ.*] Notat Scaliger ad Theocr. Idyll. 15. *Aurean* Latinis dici Venerem, quæ *χρυσοπίζουσα* Siculo poëtæ, hoc eſt, *καλὴ, ἢ χρυσοδὸης.*

823. *Οὐ χεῖρες μὲν.*] Perſiſtit in deſcriptione Typhæi, quem à corporis membris, variiſque & horribilibus effectis porro depingit poëta. Manus ei tribuit robore pollentes & pedes indefeſſos, centum capita ſerpentina: maximas in cruribus viperarum ſpiras, ignem ex oribus flammantem, quæque alia ejus generis ſunt terribilia. Sunt qui tantæ molis Gigantem fuiſſe ajunt, ut Orientem & Occidentem plagam manibus pertingeret, & capitibus ſuis altiſſimè uſque ad ſidera perveniret: quo nihil aliud ſignificare voluerunt poëtæ, quam ventos latiſſime vagari, neque ſiſti eorum impetus poſſe. Plurima capita ei conceſſerunt ob diverſas ventorum vires. Draconum capita & viperarum ſpiras propter noxiam vim aliquando ventorum: oculos igneos, propter materiam flatuum, quæ conſtat ex ſiccis calidiſque vaporibus. namque hominem extitiſſe, cui hæc membra & effecta competere ex vero queant, nemo ſanæ mentis credo, aſſeruerit. *Ἔασι.*] Ion. *εἰσί. Ἐπ' ἰφθίμοις.*] *Διὰ πολὺ δυνάμενον. Ἔρυμα λίγα.*] *Ἔργα*, quaſi *ῥίγμαλέα*, à *ῥίζω*, *facio. Ἔχουσιν.*] Id eſt, *ἐπιβαλοῦσιν.*

824. *Ἀχλυόεντα.*] *Ἀκαταπόνητα. Ἐκ δὲ οἱ ὤμων.*] Pro *ἐξ ὤμων ἓν αὐτῷ. Ἦν.*] Pro *ἦσαν.* Sic Homerus:

Οὐδ' εἰ οἱ χεῖρες ἐείκοσι, καὶ πόδες ἦσαν.

Nomen

Nomen plurale fœminei generis cum verbo ſingulari, quod rarius. vide ſupra.

825. Δεινοῖο Δρακόντος.] Generale nomen per ſpecialius explicat.

826. Γλαύσσῃσι δνοφερῇσι.] Ion. γλαύσσαις δνοφερῇς, id eſt, μελαίνοις, ob venenum, *quod nigrum*, vel *nigros reddit homines*. Λιλαιχμήσσης.] Pro λιλιχμανόσσης per ſyncopen, & epentheſin Σ σ, verbi λιχμάω, *lingo*. Οἱ.] Αὐτῷ. Ὄσσων.] Ὀφθαλμῶν.

827. Θεσπεσίης.] Pro ἐν θεσπεσίαις. Ἀμάρυσσε.] Pro ἠμάρυσσε. ἀμαρύσσω, *ſplendeo*.

828. Πασέων κεφαλέων.] Ionicè πασῶν κεφαλῶν. Καίετο.] Ἐκαίετο. Διηνεμέοντο.] Διηνεμέντο, in activa ſignificatione.

829. Φωναὶ δ' ἐσ.] Typhœum hunc Gigantem poëtico more non ſolum repræſentat Heſiodus, ut aſpectu membriſque portentoſum, ſed & diverſis vocibus, & ſonitu terribilem. Eo autem figmento ventorum inter ſe concurrentium & ſævientium diverſos ſonitus exprimere voluit. De eo ſic Virgil.

Talia jactanti ſtridens aquilone procella
Velum adverſa ferit, fluctuſque ad ſidera tollit.

Idem 7. Æneid.

Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ ſeſe, multis circum latrantibus undis
Mole tenet: ſcopuli nequicquam & ſpumea circum
Saxa fremunt, laterique illiſa refunditur alga.

Nam Typhon, ut dictum, venti procella eſt, quæ quantos in terra, ponto, & aëre tumultus excitet, graphicè his verbis oſtendere conatur Heſiodus. Iſaacii verba hic apponere non gravabor eandem ſententiam confirmantia: Δεινοὶ οἱ Τυφῶνες καὶ ἀνιαφίαι, κλονοῦντες τὴν γῆν, καὶ ἐκδειματοῦντες ἡμᾶς ταῖς ἀπαιλοῖς αὐτῶν ὁρμαῖς, καὶ ἀνακυκῶντες ὐ γῆν μόνον, ἀλλὰ μικρῷ δεῖν καὶ ὅπαντα κόσμον ἀπαρράσσοντες. διὸ καὶ οἱ τοιοῦτοι συνεργοῦντες, εἰκῆ πως ὐ μόνον ἑκατογκέφαλοι λέγονται καὶ πολύχειρες, ἀλλὰ καὶ πολύφωνοι, ποτὲ μὲν οἱ λέοντες ὠρυόμενοι, ἄλλοτε καὶ οἱ ταῦροι μυκώμενοι· ποτὲ δ' οἱ κύνες ἀναιδῶς ὑλακτοῦντες. Id eſt, *Graves ſunt Typhones & Ecnephiæ perturbantes terram, & territantes nos impetibus ſuis inordinatis, commiſcenteſque non modo terram, ſed univerſum fere mundum dilacerantes, ut non ſolùm centicipites, & multimani jure dicantur, ſed & multiſoni: nonnunquam leonum inſtar rugientes: aliquando ut tauri, mugientes: ſubinde etiam, ut canes imprudenter latrantes.* Si moraliter Typhæus, ut rebellis

bellis consideretur, etiam hæc πολυφωνία scitè ei accommodari possit. In rebellione variæ circumferuntur hominum voces, varii dissidentium partium strepitus ac voces audiuntur, aliis aliud dicentibus ac molientibus. Quot capita, tot sententiæ. ut quod de fama dixit vatum princeps, idem & de civili discordia merito dici queat: *Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.* Taciti effatum est: *Acerrima seditionum ac discordiæ incitamenta: homines sanguinarii, scelere & metu vecordes, miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad principem litteris.* hist. lib. 2. Πάσης.] Πάσας. Ἔσαν.] Ἦσαν. Systole poëtica. Δεινῆς κεφαλῆσι.] Deest præpositio: ἐν δεινῆις κεφαλῆις.

830. Ὄπα.] Φωνὴ. Ἀθέσφατον.] Ἀνέφατον, ex α privante, quasi θέσφατον, ἣν εἴδε θεὸς ἢ φαίησι.

831. Φθέγξοντο.] Ἐφθέγξοντο. Σειείδῃ.] Ionicus infinitivus pro σειείναι, à σειείω, τὸ γαυόομαι.

832. Ἐλεθρύχοιο.] Ionicè ἰελεθρύχοιο. Ἐλεθρύχης Tauri epitheton, quasi μεγάλως βρύχων, id est, μυκώμενος. Μένος ἄχιτον.] Alii legunt ἀχίτου, & ad taurum referunt, non vocem ejus, ut sit *tauri robore incoërcibilis.* Ἀγαύρου.] *Ferocis*, vel *superbi.*

833. Ἀναιδέα θυμόν.] Hic ἀναιδὴς exponitur *sævus.* Sic & *sævum* Typhæum dixit Parthenius poëta, lib. 1. Georgicôn.

834. Ἐρίηρα.] Ὀμοῖα.

835. Ῥοίζοιό τ'.] Pro ῥοίζοιτο, quod est imperf. Ionicum pro ἐῤῥοίζει. ῥοιζέω, *strido.* Notandum ῥοίζοιο dictum pro ῥοίζοιτο, verso ι in ο. Sic ἀπορρίπτοιο dixit alibi, pro ἀπορρίπτοιτο. Ὑπὸ δ' ἤχεεν.] Tmesis, pro ὑπήχει δέ. Οὔρεα.] Ὄρη.

836. Καί νύ κεν.] Jovis vigilantiam & σωφροσύνην laudat poëta in mundi hujus conservatione, & Typhæi Gigantis depressione. Nisi Jupiter, inquit, Deorum hominumque rex & pater rebus suis tempestivè consuluisset, actum fuisset de imperio ejus, quo jam dudum potitus esset immanis ille Typhæus. Verum Jupiter de cælo videns Typhæi molimina, graviterque tonando ac fulgurando rebellem illum Gigantem è cælesti regione deturbavit, atque ad infimas terræ partes retrocedere coëgit. Nec sine ratione hoc asserit poëta, cum post tonitrua & fulgura (quod & de imbribus verum est) venti & nubes discuti soleant, tranquillarique aër. Ita Scholiastes ad hunc locum: Τάχα γὰρ ἂν ἀνεκύκησε πόντος τ' κόσμον καὶ ἀφάνισεν ἐπιπεσόντων τῶν τοῦ-

τοῦτον πνεῦμα, εἰ μὴ διεκρίθη ὑπὸ τῆς πάσης διοικούσης ἐλλόγως προνοίας, εἰς κεφαλάς τε καὶ πηγὰς καὶ ὅπως ἠλαττώθη, καὶ ἀπεδυναμώθη. Id est, *Forte universum hunc mundum commiscuisset, & abolevisset Typhonicus ille spiritus, regnumque obtinuisset, ni subveniente divina providentia omnium rerum moderatrice solutus fuisset in fulmina, & presteras, quo factum, ut vis ejus debilitata conciderit.* Alterum vero, cur à Jove superatus dicatur Typhæus, petitur ab exhalatione sicca, quæ nubi inest. Hæc cum validior facta est τῇ ἐκλείψει, vireſque quasi resumpsit, nubem disrumpit & atterit, excitoque fulgure ac fulmine divellitur, & sic velut elumbatur Typhonicus ille ventus, quod est ἀποψυχόμενος Scholiastæ. Jovis itaque studium & potentiam amplificat Hesiodus, qui ne quid damni caperet universi machina tam horrendis in Typhæum intonuit modis, ut non modo cælum & terra, sed & pontus Tartarusque ipse contremuerint. In rebellione autem quæ & Typhœi nomine designatur, Jovis personam repræsentat rex sive princeps, cujus officium est seditioni recens natæ statim occurrere, cunctaque adhibere remedia, quibus illa opprimatur: nec permittere, ut incrementa capiat factiosorum hominum conjuratio, quæ ubi semel invaluit, perniciem totius regni secum trahere solet. Καὶ νύ κεν.] Καὶ ἄν. Ἔπαλτο.] Ἦν. Ἔργον ἀμήχανον.] Quod nulla Deorum machina declinari potuisset. Ἡμαλὲ κεῖνο.] Ἐν ἡμέρᾳ ταύτῃ.

837. Καί κεν ὄγε.] Typhæus. Θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι.] Ἀνθρώποις καὶ θεοῖς. Ἄναξεν.] Ἦναξεν.

838. Ὀξύ.] Pro ὀξέως, id est, ταχέως. Sic Homerus Iliad. γ.

Εἰ μὲν ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη.

Νόησε.] Pro ἐνόησε. Jovis σοφίαν omnibus rebus præsentem eo indicat poëta.

839. Σκληρόν.] Σκληρῶς. Sic & ὄβριμον pro ὀβρίμως.

840. Συρφηλίσσων.] Ἐπιῤῥήμαλυκῶς, ut supra. Κονάβησε.] Pro ἐκονάβησε. κονάβιον, *resono, stridorem edo.*

842. Ποσσὶ δ' ὑπ'.] Amplificatio superiorum. Describitur nunc Deorum in pugnando ardor & alacritas, quæ tanta fuit, ut non solum inferior mundi pars, sed & Olympus ipse, terra, & maria omnia ignibus hinc inde vibratis conflagrarint. Nam Jupiter ab una parte fulminando: Typhæus ab altera flammas ex ore spirando, tantos ardores concitarunt, ut incendii istius vastitatem verbis non satis gravibus exprimere valeat poëta. Typhonici igitur spiritus τὸ σκηπτώδες καὶ θυελλῶδες designat

Heſiodus, ex quo fulmina, & fulgura exiſtunt. Quæ quomodo expoſitioni noſtræ tam Phyſicæ, quam Ethicæ conveniant, *ἐν τοῖς προηγουμένοις* abunde dictum puto. *Περὶ δ' ὑπ' ἀθανάτοι-ς.*] Pro, *ὑπὸ ποσὶ τῶν ἀθανάτων θεῶν.* hypallage. *Πελεμίζετο.*] *Ἐπελεμίζετο. πελεμίζω, τὸ κινῶ.*

843. *Ὀρνυμένοιο*] *Ὀρνυμένου. Ἐπιστενάχιζε.*] Metaphora. Incendio enim velut gemebunda dehiſcit terra.

844. *Καδμεα.*] *Ἐμπεσμός. Ὑπ' ἀμφοτέρων.*] Jove & Typhæo. *Καλίχεα.*] Pro *καλλείχεα. Ἰοειδέα πόντον.*] *Nigrum*, vel *cæruleum pontum. Ἰοειδὴς*, propriè *violacei coloris ſpeciem referens*: *ἴον*, *viola*, & *εἶδος*, *ſpecies.*

845. *Τοῖο.*] *Τοῦ*, & hoc pro *τούτου*. Notetur *ου*, ut liqueſcentem produci in voce *πυρός.*

846. *Πρηστήρων τ' ἀνέμων τε.*] Alii legunt, *πρηστήρων ἀνέμων τε*, & exponunt, *igneorumque turbinum*. Sunt autem *πρηστῆρες* venti incendentes & contacta comburentes; à *πρήθω*, *incendo. Φλεγέθοντος.*] *Καιομένου, ἀναπιμπλαμένου*, à poëtico *φλεγέθω*, pro *φλέγω*, *uro*, *ardeo.*

847. *Ἔζεε δὲ χθών.*] *Ἐπιμανής.* Plurimus eſt poëta in deſcriptione hujus Titanomachiæ, quæ non modò Superis, ſed & inferis, adeoque ipſis Titanibus ſub Tartarum detruſis terrori fuit, ad quos etiam penetravit ardor ille immenſus. Paria ferè de Phaëthonteis ignibus refert Ovidius in primo Metamorph. Typhonici flatus horrendam diatypoſin in his verbis conſpicere eſt: vel rebellionis immanitatem, omnia, ut fieri ſolet, cædibus & incendiis vaſtantem. *Ἔζεε.*] Pro *ἔζει.*

848. *Θοὴ.*] *Ἐπιθυμητική.* In furendi vel æſtuandi notione. *Ἀχέων.*] *Αἰγιαλέως. ἀκτὴ, littus.* Utuntur & ea voce Latini. *Περί τ' ἀμφί τε.*] *Circumquaque*, vel *ab utraque parte*, *ἐξ ἑκατέρου μέρους.*

849. *Ῥιπῇ ὑπό.*] Præpoſitio redundat in Latina verſione. *Ἔνοσις.*] *Κίνησις. Ἄσβεστος.*] Sic & Homerus: *μέγα δ' ἄσβεστος ὀρώρει.* Tralatio. Bellum incendio comparatur, quod difficulter extingui, hoc eſt, ſedari poteſt.

850. *Τρέσσε.*] Pro *ἔτρεσε*, à *τρέω, τὸ φοβοῦμαι. Ἐνέρθεν.*] Pro *ἔνερθε*. Sunt autem *ἔνερθε*, *inferi*, *ὑποχθόνιοι*, ab *ἐν* & *ἔρα*, *terra. Καταφθιμένοισιν.*] Pro *καταφθιμένοις. καταφθίω*, *corrumpor*, *morior.* Plutonis deſcriptio.

851. *Ὑπολαρίζεσκον.*] Sic dicuntur Titanes, quod ſub Tartarum detruſi à Jove.

852. *Κελάδοντο.*] *Κελάδει. κέλαδος ἄσβεστος*, eſt *ſonitus vaſtus*

stus & immensus, qui compesci, nequit. Sic paulo ante dixit: Ἄνοσιν ἄσβεστον. Δηιοῆτα.] Id est, μάχης. δῆιοι, οἱ πολέμιοι.

853. Ζεὺς δ' ἐπεί.] Jupiter, qui prius aliquanto meticulosior visus ob Typhæi portentosam molem & immensum robur, tandem viribus suis quasi in unum collectis, animisque ingentibus Typhæum aggressus tantum effecit tonando & fulminando, ut capita tam horribilis monstri flammis undequaque combusserit, victoriamque tandem reportarit prostrato hoste, & in Tartarum dejecto. Eo docetur, φυσικῶς Jovem, qui commoda cæli temperies est, vim tantam ventorum & inflammationum, quæ Typhonis nomine designantur, ex alto depressisse. Tartarus verò, spatium est inter ima cæli & terræ interiora medium, quo Typhæus, hoc est, ventorum illorum exhalationes continentur, quæ ne in exitium erumpant, & Ὅλης Universi perturbent, providi Jovis est, impedire. Poëtico autem more de Typhone loquitur Hesiodus, ut de immani Gigante, quem debellare ac conterere solius sit Dei. Sed ut in principio ostendimus, hæc Titanum pugna, & Typhonis rebellio, ut ut Naturæ ἀλήθειαν contineant, nec aliò respexerit Ascræus vates, tamen & in historica veritate fundamentum suum habent. Fuit enim Jovi Cretensi circa regni sui initia cum Titanibus consanguineis & aliis hostibus non leve negotium: quibus tandem ope sociorum devictis rex Orientis & Occidentis, hoc est, totius orbis monarcha declaratus est, Deusque post obitum habitus. Κόρθωσεν.] Ἐκόρθωσεν. τὸ κορθώσειν est *colligere* & *quasi in cumulum congerere.* κόρθυς enim *cumulus, acervus.* Ἐν μίν.] Τῷ αὐτῷ δυνάμει. Οὖλα.] Sic vocat tonitru, fulmen & fulgur, quibus, velut armis suis, utitur Jupiter in debellandis impiis.

855. Πλῆξεν.] Ἔπληξεν. Ἀπ' ἀλύμποιο.] Οὐρανόθεν. Ἐπάλμῳ.] Ionicè ἐφάλμῳ, & hoc pro ἐφαλόμῳ per syncopen, & Æolicè mutato spiritu denso in tenuem ab ἐφάλλομαι, *insilio.*

856. Ἔπρεσε.] Pro ἔπρησε per systolen poëticam, à πρήθω, *incendo.* Θειωσίας.] Θαυμασίας, μεγάλας. Δεινοῖο.] Δεινῦ. Πελώρου.] Dicitur πέλωρ, & πελώρ, *portentum.*

857. Αὐτὰρ ἐπεὶ δή.] Describitur Jovis victoria & trophæum, qui Typhæum crebris ictibus fulmineis percussum tandem prostravit, cujus lapsu terra ingemuisse dicitur, & flamma intorti fulminis prosiliisse ab immani illo rege in saltus opacos

& aſperos montium percuſſorum. Vides quanto conatu monſtrum illud perſequatur Heſiodus, ut vix verba ipſi ſufficiant ſatis horrida, queis Naturæ hunc perturbatorem dignè exprimat, quem debellat Jupiter, ut doceamur, poſt abactas nubes, & tempeſtates multo nitidius fulgere ſoles, & gratiorem eſſe aëris tranquillitatem, mariſque pellaciam. Nec rectius unquam Divinæ pacis κειμήλιον agnoſcunt homines, quam ubi ſeditionum ejuſmodi flabellis agitata aliquamdiu reſpublica rurſum coaluerit, pacatique fuerint civium animi. Δάμασε.] Ἐδάμασε, id eſt, ἐνίκησε. Πληγῇσιν.] Πληγαῖς. Γυίοισιν.] Pro, ἰμάσιν, ab ἱμάζω, vel ἱμάσσω, *loris cædo*: hic ſimpliciter, *cædo*.

858. Ἧκεν.] Καθῆκε. Γυιωθείς.] Πηρωθείς. Γυίου, *membra frango*, ſeu *claudum reddo*. τὸ γυῖον, *membrum*. Σπινάχιζε.] Ἐσπινάχιζε.

859. Κεραυνωθὶς τῷ.] Scil. Typhæi. Ἀπέσυτο.] Pluſq. perf. paſſ. κεχαράδατο, pro ἀπετέτμητο, verbi χαράσσω, quod motum concitatiorem ſignificat. Τοῖο.] Τύφω.

860. Οὔρεϊ.] Ὄρει. Βίσσης.] Βίσσαις. Ἀϊδηῆς.] Ἀϊδαῆς. Ἀϊδὶς idem quod ἀφανὶς, quaſi ἀϊδὶς per pleonaſmum & ν. Παιπαλοίσσης.] Παιπαλοίσσαις. τὰ παίπαλα ſunt *loca aſpera & ſalebroſa*.

861. Πολλὴ ὑπὸ πελώρη.] Pugnæ ſævitiam & ardorem ob oculos ponit Heſiodus comparatione utens à metallorum fuſoribus deſumptâ. Crebris enim ignibus & fulminibus non aliter exarſiſſe terram ait, quam in catino fuſorio ſtannum liqueſcit arte fabrorum, vel uti ferrum, quod metallorum omnium natura duriſſimum eſt, ab igne mollitur. Jupiter verò tandem νικηφόρος Gigantem illum in Tartarum detruſit: vel ut alii, ſub Ætnam montem Siciliæ præcipitavit: alii ſub Inarimes inſulam in ſinu Puteolano, non procul à Neapoli, ut ſcribit Plinius lib. 3. cap. 6. in qua item mons eſt, qui terræ motum paſſus, alteram fudit inſulam, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt. Sic Virgilius lib. 9. Æneid. Et Lucanus:

Conditur Inarimes æterna mole Typhœus.

At Clariſſ. Voſſius, qui Typhæi nomine Ogum ſignari putat, à Joſua in terra Aramæa, id eſt, *Syria* profligatum ait, quem conſule lib. 2. de Gent. Idolol. cap. 26. Heſiodus phyſicè fabulam conſiderat, qui per Tartarum intelligit medias inter cælum & terræ interiora partes, ubi vaporationum iſtarum ignearum copia reſidet, ex quibus gignuntur Typhones, ut ſupra dictum.

dictum. Rebellionis quoque punitæ exemplum hinc petere liceat. De Angelis rebellibus teſtatur ſcriptura, in Tartarum eos à Deo eſſe detruſos, ibidemque ſervari εἰς κρίσιν. Nota etiam ſunt, quæ de Dathane, Abyrone & aliis memorat vetus inſtrumentum, ne jam Catilinas, Antonios, Cethegos, ſimileſque imperii Romani Typhæos dicam, quibus idem omnibus exitium contigit. Hinc prudens monitum Salomonis: *Deum time, & Regem, & cum ſeditioſis ne commiſcearis: quia repentinus veniet interitus eorum.* Sublato itaque ſeditionis auctore, finis impoſitus Titanum pugnæ, triumphantibus Dîs ſuperis, & Jove ſolo regnum obtinente. Καίτοι.] Ἐκαίτοι.

862. Ἀτμῇ.] Ἀναθυμιάσει. Θεσπεσίῃ.] Μεγάλῃ, ὑπερμεγάλῳ. Καστίτῃρός θ' ὅς.] Anaſtrophe, καστίτηρός θ' *ſtannum* ſeu *plumbum album*, de quo Plinius lib. 34.

863. Τέχνῃ ὑπό.] Ὑπὸ τέχνῃ. Αἰζηῶν.] Fabros intelligit ferrarios, qui juvenes plerique eſſe ſolent. Χοάνοιο.] Χοάνου. Vas eſt argillaceum, in quo funduntur metalla, ἀπὸ τοῦ χέειν, quod eſt, *fundere*. Εὐτρήτου *bene perforatum*, à τρέω, *perforo*, quoniam magno foramine hiat, atque adeo ſuperiori parte latius eſſe ſolet, quam inferiore.

864. Θαλφθείς.] Θερμανθείς. Ὄβριμος.] Ὄβριμος. Κρατερώτατός ἐστιν.] Ferrum vocat metallum duriſſimum. Conſtat enim majore terræ portione, quam humoris. hinc ferrea inſtrumenta præferuntur æreis ob duritiem.

865. Δαμαζόμενος.] Ferrum domatur, cum igne mollitur & malleo ductile redditur. Κηλέῳ.] Κήλεον Heſychio κωφόν, θερμόν, λαμπρόν.

866. Τήκει.] Nam & ferrum, ut æs liqueſcit, ſeu funditur teſte Plinio: poſtea in alios fornaces tranſlatum malleo ductile redditur, & induratur. Ἐν χθονὶ δίῃ.] *Lemno* vel *Lipara* inſulis Vulcano dedicatis, quod calidæ ſint & igniferæ, ut Sicilia: Παλάμῃσιν.] Παλάμαις, id eſt, χερσίν.

867. Σέλαι.] Dativus contractus ex σέλαϊ, à σέλας, quod nomen malè inter ἀκλίτα reponunt Grammatici.

868. Ῥίψει.] Pro ἐρρίψει. Θυμῷ ἀνηκέστοιο.] Id eſt, λυπηρῷ.

869. Ἐκ δὲ Τυφωέος.] Poſtquam Typhæi nativitatem & immanitatem pluribus deſcripſit poëta, nunc progeniem ejus recenſet. Ex Typhone prognatum eſſe ait ventorum omne genus humidè flantium, exceptis Noto, Borea, Argeſte & Zephyro. Alii tres tantum hic memorari ab Heſiodo contendunt.

Diſcri-

Discrimen verò facit ventorum utilium & noxiorum. Noxios è Typhone natos asserit. Est enim Typhon nihil aliud, quam immanis ventorum vis, seu inflammatio densa & ingens, ex cujus dissolutione venti nascuntur procellosi & nocentes. Verum quærat hic aliquis, cur poëta ventos humidè flantes ex Typhone generari dicat, cum Typhæus ille ventus sit ex fumosis & igneis exhalationibus constans: quare magis consentanea loqueretur Hesiodus, si ventos siccè flantes ex Typhæo esse dixisset. Sed facilis est responsio: Licet enim venti omnes ex siccis calidisque constent exhalationibus, ac propterea etiam sicci videri possent, tamen Solis calore in aërem, qui frigidis & humidis repletur vaporibus subvecti, rursusque ad nos delati in terram, frigidi & humidi redduntur. Unde liquet Typhæi nomine designari ventum σκληρὸν, procellosum, multo igne constantem, generique humano noxium; quod si ita est, fieri non potest, quin similes ex eo nascantur venti, hoc est, pernicioси & amburentes. Quanquam verò hæc quæ de Typhone dicuntur, ficta sint à poëtis, tamen ad philosophicam veritatem reduci possunt. Scimus enim, non ex Typhæo, sed ex cælo & terra produci ventos. Nam cum exhalationum terrestrium multitudo circa terram moveatur, motus illius principium accipit à cælo vel sole: materia verò generationis ex inferiore loco subministratur. Nec ventos omnes ex Typhæo arcessit poëta, sed tantum noxios. Quatuor enim, vel ut alii volunt, tres excipit ventos cardinales, Notum, Borean, Argesten & Zephyrum, quos *ex Diis*, hoc est, *utiles* esse docet. Notus, qui & alio nomine *Auster*, ventus est à meridie flans, diciturque utilis, vel quod talis sit navigantibus: vel quod corporibus salubris, non tamen omnis. Sunt enim Noti in Africa sicci, sed per mare Mediterraneum in Græciam delati redduntur ex admixto aëre humidiores. Unde & eis nomen ἀπὸ τῆς ὑγρότητος, *ab humore*. At verni Austri sunt sereni ac salubres, qui propterea Græcis dicti λευκόνοτοι, quasi dicas, *albi Noti*, hoc est sereni. Tum etiam utilis Auster humectandis corporibus & plantis, nempe pluvius & moderatus. Nam ut Theophrastus ait: τὸ ὕδωρ καταψύχει τὴν ἕξιν, id est, *pluvia refrigerat & attemperat corporis habitum*. Alioquin idem ventus si diutius perduret, ab Horatio *plumbeus* dicitur, hoc est, gravis corporibus & putrefactionis auctor ob frequentes pluvias & insitum calorem, lib. 2. Satyr. 6. Boreas item ab Hesiodo inter flatus salubres

bres reponitur : est enim serenitatis effector, unde & αἰθριηγόσιος Homero, εὐδιεινὸς Theophrasto, quia licet frigidus sit, tamen cælo suditatem affert, quæ εὐδία Græcis. Unde Aristoteles in 7. Polit. cap. 11. ait, post urbes eas, quæ Orientem spectant, proximè ut salubriores esse laudandas, quæ respiciunt Aquilonem, quia magis εὐχειμέστεροι sunt, hoc est, hyemi convenientes, Nec minus Zephyrum, ut ventum ὑγιεινὸν laudat Hesiodus. qui & *Favonius* Latinè, à *fovendis plantis*, Græcè Ζέφυρος, quasi, Ζωηφόρος, quod fruges & flores pubescere faciat. cujus venti præconia nusquam non legere est in scriptis veterum & recentiorum. Hæ tot tantæque ventorum utilitates, & multiplicia beneficia, seu vires, ansam dedere stolidis Gentibus divino cultu eos prosequendi. Hinc & Orpheus hymnum scripsit Noto, Boreæ & Zephyro cum suffitu thuris, sed de ventis plura in superioribus, ubi genealogiam eorum exhibuit auctor. Ἐκ Τυφωέος.] Scil. ἀλγαλυθίης. Ἀνέμων μέν.] Οἱ ἄνεμοι. Γεγών.] Γενόμενος. Αἰνῆσαι.] Πραΰναι, ab αἶνος, τὸ πραΰ.

870. Νότος.] Χειμερὸς. Βορέης.] Βορέας. Ἀργέστης.] Ἀργέστης. Adjectivè hic sumitur, exponiturque *velox*, *albus*. Alii legunt, Ἀργέστης Ζέφυρος, ut distinctus sit ventus. Sic supra, Ἀργέστεω, Ζέφυρον dixit poëta.

871. Ἐκ νηφέων.] Θολερῶν, vel οὐκ νηφόντων. Οὖρος.] Τὸ ὄφελος.

872. Αἱ δ' ἄλλαι μέν.] Contrariorum ventorum ἐπαείρουσιν, & violentia. Quemadmodum è ventis quidam prosunt mortalibus : ita non pauci iisdem nocent. De utilibus & serenantibus jam dictum : persequitur deinceps poëta τοὺς βλαπτικοὺς sive *nocentes*, quos vocat μαψαύρους, hoc est, *vanas & inutiles auras*, cujusmodi sunt teste Scholiasta Cæcias, Thrascias & similes, qui cum mari incumbunt, tempestates concitare solent, & navibus, naviumque magistris exitium creare. Nam Cæcias, quem cum Borea vel Aquilone parum sibi constans confundit auctor de Mundo, dum flat κατασκιόπτων, in eminentia incidens terrarum loca ac propterea sursum delatus, mox reflectitur & quasi regurgitat. Quod cum fit, secum rapit dissipatque omnia violento impetu. Idemque de Thrascia, Africo & aliis judicandum, quibus per mare sævientibus disjiciuntur, naves scopulisque illisæ aut vadis, miserum in modum intereunt. Ut igitur amorem ventis conciliant tot commoda, quæ præstant humano generi : sic & metum incutiunt non

pauca

pauca damna, quibus mactant navigantes, ut meritò dixerit Horatius, lib. 1. Carmin. Od. 3.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus.

Μαὶψ αὔραι.] Alii junctim legunt, μαιψαύραι, hoc est, κενᾶι καὶ μάταιαι πνοαί. Hesychius exponit, αἱ μάταιαι ἄνεμοι, ἢ κοῦφαι πνοαί, ubi legendum puto οἱ μάταιοι ἄνεμοι. μαὶψ idem quod μάτην. Ἐπιπνείουσι.] Πνέω poeticum est pro πνέω.

873. Ἠερεσιάων.] Μίλητος, σκόλοπες. Πίπτουσαι ἐς πόντον.] Virgilius: *Incubuere mari.*

874. Πῆμα μέγα.] Appositio. Θύουσιν.] Sic supra, ἀνέμων θύελλαν ἀΐσσει. Maro: *Quâ data porta, ruunt.* Ἄελλαι.] *Ventorum turbo.*

875. Ἄησι.] Pro ἄνεισι. Simile exemplum supra habuimus: Ἦ ῥα σύγε κεφαλαί, pro ἦσαν. Sunt qui legant ἀεῖσι, pro quo tamen usitatius est ἄνεισι, retracto accentu. Διασκιδνάσι νῆας.] Juno ad Æolum: primo Æneid.

Incute vim ventis, submersasque obrue puppes:
Aut age diversas, & disjice corpora ponto.

876. Ἀλκή.] Βοήθημα, φάρμακον. Sic supra: κακὴ δ' οὖν ἔστ' ἀλκή.

877. Κείνοισι.] Lege κείναισι, ut referatur ad præcedens nomen μαὶψ αὔραι.

878. Αἱ δ' αὖ κοί.] Hæc cum superioribus cohærent, in quibus ventorum inutilium & è Typhone genitorum effectus persequitur poëta. Præter enim naufragia, quibus infames sunt hi venti, etiam fruges suo flatu corrumpunt, soloque adæquant; vel pestilenti vaporatione eas adurunt, nihil præter pulverem, & palearum strepitus misero agricolæ relinquentes. Hoc ita esse, testatur etiam Virgilius 1. Georgic.

Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ gravidam latè segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent.

Et paucis interjectis:

Fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther.
Et pluvia ingenti sata læta boumque labores
Diluit.

Quare

Quare ut Auſtri ob crebriores pluvias flaveſcentem in agris ſegetem diluunt: ita Typhonici flatus cum oriuntur, ob calidam quam habent temperiem, pulvere multo, paleiſque ſegetes replent. Hinc non ſine cauſſa veteres Typhonem animal eſſe dixerunt ἀμφίβιον, Draconiſque habere naturam, quod in aquis pariter & terris dominentur venti, modò fulgura, modò tonitrua ex ſe procreantes: modò imbrium profluvia, & terræ motus. Adeo ut mirum videri non debeat, ſi ſimiles parenti ſuo gignantur venti, & Typhonicum quid ſpirent, qui ex Typhone nati. Αἱ δ' αὖ.] Scil. αὖραι. Δαίαν εἰπεῖν.] Id eſt, rotundam. Ἀνθεμόεσσαν.] Ἀνθοφόρον ἄνθεμον, flos, idem quod ἄνθος.

879. Ἔργα ἰεγάζ.] Segetes metonymicè. Χαμαιγενέων ἀνθρώπων.] Agricolarum. χαμαιγενὴς epitheton hominis, quod ex humo natus.

880. Πιμπλάσσουσι.] Æolicè, πιμπλᾶσι, tanquam à πίμπλημι. nam à πιμπλάω fuerit πιμπλῶσι, & Dor. πιμπλάσσουσι, ut γελάσσαι pro γελῶσα apud Theocrit. Κολοσυρτῷ.] Scholiaſtes κολοσυρτὸν propriè ſtrepitum eſſe vult ac pulverem, qui excitatur, quum virgultorum ſtipularumve faſces per terram trahuntur, ὥσπερ τὸ σύρειν τὰ κάλαμα, id eſt, φρύγανα.

881. Αὐτὰρ ἐπεί.] Belli eventus, qui proſper Jovi Diiſque cæleſtibus: infelix contra & exitioſus fuit Titanum gregi. Victoria igitur potitus Jupiter adverſus Titanas, communibus omnium Deorum ſuffragiis rex creatus eſt. Hæc partim ad hiſtoriam referenda, partim ad Naturam. Ad hiſtoriam, quatenus Jupiter Cretenſis exacto patre Saturno, debellatiſque Titanibus, qui cum ipſo de imperii ſumma pugnabant, unanimi procerum conſenſu rex declaratus eſt: cumque ſublatis paſſim tyrannis ſua regibus reſtitueret imperia, legeſque & jura ſingulis præſcriberet aliaque in principes & populos beneficia conferret, pro Numine cultus eſt, Rectorque habitus univerſi orbis. Scribit Pauſanias in Arcadicis, Cecropem, qui regnavit Athenis, primum omnium mortalium Jovem ut Deum coluiſſe & ſupremum vocaſſe, nihilque vita præditum illi immolandum duxiſſe, ſed liba tantum patria, cum omnem crudelitatem à ſuis altaribus repellere divinam naturam arbitraretur; cui nihil magis convenit, quam clementia & beneficentia. Phyſiologi cum Jovis nomine bonam aëris temperiem intelligant,

qua

qua discussis illis ventorum turbinibus, & exhalationibus igneis ad pristinam tranquillitatem reducitur Natura, dominatum in terrestria tribuunt cælestibus supremisque corporibus, ut præstantioribus. Nec sine caussa id Terræ consilio factum ait poëta, cum Typhonicis flatibus máximè infestetur terra, damnaque patiatur ob excussas segetes vel adustas, aliaque incommoda, quæ supra recensuit poëta. *Πόνον.*] Id est, *ἀγῶνα, μάχλω. Ἐξεπίλησαν.*] Geminatur σ metri caussa.

882. *Τιμαόων.*] Æol. pro *τιμῶν*. Subauditur particula *χάριν* vel simile. *Κρίναντο.*] *Ἐκρίναντο*, id est, *ἐμαχέσαντο*. ut *decernere* apud Latinos. *Βίηφι.*] *Τῇ βίᾳ.*

883. *Βασιλεύεμεν.*] Ionicè, *βασιλεύειν*. *Ἀνάσσειν.*] Sæpe hæc duo conjungunt poetæ. quanquam propriè loquendo minus sit *ἀνάσσειν* quam *βασιλεύειν*, & *ἄναξ* quam *βασιλεύς*.

884. *Φερεσμοσύνῃσιν.*] *Βελεῖς. Εὐρύοπα Ζῆν.*] Versus hypermeter. In aliis codicibus legitur, *αἰεὶ Ζῆνα*, ut sit spondaicus.

885. *Τοῖσιν.*] Pro *τίσις*. *Ἐύ.*] Pro *οὗ*, quanquam & sine dialysi scriptum legatur in quibusdam codicibus. *Διεδάσατο.*] *Διαδάζομαι*, *divido*.

886. *Ζεὺς ὃ θεῶν*] Jupiter cum Deorum conspirantibus votis & vocibus regnum adeptus esset, debitosque singulis honores & munia distribuisset, ad tanti imperii conservationem opus habebat summa tum prudentia, tum justitia. Quare fingitur primò uxorem duxisse Metin Oceani & Thetyos filiam: deinde Themin. *Μῆτις* autem, ut vox ipsa significat, nihil aliud est, quam prudentia rebus domesticis conservandis necessaria. Hanc gravidam reddidit Jupiter, cumque ex oraculo didicisset fore, ut ex ea nasceretur, qui patre foret potentior, eam deglutivit. Cujus caput cum ex ea gravida gravidum quoque factum esset, Minervam peperit. Quæ fabula licet inepta sit, & contra naturæ consuetudinem ficta, omniumque risu explodenda, doctrinam tamen continet longè utilissimam. Eo enim significare volunt poëtæ vim ratiocinandi sedem præcipuam habere in capite, ex crebra autem ratiocinatione nasci Minervam, hoc est, *sapientiam*, domi militiæque necessariam virtutem, qualis in rege & summo imperatore præcipuè requiritur. Fingitur Metis in ventrem Jovis recondita & tum nata Pallas, cum pluit aurum in Rhodiorum insula, per quod docetur, imbibendum esse consilium bonorum & perpendendum, ut in-

de

de nascatur Sapientia, quam sequitur felicitas & defensio tutissima rerum singularum & tranquillitas, cum sapientem nemo fallere, aut imparatum unquam invenire possit. Quare cum scirent Cœlus & Tellus, quam necessaria regi & quidem recens creato esset prudentia, in regno bene administrando, auctores Jovi fuerunt, ut Metin devoraret. Copiose fabulam hanc interpretatus est Chrysippus Stoicorum scriptor acerrimus. Meminere ejus quoque Christiani patres, dum rident Gentium ineptias, ut Clemens Alexandrinus & Epiphanius viri cum doctrina, tum pietate insignes. E recentioribus item Natalis Comes lib. 2. Mytholog. cap. 2. Omnium tamen acutissimè eam exponit Baconus, qui arcanum imperii continere fabulam ostendit, ac docet, quâ arte scilicet reges se versus consilia sua gerere soleant, ut authoritas & majestas eorum apud populum augeatur & extollatur: quem videsis cap. 30. prædicti libelli de Veterum sapientia. *Πρώτην ἄλοχον.*] Diversas enim uxores habuit Jupiter, primò Metin, deinde Themin. Terziam cepit in regione Gnosia apud fluvium Therenum, ut tradunt nonnulli. Postremam duxit Junonem, quam semper tenuit. *Θέτν.*] *Ἔθετν*, id est, *ἠράσατο*. *Μῆτιν.*] Nomen hic mulieris, quæ fingitur Oceani & Thetyos filia.

887. *Πλείστα θεῶν.*] Laudat eam à rerum divinarum humanarumque scientia.

888. *Ἠμὲν Τέξομήν.*] *Τεξομήν. Γλαυκῶπιν.*] *Γλαυκώφθαλμον. Ἀθήνην.*] *Ἀθηνᾶν.*

890. *Αἰμυλίοισι.*] *Ἀπατηλοῖς, εὐσταλέσι. Ἔλυε.*] *Ἔδυσε. Ἐσκάθετο.*] *Ἐσκατέθετο*, per syncopen. *Νηδύν.*] *Κοιλίαν*, de qua voce alibi.

892. *Τὼς γάρ οἱ.*] Rationem reddit poëta, cur Cœli & Terræ consilio Metin devorarit Jupiter, quia nimirum in fatis erat, ex ea nasciturum, qui patre esset fortior. Hoc ut præcaveret, Jupiter, Metin deglutivit. Ex qua *κυοφορούσῃ* pro uxore gravidus factus Deorum rex, Minervam concepit, ac peperit, de quo Jovis puerperio dialogus extat festivissimus apud Lucianum. Jovis nomine nonnulli hic intelligunt Rationem, seu internam mentis illuminationem: at Metis consilium est, quæ duo cum inter se coëunt, nascitur Minerva, hoc est, *prudentia*. Quæ quidem prudentia cum per experientiam comparetur: experientia fiat per sensus: sensus autem in capite sedes suas habeant, qui objecta sensibilia, & rerum singularium species ad,

intellectum deferant, non ſine cauſſa finxere poëtæ Minervam è Jovis cerebro natam eſſe. Quod verò à Jove prohibitus ſit ex Metide naſci alius Deus impudens aut improbus, eo ſignificatur, ex prava conſultatione pravas naſci actiones. Facilè enim conſilium, niſi ad amuſſim rectæ rationis & internam mentis noſtræ lucem dirigatur, in malum degenerat, nec niſi nefarias producit machinationes: verum ubi Jupiter accedit, id eſt, *recta ratio*, quæ bonum & malum ſibi proponens, alterum ab altero diſcernit, ut quod melius eſt ſequatur, tum vera naſcitur prudentia. Hæc virtus cum ad varias ſeſe extendat res, cunctiſque ferè actibus ſit communis teſte Cicerone, hinc & Minerva ſcientiarum omnium præſes, & belli paciſque arbitra eſſe creditur. Dicitur item par patri Jovi habere robur, ob prudentiæ vim, quæ fortitudine potior. Τὼς.] Οὕτω per aphæreſin. Nonnulli codices habent τὼ, quod minus probo. Οἱ.] Ἀδικῶ. Βασιλῆϊδα.] Βασιλικὸν.

893. Διὸς αἶψα.] Pro, αἶψα τοῦ Διός. Anaſtrophe. Ἀϊεηφιζόων.] Æolicè ἀϊδηφιζόντων, hoc eſt, ἀϊδηνίζοντι.

894. Ἔμμορε.] Alii cum ſpiritu aſpero legunt ἕμμορε, quod Atticum eſt. Πεφράσσατο.] Φρονιμώτατος. Γενίζ.] Pro γενέτης. Quod facit particula δυνητικὴ ἂν non expreſſa ſolum, ſed & ſubintellecta.

895. Τριτωνίδα.] Quod juxta Tritonem Bœotiæ fluvium nata eſſet.

896. Μίν.] Δυόαμιν.

897. Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ.] Continuatio fabulæ ſuperioris. Poſtquam, inquit Heſiodus, filium paritura eſſet Metis patri ſucceſſorem regnique hæredem, prius eam devoravit Jupiter, ut conformiter oraculo indicaret illi Dea, quid conſervando regno conduceret, quid contra. Eo docetur Metin, quo nomine *conſilium* denotatur, nec bonam eſſe per ſe, nec malam, ſed tunc utilem mortalibus exiſtere, cum ſanæ rationi & primogeniæ mentis rectitudini congruit, quæ Jovis voce deſignatur. Ex cujus utriuſque mixtura & quaſi *commixtione* naſcitur Minerva, id eſt, vera animi prudentia. Docetur item per devorationem Metidis, Jovem, id eſt, rationem prava conſilia intra pectus abſcondiſſe, ne exſecutioni mandarentur: Prudentiamque, quæ in conſultando præcipuè verſatur, matrem eſſe Sapientiæ: utramque Jovis, hoc eſt, Dei cœleſtis ſingulare donum. Neque enim tam infantes fuere priſci Sapientes, ut ejuſmodi fabulas temere

mere confingerent, ſine ſucco ullo bonæ doctrinæ. Παῖδα.] filium, qui ex Jove & Metide naſciturus eſſet.

898. Ἥμισυ.] Ἔμισυ, incremento Attico. Ὑπέρβιον ἦτορ ἔχουσα.] Μεγαλόψυχον.

899. Πρόσθεν.] Πρότερον. Ἐξαύτις.] Pro ἐξαπάντης. Supra: ἀλλ' ἐσαπάντησιν νοῆσαι.

900. Ὡς δὴ οἱ.] Ἵνα δὴ αὐτῇ. Φράσσατο.] Φράσατο. Θεμὶ.] Metis. Ἐσθλά τε κακά τε.] Rectè. nam utrumque prudentiæ objectum, quorum alterum ab altero diſcernit.

901. Δεύτερον ἠγάγετο.] Jovis matrimonium enarrat cum Themide initum, & utriuſque ex eo ſobolem. Poſt devoratam Metin, inquit Heſiodus, Jupiter ſecundis nuptiis uxorem duxit Themin. Themis autem Latinis Juſtitia, cujus officium eſt, ſervare unicuique quod ſuum eſt. Ejus genealogiam ſupra memoravit poeta, Joviſque filiam eſſe dixit. Quæ virtus cum in omni regimine neceſſaria ſit, fabulati ſunt poëtæ, Jovem quoque poſt Metin matrimonio ſibi junxiſſe Themin, cùm utraque & Prudentia, & Juſtitia in Jove, velut primo & inexhauſto virtutum omnium fonte reſideant, indeque ad homines dimanent. Phyſiologi per Themin intelligunt, *rerum omnium bonam conſtitutionem, quâ debito ordine cuncta moventur.* Hæc autem Horas peperiſſe dicitur, id eſt, diverſas anni tempeſtates, quæ & Themidis filiæ finguntur, cælique portis præeſſe creduntur, quinimo curam habere, ut modò ſerenum, modò nùbilum ſit cælum, à quibus videri poſſunt quatuor anni tempora *Horæ* appellata. Sic autem dicuntur, ut docet Heſiodi interpres, ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, quod eſt φυλάσσειν, *cuſtodire.* Credebantur enim non ſolum Jovis eſſe cuſtodes, ſed & hominum actiones obſervare, unde & ὁρᾶν, idem quod φύλαξ, *cuſtos.* At Plato in Cratylo ſic vocatas putat ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod eſt *finire, terminare*, propterea quod terminent hyemem & æſtatem, & flatus, & qui ſunt ex terra fructus. Macrobius verò Horarum nomen ab Ægyptiis arceſſit, quibus Orus Apollo eſt ſive Sol, ex Hebræo אור id eſt, *lux, ſplendor.* A Solis enim verſione quatuor anni tempora dependent, Ver, Æſtas, Autumnus & Hyems. Nomina Horarum ſunt Eunomie, Dice, & Irene, quas ſolenni hymno celebrat Onomacritus cum ſuffitu aromatum. Εὐνομία à bona legum conſtitutione, vel larga diſtributione nomen accepit. Δίκη juſtitia eſt. Εἰρήνη, *pax.* Nihil itaque aliud harum Divarum fictione ſignificari volunt poëtæ, quam leges, juſti-

tiam & pacem Dei dona esse, & cultum agris inducere, variaque anni tempora distinguere: cum bella, injuriæ, contentiones depopulentur omnia, & impediant, quo minus opera sua in agris excolendis perficere liceat agricolis. Ex Jove & Themide natæ dicuntur, quod ex observatione rerum divinarum ac legum civilium talia bona nobis obtingant. Nam rerum omnium abundantia comes est probitatis, ut annonæ penuria scelerum & impietatis est assecla: neque ullum ferè speculum offertur illustrius malitiæ vel bonitatis hominum, aut divinæ in nos iræ, quam temporum vicissitudines. Δεύτερον.] Δεύτερος. Ἠγλαόχρωτι.] Ἠγλαός. Λιπαρῷ.] Λιπαρὸς, propriè *oleo unctus*, ac proinde *splendidus*. Solebant Veteres se oleo inungere, vel nitoris, vel fragrantiæ caussa. Epitheton Themidi conveniens, quæ vegeta semper & bene fragrans ob justitiæ fructus. Θέμιν.] Justitiæ Dea. Ὥρας.] Sic vocat quatuor anni tempestates, ὅτι ἀφορίζουσι τὰ ἔργα τοῖς ἀνθρώποις, quod *ad maturitatem perducant opera mortalibus*. vide suprà notata.

902. Εὐνομίην.] Nomen Deæ, quasi dicat, *bona legum constitutio*. Δίκην.] Δικαιοσύνη. hic filia Themidis. Εἰρήνην.] Pacis Dea, ab εἴρω, *necto*, quod animos dissidentium inter se connectit. Τεθαλυίας.] Θάλλω, *floreo*. Hinc cum spicis effingebatur Pax, vel oliva, aut lauro coronabatur, Plutumque manu ducebat; quo docebant Veteres, non belli tempore, sed pacis coacervari opes.

903. Ὥρας.] *Matura reddunt*: alii *speciosa*. Qui ἀφορίζουσι legunt, exponunt, φυλάσσουσι, sed sine exemplo. Grotius apud Stobæum reposuit ἀφρίζουσι quod poëticum, pro ἀφορίζουσι, ab ἀφρίω, τὸ φυλάττω, ἢ φρουρίζω.

904. Μοίρας θ' ἃς.] Parcarum describitur nativitas. Hæ quoque ex Jove & Themide natæ perhibentur, ex quarum imperio & voluntate quicquid homini obtingit boni malive, pro jure & meritis, nec nisi Jovis sapientissimi consilio evenire creditum est. Supra Nocti is filias esse dixit, quod fatalia sint obscura. Tres autem memorat poëta, Clotho, Lachesin & Atropon, respiciens tripartitum hominis tempus, quo gignitur, vivit, moritur. Sorores inter se esse finguntur lanificæ, vitæ humanæ quasi stamina dispensantes, quas & Necessitatis filias dixit Plato. Hinc Lachesi nomen ἀπὸ τοῦ λαχεῖν, quod est *sortiri*, quia fatum sortitò cuique obtingit. At cum suum cuique pensum neatur, Clotho dicta est altera, ἀπὸ τοῦ κλώθειν, quod

quod *nere* significat. Atropos verò appellatur, eo quod sit immutabilis vertique nescia. Deorum enim decreta rescindi nequeunt. *Non sollicitæ possunt curæ Mutare rati stamina fusi*, inquit Seneca in Oedipo. Latinis dicuntur Parcæ, non κατ' ἀντίφρασιν, quasi minimè parcant, ut putatur vulgò, sed potius quod parcant. Duæ enim nent: sola Atropos recîdit filum. Alii tamen à partiendo deducunt, ut Parcæ dicantur quasi *partæ*, quemadmodum apud Græcos μοῖραι, & εἱμαρμένη, ἀπὸ τοῦ μείρεσθαι, hoc est, *à partiendo* nomen accepere. Unde *partitia fata* dixit Ammianus Marcellinus. Astrologi ad æthera & siderum posituram Parcas, ut & Fortunam, referunt. Philosophi plerique ad Lunarem potestatem. Sic enim illi existimabant, prout Luna blandè aut torvè aspexerit, ita homines celeriter aut tardè nasci & denasci, ingeniumque sortiri, aut mores, & pro iis fortunas. At Christiani pro Parcarum tabulis, & Gentium fato divinam agnoscunt providentiam, qua res à se creatas ita moderatur Deus, ut sine ejus voluntate & consilio, nihil boni malive, hoc est, adversi contingat homini in hoc mundo, casum omnem & fortunam longissimè à supremo Numine removentes. *Μοίρας θ'*.] Sup. ἔπεκεν, quod præcessit. *Θ' ἵς.*] Αἷς. *Πόρε.*] Ἔπορε.

905. *Αἵ τε*] Τε redundat.

907. *Τρεῖς δὲ οἱ Εὐρωνόμη.*] Gratiarum porrò recensetur genealogia, quas ex Iove & Eurynome filia Oceani prognatas esse tradit Gentium vates. Onomacritus in hymnis non Eurynomes, sed Eunomiæ & Iovis filias esse ait. Alii Veneris & Liberi. Quibus & templum exstruxit Eteocles, divinumque cultum exhibuit, teste Pausania in Bæoticis. Nonnulli duas tantum statuerunt Gratias. noster hic tres, ut & reliqui poëtæ, tam Græci quam Latini. Dicuntur Iovis & Eurynomes filiæ, quia fertilitas agrorum frugumque abundantia, non nisi pacis beneficio provenit. Hinc & Diva illa nomen accepit à latè pascendo. nam εὐρὺ, *latè*, & νομὴ *pascuum*. Alii Eurynomen legis constitutionem interpretantur, ex εὐρὺ, & νόμος, id est, *lex*. Ubi enim leges & æquitas dominantur, cessatque vis & latrocinia & direptiones alienarum rerum, ibi rident agri, lætantur cives, florent vici & oppida, frequentantur Deorum templa, rebusque omnibus ornamentum accedit & incrementum. Hoc tamen munus non solius est Eurynomes, vel Eunomiæ, sed præcipuè Iovis. Nam humanæ facultates nullæ sufficiunt

ad Gratiarum procreationem, cum ad hoc divina opus sit clementia, & aëris temperie optimè affecti, quæ Iovis nomine designatur. Unde & Antimachus poëta Gratias Solis & Ægles filias indigetavit, cum nihil sine divina bonitate, solisque calore nasci posse crediderit. Peperisse autem fingitur Eurynome tres sorores, nempe Aglaiam, Euphrosynen & Thaliam, quia triplex est utilitas agriculturæ, è cultu agrorum, arborum, & animalium. Aglaia à splendore nomen adepta est. Euphrosyne lætitia est, qua ex agrorum cultu & ubertate dominum afficit. Thalia ἀπὸ τῦ θάλλειν dicta, quod est *pullulare*, *florere*. nihil enim aliud est, quam amæna arborum pullulatio. Qui moraliter fabulam considerant, Gratias ut beneficiorum Deas crediderunt ἐκ τῦ ἐπαινεῖν, quoniam sine agrorum fertilitate nemo dives, nemo munificus esse possit: quæ propterea nudæ pinguntur & virgines sibi connexæ, quod de dandis & accipiendis mutuò beneficiis interpretatur Seneca in libro de Benef. cap. 3. unde & Eurynomen sic vocatam putat à larga distributione, quia latè patentis patrimonii sit, beneficia dividere, ab εὐρὺ & τὸ νέμειν, quod est *distribuere*. Οἱ.] Αὐτῷ, Jovi. Χάριτες.] Sic dicuntur ἀπὸ τῦ χαρᾶς, *à lætitia*. Καλλιπαρήιους.] Æol. καλλιπαρείους, *roseas genas habentes*, hoc est, *formosas*, per synecd. poëtis usitatam. παρειὰ, *genam* significat.

908. Κόρη.] Θυγάτηρ. Πολυήρατον εἶδος.] Μορφὴν ἀπὸ πολλῶν ἐρασθεῖσαν.

909. Ἀγλαΐῃ.] Sunt qui habent Ἀγλαΐῃ, Ionica dialysi. Θαλίην.] Θαλία Gratiarum una: at Θάλεια Musarum.

910. Τῶν.] Pro ὧν. Ἀπὸ βλεφάρων.] Ὀφθαλμῶν, ex aspectu enim nascitur amor. βλέφαρον propriè *palpebra*. Ἔρος.] Ἔρως. Εἴδετο.] Pro εἴδει, per Enallagen temporis. εἴδω pro λείβω, *libo*, *fundo* per aphæresin, quod Æolicæ linguæ proprium esse volunt. Διερομένων.] Διερομένων.

911. Λυσιμελής.] Epitheton amoris, quod *membra solvit* vel *enervat*. Tribuitur etiam somno ab Hesiodo. Καλόν.] Χαλεπόν, ἀλυσιτελές. Unde πρὸς χαλεπὰς ἀνίας jubentur, qui tristes & solliciti sunt. Ὑπ' ὀφρύσι.] Superciliorum contractione, vel elatione mentis nostræ ἀλγηδόνα indicamus. Διερεῶνται.] Pro διερωῶνται, quod poëticum, pro διέρχονται.

912. Αὐτὰρ ὁ Δήμητρος.] Proserpinæ ex Jove & Cerere natales refert. Historicam Plutonis & Cereris genealogiam supra tradidit, quam Cereris & Jovis filiam esse dixit, quæ ob cor-

poris

poris formam à Plutone rapta postmodum uxor ejus facta est & inferorum regina. Locum non expressit auctor noster. Bacchilides in Creta raptam ait. Phænodemus ex Attica regione. Cicero & plerique poetæ Siciliam statuunt propter fertilitatem & amænitatem loci, qui & Physicè fabulam interpretatur in l. 2. de natura Deorum, itemque in actione sexta in Verrem: Ceres igitur terra est, quatenus frugifera, cum hac coit Jupiter, cum sol sive æther, cui præest, se terræ miscet, eamque calore suo & imbribus fœcundam reddit. De quo sic Virgil. 2. Georg.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium læta descendit.

Cereris filia nominatur Proserpina, quod semina quæ jaciuntur in terram, è præteritis fragibus sunt exempta. Jovis item gnata fingitur, quod sine calore cælesti & pluviis nihil producat Terra. A Plutone verò rapitur, quando frugum semen in terram conjicitur, sulcisque injectis quasi sublatum obtegitur. Jupiter tamen, ut Cereris quærentis dolorem mitigaret, statuisse fertur, ut alternè sex menses apud maritum, totidemque cum matre degeret Proserpina: quæ de seminis item virtute exponunt mythologi. Semen quippe sex menses latet sub terra, dum Sol versatur in signis Australibus: idem emergit tandem & ad maturitatem perducitur, quando ad Borealia signa redierit paulatim. At Bacon, Chymicè Proserpinæ nomine spiritum denotari vult à superiore globo divulsum, subque terra per Plutonem repræsentatâ, clausum. Hic raptus à terra fingitur, quia minimè cohibetur, ubi tempus & moram habet ad evolandum, sed subita distractione compingitur & figitur. Quæ consideratio etiam Naturæ est, vimque illam & copiam spectat in subterraneis divitem & frugiferam, ex qua hæc omnia pullulant, & in quam rursus solvuntur, & redeunt. vide libellum supra dictum cap. 29. ubi fusius hanc fabulam exponit. Αὐτὰρ ὁ] Οὗτος δὲ. Iupiter. Πολυφόρβης.] Παρὰ τὸ πολλὰς φέρβειν, ἤγουν τρέφειν. Ἐς λέχος ἦλθεν.] Συνουσίαζε.

913. Ἀδμήλιον.] Καλλιώ. Est fere epitheton Iunonis apud Homer. de quo supra. Ἀϊδωνῆος.] Poëticè Ἅιδης, *Pluto.*

914. Ἥρπαξεν] De raptu Proserpinæ legesis elegantissimum poëma Claudiani. Ἧς ἄπο μητρὸς μηλέης.] Absente matre, dum flores legeret in Ennensium nemore, ut fabulantur poëtæ. Ἔδωκε.] Pro ἀπέδωκε, *reddidit* eam matri: vel Plutoni uxorem *habendam dedit* Iupiter.

915. *Μνημοσύνης.*] Musæ Iovis & Mnemosynes filiæ, quas novem fuisse tradit Hesiodus. unde & *Novensiles* Camænæ Veteribus dictæ, quibus hymnum scripsit Onomacritus cum suffitu thuris. Conviviorum, & omnis lætitiæ præsides facit poëta. Hinc apud nonnullas Græciæ civitates, præsertim Lacedæmonios obtinuit, ne ad epulas convivæ invitarentur plures, quam novem, in gratiam novem Musarum. Carminum quoque & Musicæ inventrices sunt habitæ, cujus quanta sit vis in animis hominum, ostendit Lucianus in Dialogo de Gymnasiis, & Cicero in lib. 3. de Oratore. Ex Iove natæ finguntur, quia omnis scientia, & optimus animi affectus ad eam imbibendam, non nisi divinitus in nos influit, cum omne bonum datum sit de cælo descendens à patre luminum. Mnemosynes item filiæ dicuntur, quia memoriæ beneficio & acquiruntur scientiæ & conservantur. Nam *μνημοσύνη* idem est quod *μνήμη*. Novem esse perhibentur propter novem earum inventa, quorum singula singulis adscribuntur, de quibus supra dictum, ubi etiam nomina earum, & origines excussæ. Hic mirari libet Gentilium cæcitatemne dicam, an væsaniam, qui non tantum homines, & res animatas, sed & virtutes, artesque ipsas in Deas transformarunt. Quid enim aliud sunt Musæ, quam artium & scientiarum nomina ab hominibus divina benignitate repertarum? quas, cum per se divinæ sint, variisque delectationibus afficiant mortalium animos, è cælestibus sphæris ad nos descendisse sentiebant Pythagoræ sectatores. *Ἐξαῦτις.*] *Πάλιν, ἐκ δευτέρου. Ἐφίσατο.*] *Ἡφίσατο. Καλλιπόμιο.*] *Καλλιπόμη*, id est, *καλῆς*, per synecd.

916. *Χρυσάμπυκες.*] Id est, *τίμιαι*. Sic & Musas insignit Pindarus in Isthm. Od. 2. *ἄμπυξ*, propriè *ornamentum capitis muliebris, seu lorum quo comas cohibebant, ἀπὸ τῆς ἀμπίσχειν τὰς τρίχας.*

917. *Τῆσιν.*] *Ταύταις, ἢ αὐτῆς. Ἅδιν.*] Pro *αὐδάνω* i. ab *ἥδω, delecto*, quod in imperfecto & Aoristis *placendi* significationem habet. *Θαλίαι.*] *Εὐωχίαι. Τίψις ἀοιδῆς.*] Hinc cantus & saltatio *ἀναθήμασιν ἄδουσι* Homero Odyss. 1.

918. *Αὐτὰρ ὅ γ' Ἀπόλλωνα.*] Apollinis & Dianæ natales enarrat poëta, quos è Jove & Latona esse docet: siquidem Latona à Jove compressa uno partu Apollinem & Dianam peperit. Herodotus in Euterpe non Jovis, sed Dionysii & Isidis sobolem fuisse Apollinem & Dianam scribit, nec Latonam matrem, sed nutri-

nutricem duntaxat, cum utrumque à Cerere apud se depositum servarit. Diversitas scriptorum ex eo nata, quod plures fuerint Apollines & Dianæ, quorum omnium res gestæ ad unum Apollinem Latonæ & Jovis filium referri solent. Scholiastes Græcus rationem afferens fabulæ hujus, ideo Latonam matrem Apollinis fingi tradit, quod suavitas Muficæ, cujus inventor Apollo, malorum omnium oblivionem inducit, quæ sunt in hac miserrima & molestiarum pleniſſima vita. Hinc & Latone nomen λάθη τῆς λήθης, *ab oblivione*, ὅτι ὁ μουσικὸς ἐπιλανθάνεται τῶν ἐν βίῳ κακῶν, inquit idem Scholiastes. Nec Apollinem solum peperit, sed & Dianam, quod similiter ad Muficæ virtutes refert Diaconus. Nam ea vis est harmoniæ, ut modo ad lenitatem muliebrem animos mortalium inflectat, modo ad fortitudinem erigat & inflammet, strenuosque faciat. Quod idem ostendit exemplo Timothei Mufici quondam præstantissimi. Hic, ut memoriæ proditum est ab Aristoxeno in lib. de Tibicinibus, cum mufica instrumenta apud Alexandrum Macedonem pulsaret, ita ejus regis animum inflammavit, ut ad capienda arma è convivio exilierit: deinde cum ab illa tam acri chordarum tractatione ad leniorem modum deveniſſet, iterum accubuit. hinc & diversorum modulorum in bello usus ad incitandos, vel revocandos è prælio milites. Sunt qui fabulam ad venationis studium reducant, ideoque Latonam matrem Dianæ fingi dicant, quod venationis exercitatio plurimum conferat ad deponendas & delendas animi molestias, secundum illud Nasonis:

Vel tu venandi studium cole. sæpe recessit
Terpiter à Phœbi victa sorore Venus.

Quod de amantium curis & miseriis, idem & de aliis vitæ humanæ calamitatibus dici potest. Alii rursus, ut Platonici, creationem mundi hoc figmento designari volunt, cujus opifex Jupiter est, materies Latona, *à latendo* sic dicta, quod antequam lux foret, omnia in tenebris delitescerent, donec Deus universi conditor ex informi chao Solem, Lunam, cæteraque elementa in suum digesserit locum, ita ut Sol vi maxima caloris superiorem ætheris nactus sit locum; Luna inferiorem, utpote ex crassiore constantem natura. Nam Apollinem esse Solem: Dianam, Lunam, docet Plato in Cratylo, & Cicero in 3. de natura Deorum. Sed de his abunde in superioribus dictum.

919. Γραφῶσι.] Ἐπιθυμητικόν. Γένεσ.] Τίτωσ. Περὶ πάθων.]

Υἱὲς πάντες. Οὐρανιώνων.] Θεῶν. Malè in aliis legitur πάντες retracto accentu.

921. Λοιθοῷτιλω δ'.] Heben, Martem & Lucinam Jovis item & Junonis progeniem esse tradit. Juno nihil aliud est Physicis, quam æther sive natura Jovi subdita, quæ pro multiplici Jovis significatione variat. Interdum Jupiter est æther sive cælum: atque ita Juno sit aër. Interdum Jupiter est cælum cum aëre superiori, quo pacto Juno est aër inferior cum terra. Hæc Jovis uxor dicta est, quia cælum influxu & calore suo in terram agit, neque terra sine cæli agitatione quicquam producere possit, quod ex Homericis patet versibus Iliad. lib. ξ.

Ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἠν ἄλοχόν περ.
Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην.
Sic ait, uxorem amplexus Saturnius hinc est.
Sub quibus alma parit tellus cum gramine flores.

Dein Juno Heben peperit, quæ filia ejus dicitur, ut docet Cicero in lib. 1. Tuscul. quæstionum, quoniam è felicissima aëris temperie, quæ Junonis nomine intelligitur, omnia herbarum arborumque genera pullulant & pubescunt. ἥβη enim *pubertas*. Hæc sine Jove nasci haud potuit, cum nulla sit aëris temperies, quam non afficiat ætheris calor ex motu, cum omnis corporum inferiorum actio ex agitatione superiorum proveniat. Qui enim potest aër aliquid ad ortum evocare, nisi solis ætherisque regionis calore concitatus? Martis soror quoque vocatur Hebe, quoniam ubertas rerum omnium & fertilitas agrorum ex ejusdem aëris temperamento oritur, ex quo etiam bella & illorum omnium devastationes: Mars præterea bonitate regionum alitur, cum nemo prope de sterili & inope regione contendat: vel ut aliis placet, quia affectus quodammodo aër divinitus bellorum & discordiæ semina imprimit animis mortalium. Lucina indidem Jovis & Junonis filia nominatur, quæ Græcis Εἰλείθυια, quod præsto sit parturientibus. A Luna enim humores augeri notum est, quod cum fiat per aëra, quem modo Iunonem, modo Iovem appellabant Veteres, jure Lucina sive vis illa, quæ agit in inferiora corpora, Iovis & Iunonis filia dicta est. Plutarchus Sympos. 3. Probl. 1. de Luna loquens. *Nam cum orbe*, inquit, *fulget dimidio ad partum conducit, quia laxando humores dolorem parientibus mitiget.* Atque addit, hinc eam Λοχείαν & Εἰλείθυιαν nuncupari. Lucina à Latinis vocatur, quod per noctem luceat: vel quia in lucem venire faciat ex utero

utero fætum. Sed pluria hac de re in ſuperioribus notata. Ἀεὶ-θαλέϊτιν.] Ἐχαίτιν. Θαλερὴν.] *Iuvenculam adhuc & ætate florentem.* Ποινοπὸς.] Ἡγεμὼν. Supra dixit, ἴθυν. Ἄγριν.] Γυναῖκα.

922. Ἄρην.] Hinc inepti ſunt, qui Martem ſine patre natum volunt. Εἰλείθυιαν.] Sic dicitur Græculis ὠδὶς τὸ ἐλεύθειν εἰς τὰς πλείονας. At Clariſſ. Seldenus deducit ab Arabico *Lilith*, vel *Alileth*, quomodo Aſianis vocabatur, quæ Europæis *Ilethyia*, Deaque erat puerperis timenda, ideoque ſupplicationibus placanda. Vide Syntagma ejus cap. 2. de Dîs Syris.

924. Αὐτὰρ ὁ' ἐκ.] Sequitur Minervæ generatio, quam è Iovis capite natam eſſe dicit, eamque epithetis aliquot exornat ab ejus natura & officio petitis. Hujus Deæ nativitatem ſupra quoque tradit auctor. Ægyptii, à quibus Minervæ cultus in Græciam defluxit, φυσικῶς hanc fabulam interpretantur, & per Minervam aërem intellexerunt, quam Iovis filiam & ſemper virginem fuiſſe tradiderunt, eo quod aër natura corruptioni obnoxius non ſit, & ſummum univerſi mundi locum obtineat, unde è capite Iovis nata fingitur. Sapientiæ item Dea habita, quoniam res divina & Dei munus eſt ſapientia, tum memoriæ & ſapientiæ ſedes eſt caput, in quo divinum & incredibile Dei & naturæ opificium conſpicitur. Belli eadem præſes credita, quoniam in bellis gerendis præcipuè neceſſaria eſt ſapientia. Unde non Achillem, vel Ajacem πτολίπορθον dixit Homerus, ſed Ulyſſem, ob vim prudentiæ. Αὐτὰρ.] Ζεὺς. Ἐκ κεφαλῆς.] Scil. ἐγειναῖο, quod anteceſſit. Τετιγυῖαν.] Τῷ Ἀθηναῖν.

925. Ἐγερεκύδιμον.] Sic vocatur à tumultibus bellicis, quos excitare dicitur. κυδοιμὸς, *tumultus*: ἐγείρω, *excito*. Ἀγέρωχον.] Διὰ τὸ ἀεὶ λαοὺς, καὶ διεξάγειν τὰ πολέμια. Ἀτρυτώνην.] Quaſi ἄτρυτον ἐν μάχῃ, quod *indefatigabilis ſit in bello*, ut exponit Heſychius, apud quem corruptè legitur ἄτρωτον.

926. Πότνιαν.] Αἰδοίαν. Ἄδην.] Ἀρετὴν. Κίλαδον.] Βοήν. Clamores intelligit militum in bello.

927. Ἥρῃ δ' Ἥφαιστον.] Vulcani nativitas refertur. Hunc à ſola Iunone progenitum volunt nonnulli, & quidem ſubventaneo conceptu, ut de equabus refert Virgilius 3. Georg. quæ ſine maribus concipere dicuntur. At Homerus, quique eum ſequitur Heſiodus, & alii, è Iove ac Iunone Vulcanum eſſe natum aſſerunt. Nam Iuno, quæ phyſicè aër eſt, ſi conſiſtere

poſ-

poſſit & à nullo vi externa caleſiat, nullum Vulcanum, vel Martem, vel Heben ex ſe genuerit: quia calor artifex eſt, mariſque locum obtinet in rerum naturalium generatione. Neque mirum eſt, ſi, cum elementa & ſidera pro Diis culta ſint, hic quoque tanquam Deus fuerit exceptus, quippe cum idem Sol, Luna, æther, aſtra, igniſque putaretur. Si hiſtoricis fidem habemus, ſecundum Sacerdotes Ægyptios primum in Ægypto regnaſſe Vulcanum ajunt, eique divinos poſt mortem honores attributos propter ignem inventum, ſed ut rectè notat Cl. Voſſius, longè antiquius Ægyptio illo rege eſt ignis inventum: Deinde nec Vulcanus tam in Deos relatus eſt ob repertum ignis, quam ob ignis in arte fabrili uſum, adeo ut eorum libens ſubſcribam ſententiæ, qui Vulcanum antiquiſſimum non alium fuiſſe putant, quam Tubalcain Lamechi filium, prout Moſes tradit Geneſ. 4. verſ. 22. quod & ipſum nomen Vulcani indicare videtur. Sed de his ſupra dictum in principio hujus libri. Κλυτόν.] Ob varia & inclyta opera, quæ fiunt per ignem.

928. Ζαμφίηλος.] Ἐζαμφίηλος. ζαμφίω, *vires intendo, iraſcor*, ex ζα pro λίαν, & μένος, *robur, animus, ira*. Sunt qui verſus poſteriores tranſponunt, ut ſecundo tertium præmittant ablata parentheſios nota.

929. Ἐκ πάντων.] *Præ omnibus*. ἐκ poſitum vice ἀφέ. Κεκασμήτορ.] Κεκοσμημένον.

930. Ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης.] Tritonis generatio, quem Neptuni & Amphitrites filium eſſe tradit. Oceani ac Neptuni buccinator & tubicen vocatur à poëtis, de quo etiam Ovidius lib. 1. mirandi operis. Ejus formam deſcribit Apollonius lib. 4. Argonaut. & Virgilius lib. 10. Æneidos. Superiore enim parte corporis hominem referebat: inferiore in caudam deſinebat Delphini. Humanam quoque vocem habuiſſe teſtatur Pauſanias in Arcadic. qui memoriæ prodit Tritonem quendam ſolitum fuiſſe apud Tanagræos quæcunque pecora ad mare agerentur, adoriri, quinetiam leviora navigia invadere. Scribit item Plinius lib. 9. cap. 5. Tiberio principi nunciatum fuiſſe ab Olyſſiponenſium Legatis ob id miſſis, viſum auditumque in quodam ſpecu concha canentem Tritonem ea qua naſcitur forma. Petrus Gilius in additamentis Æliani, de Tritone loquens: *Cum degerem*, inquit, *in Græcia, in Albaniæ provincia ad fontem prope maris littus ab accolis frequentatum, mulieres & puellæ ad aquam hauriendam accedebant quotidie: quas cum Triton*

non cerneret in littore maris latitans, ſenſim in terram emergebat, & clanculum ex eis, quam vellet, rapiebat & violabat: qui tandem comprehenſus & in carcerem truſus mœrore confectus obiit. Neptuni & Amphitrites filius dicitur Triton, quia monſtrum marinum creditur. Aqua vero omnium elementorum maximè ad varia monſtrorum genera procreanda fertilis eſt. Deinde cum ignota & rarius viſa in admirationem facilè rapiant imperitam plebeculam, hinc divinum quippiam eſſe, & ut timentium animi ad ſuperſtitionem ſunt proclives, pro numine habuerunt, in cujus poteſtate eſſent navigantes. Cui ſi accedat precantis alicujus liberatio & præconium, nihil deſideratur ultra ad tanti monſtri ἀποθέωσιν. Hinc illud Peligni vatis:

Cæruleos habet unda Deos, Tritona canorum,
Proteaque ambiguum, balænarumque prementem
Ægaona ſuis immania terga lacertis.

Ἀμφιτρίτης.] Nerei & Doridis filia, de qua in ſuperioribus. Ἐνοσιχθονίου] Ποσειδῶνος.

931. Εὐρυβίης.] Tritonis hic adjectum ob vim maris longè lateque diffuſam.

932. Πυθμένα.] Τὸ βάθος. Πολιοῦ ἁλὸς.] Neptuno maris præfecto.

933. Χρύσεα.] Τίμια. Δῶ.] Pro δῶμα per apocopen. Διὸς θυγάτηρ.] Appoſitivè. Ἁρμονίη Ἄρηϊ.] Veneris cum Marte concubitus recenſetur, ex quo nati Terror & Metus, quod eorum cauſſa ſit bellum. Venus cum Marte rem habuiſſe fingitur, vel quod naturali quadam inclinatione ad adulteria propenſi ſint illi, in quorum nativitate exiſtat Venus cum Marte conjuncta, quomodo fabulam aſtrologicè refert Plutarchus in libello de audienda poëtica: vel moraliter, quod qui militiam ſequuntur, fere adulteri & ſcortatores eſſe ſoleant, non diſſimiles Marti ſuo, qui nullam legitimam uxorem habuiſſe dicitur, ſed multas pellices, ex quibus prolem ſuſcepit. Sunt qui figmentum eo vertunt, quod per Martem ſignificetur ignea vis: per Venerem humor temperatus, ex quibus duobus perficitur generatio. Docetur item, quanta ſit amoris potentia, ut etiam ferociſſima quæque pectora domet, Martemque ipſum armis ſpoliet. Porro Terrorem & Metum ex Venere ſuſcepit Mars, qui effectus ſunt belli, Martiſque filii, quemadmodum & Homerus fabulatur, Iliad. lib. 15. qui Δεῖμον & Φόβον, Martis equos appellat, currumque ejus trahere fingit, cujus auriga ſit Bellona,

na. Hi Martem aſſiduè ſequuntur. In Deos relati ſunt ab Hoſtilio rege ut teſtatur Livius, quod commiſſo inter Romanos & Vejentes prælio nunciatum eſſet regi Albanos deſciſcere, pallereque & pavere Romanos, quibus ut placatos redderet, templum erexit, & ſacra fecit. Vide Patavinum ſcriptorem lib. 1. Harmoniam quoque ex eodem Martis & Veneris concubitu natam fuiſſe ait poëta. Hæc cum adoleviſſet, Cadmo Thebanorum regi à Jove in matrimonium data. Veneris & Martis filia fuiſſe proditur, quoniam moraliter loquendo collapſas urbium partes & diviſas per Martem, coaptant iterum pulchreque diſponunt cives, qui in iis habitare deſiderant: unde laudatur illud Juſtiniani dictum: Καλὴν τὴ συμφωνίαν τῶν τ' ἀρχόντων, τὴ τ' ἀρχομένων κόσμον: qua ſoluta ſequitur ἀταξία, & perturbatio omnium reip. ordinum. Alii vim Muſices eo nomine deſignari putant, quæ non ſolum erigit animos jacentes, & calamitatum miſeriarumque humanarum cumulis oppreſſos ſuavitate quadam perfundit, ſed etiam ad bellum viriles animos inflammat. Ἄρηϊ.] Pro Ἄρει, Ion.

934. Γινοδόρῳ.] Martis epitheton *à perforandis clypeis*. Γίνος enim *pellis*, item *clypeus*: τορέω, *perforo*. Φόβον τὴ Δεῖμον.] Hæc duo diſtinguit Scholiaſtes. Φόβον vocat *fugam*, à φέβω, τὸ διώκω, *perſequor*: at Δεῖμον, *metum ex ignavia ortum*.

935. Κλονίοις.] Ταραγίτοις. Φάλαγγας.] Τὰς τῶν πολεμίων τάξεις.

936. Κρυόεντι.] Ab effectu. Πτολιπόρθῳ.] Martis adjunctum, quod & Ulyſſi tribuit Homerus.

937. Ἁρμονίαν.] Sunt qui *Hermionen* vocent. Καδμῳ.] Agenoris hic filius ex Phœnicia, qui ad quærendam Europam miſſus, cum eam non inveniret, in Bœotiam deflexit, ibique Thebas condidit, cumque Harmoniam Veneris filiam duxiſſet uxorem, Semelen & ſorores ejus genuit.

938. Διὸς.] Mercurii natalem enarrat, quem Jovis & Majæ Atlantis filium eſſe tradit. Plures fuere Mercurii. Cicero in lib. 3. de natura Deorum quinque nominat: tres Triſmegiſtus. At ex Græcorum Mercuriis non alius celebratior, quam *Atlantis magni Pleïoneſque nepos*. Huic enim cæterorum omnium res geſtæ & inventa transſcribuntur. De eo ſic Virgil. 8. Æneid.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum culmine fudit.

Huic autem Deo legationes & fœdera tribuerunt veteres: tum mer-

mercaturam, tum palæstram & lyram, ut scribit Diodorus in quinto historiar. suarum. Idem & litteras inveniisse, multaque vitæ commoda excogitasse dicitur, quare Jovis & Majæ, cœlestis benignitatis filius creditus est, & Deus habitus. Nam prisci Sapientes cum homines ad studium sapientiæ adhortarentur, ista de Mercurio finxisse tradunt. Hinc ut eloquentiæ & orationis quanta vis esset, ostenderent, dixere iidem, Mercurium esse nuncium Deorum & hominum. Per orationem enim voluntas Deorum, & sententia divinarum legum & tecta animorum nostrorum consilia, quæ non nisi auctore Deo proveniunt, explicantur. Unde & λόγιος dictus, eique linguam consecrarunt Veteres. In quem & hymnum scripsit Horatius lib. 1. Carm. Od. 10. ubi vide, si placet, quæ ad eum locum notavit doctissimus Lambinus. *Διΐ.*] Δii. *Ἀτλαντίς.*] Atlantis filia. Hinc & *Atlantis nepos* ab Horatio vocatur Mercurius in hymno. *Μαίη.*] Pro *Maia* nomen proprium matris Mercurii: circumflexè appellativum est, *mater*, *obstetrix*. *Κύδιμον.*] Κύδιμον: Nonnulli habent *φαίδιμον*.

939. *Κήρυκ' αἰθυσσόντων.*] Hinc Lystrenses Paulo, ut Mercurio divinos honores exhibere voluerunt, *ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου*, *quod ipse dux esset sermonis*, ut legere est Act. 14. cap. *Ἐπεὶ λίχνον αἰσυμνᾶσθαι.*] Συμβιβᾶσαι.

940. *Καδμείη.*] Bacchi generatio ex Jove & Semele Cadmi filia. Ægyptii Bacchum Osirim appellavere, qui cum fationem frumenti, & cultum vitium ipsos docuisset, aliaque humano generi utilia excogitasset, pro numine habitus est, nec Semeles tantum, sed & Cereris vel Proserpinæ filius creditus. Græci, ut omnes pæne Deos ad suam gentem revocant, Thebanum esse finxerunt, Penthei, Actæonis, Learchique infelicissimorum hominum affinem, ut ait Lucianus in concilio Deorum, qui ex eo probat, mortalem illum fuisse, sed ob virtutis præstantiam, ut Plutarchus ait, patiendi facultatem deposuisse & immortalem esse factum. Antiquissimus vero Bacchus fuit Noë, qui primus vites plantavit, vinique conficiendi docuit rationem, uti legere est Genes. 9. vers. 20. Iovis autem filius esse dicitur Bacchus, quod singulare Dei beneficium sit vini repertum. Semelen pro matre habuit, quod Physicè exponitur de terra, è cujus humore & pinguedine vitis redditur fœcunda. Ut autem crescant uvæ & percoquantur, aëreo & suavi calore fovendæ sunt. Talis est Iovis calor: ac res ostendit,

dit, quando temperatus & ſuavis calor, poſtquam ex vitibus gemmæ exortæ ſunt, acceſſit, melius coqui uvas, & vina gigni præſtantiora. Cumque ex matre Iovis fulmine combuſta natus fingitur Bacchus, calorem & fervorem vini indicare volunt poetæ, cujus natura talis eſt, ut vim obtineat igni parem. Immortales facti ſunt Bacchus & Semele, quod naturaliter vitis ſemel inventa, & plantata ſemper vinum de ſe procreet, neque deſtituatur unquam terra tam utili & divino munere: vel hiſtoricè in Deos relati ambo ob beneficiorum ſuorum memoriam. Plura de Baccho alibi dicta. Καδμεῖα.] Καδμεῖα κόρα vocat Euripides in Bacchis. Οἰ.] Αὐτῷ, Iovi. Σεμέλη.] Sic eam dici putat Scholiaſtes, ὡς ἀπὸ τοῦ σείειν τὴν μέλην, ob vini naturam, quod *membra concutit*.

941. Διώνυσον.] Quaſi Διὸς υἱὸν, per excellentiam, ut Latinis *Liber*, quod *filius ſit Iovis*, cujus plurale nunc tantum uſurpatur. Πολυγηθία.] Quaſi παιδὸς γηθεῖν ποιοῦσα, id eſt, χαίρειν. Sic Maro: *Adſis lætitiæ Bacchus dator.* 10. Æneid.

943. Ἀλκμήνη σ'.] Hercules Jovis & Alcmenæ filius, qui & plures fuere, ut teſtatur Cicero in tertio de natura Deorum. Celebratiſſimus verò omnium fuit Thebanus ex Jove & Alcmena natus. Hic cum omnia animi ſui viribus inferiora duceret, habitus eſt Jovis filius. Nam Veteres clarorum virorum origines propter virtutis excellentiam referebant ad Deos. Neque enim humanum ipſis videbatur, ſed divinum, ſubire pericula pro ſalute Reip. adverſis rebus non terreri, non conſternari, ſicut Hercules in pacando orbe fecit. Nomen Herculis ei datum, quaſi τὸ Ἥρας κλέος, quod *gloria & decus eſſet Iunonis*, cujus odiis impulſus tot labores ſubire, totque cum monſtris congredi debuerit, in quibus tamen omnibus divino fretus auxilio victor extitit glorioſus, adeò ut Iuno prius jubendo, quam hic laborando defatigaretur. Phyſiologi nomen illud interpretantur de Sole, qui Iunonis, hoc eſt, aëris eſt decus & gloria. Duodecim ejus labores, ſunt duodecim ſigna Zodiaci, quæ quotannis permeat Sol, quem in quarta Sphæra commorari invenit Alcmena, id eſt, mens robuſta. Symbolicè etiam proponitur Hercules velut exemplum prudentiæ & fortitudinis. Per monſtra quæ domuiſſe fertur, ſignantur monſtra vitiorum, ut luxuria, ambitio, avaritia, ſegnities & alia. Quare & ſolus ex Argonautis ſe continuiſſe dicitur in nave, nec exiſſe ad Hypſipylen, quia ſapiens non vincitur libidinum

ille-

illecebris. Plura de Hercule in superioribus notata, quæ vide Lector. Ἀλκμήνη.] Amphitryonis uxor, cujus amore captus Jupiter sumpta Amphitryonis forma cum ea concubuit: ex quo concubitu natus est Hercules. *Βίλω Ἡρακλείλω.*] Pro *Hercule forti.* Sic Orpheus:

Πρῶτα μὲ εἶδε βίλῳ Ἡρακλῆϊ θείοιο,
Ὃν τέκεν Ἀλκμήνη Ζηνὶ Κρονίωνι μιγεῖσα.

944. Νεφεληγερέτᾳ.] Æol. νεφεληγέρτᾳ.

945. Ἀγλαΐλω θ'.] Vulcani matrimonium refert poëta, qui Aglaiam duxit uxorem è tribus Gratiis natu minimam & ætate florentem. Communis tamen poëtarum opinio est, quod Venerem è Lemno duxerit. Quare Virgilius eam uxorem Vulcani nominat in octavo Æneid. Dicitur Vulcanus Aglaiam sive Venerem habuisse uxorem ob physicas rationes, quia è calore & humore universa rerum humanarum generatio perficitur, quorum omnium semper intelligenda est symmetria, sive debita proportio. Nihil enim aliud est Aglaia, quam splendor & ubertas rerum, quæ calorem ipsum consequitur, ut etiam nomen ipsum indicare videtur. Scholiastes ad hunc locum: *Vulcanus*, inquit, *Aglaiam duxit uxorem, Gratiarum natu minimam, quod varia & splendida opera fiant per ignem, ut fabrorum aerariorum ostendunt machinæ, & aurificum inventa.* Ἀγλαΐλω.] Ion. q. d. *splendidam.* αἴγλη, *splendor.* Ἀγαλυτός,] Quasi ἄγαν λυτός. Κλυτότιχνης Homero, ὡς ὁ σοφὸς τὴν χαλκευτικὴν ἔνδοξος, inquit Eustathius. Ἀμφιγυήεις.] Ἐκατέρωθεν χωλὸς, quod ad ignis nostri motum & imperfectionem refert Augustin. lib. 10. cap. 9. contra Faustum.

946. Ὀπλοτάτῃ.] Νεωτάτῃ. Θαλερήν.] Talis debet esse beneficiorum relatio, recens semper & prompta. Πεπόσθ' ἄκοιτιν.] Ἐγάμησε.

947. Χρυσοκόμης.] Bacchus Ariadnen Minois Cretensium regis ex Pasiphaë filiam uxorem duxisse traditur. Cum enim hæc apud Naxum insulam à perfido Theseo relicta esset, Libero patri nupsit, à quo donata est corona septem stellis adornata, quam ille à Venere acceperat. Ad naturam referunt physiologi; nam Ariadne Baccho nupta fingitur, quod vinum liberalius haustum bibenti noxas parere soleat, ὡς φησὶ τὸ δρᾶς δι' οἶνον, ut ait Isaacius. Flava dicitur, ob comam, quæ flavo colore tincta: circa enim corporis cultum studiosior fuisse creditur Ariadne, qua tamen pulchritudine virginitatis jacturam

passa est, & à Diana sagittis confossa. Fabularum interpretes Bacchi nomine ebrietatem repræsentant, quæ in homines etiam præclarè meritos incidere potest, nec varia duntaxat vitiorum monstra producit, sed & imprimis fœminarum stupris & libidinibus accenditur. unde & muliercularum furentium & protervientium impudico satellitio gavisus dicitur. At illustris Bacon sub Bacchi persona in genere naturam cupiditatis sive affectus & perturbationis describit: cui Deo vitis inventio tribuitur, quod affectus omnis sagax sit & ingenioſus ad investigandum fomites suos: nihil autem ad perturbationes in homine excitandas inflammandasque potentius vino, quod communis instar fomitis. In Ariadnen à Theseo desertam amores suos effudisse dicitur Bacchus, quod certissimum sit affectum id petere, & ambire, quod experientia repudiavit. Norunt enim omnes, qui affectibus suis servientes & indulgentes pretium potiundi in immensum augent, sive honores appetant, sive fortunas, sive amores, sive gloriam, sive scientiam, sive alia quæcunque, se res relictas petere & à compluribus per omnia ferè secula post experimentum dimissas, & fastiditas. Χρυσοκόμης.] Solis epitheton, hic Bacchi, qui pro Sole etiam cultus. hinc & *juvenis* fingitur & *intonsus*, ut Phœbus. Ξανθὴν.] Ξανθόκομον, *ob flavos crines*. hinc ξανθὸς Μενέλαος apud Homerum.

948. Μίνωα.] Fuit Minos Jovis ex Europa filius, Cretensium rex, qui quod legum esset observantissimus, inferorum judex post mortem creatus fingitur, de quo Homer. Odyss. 19. Hujus autem filia Ariadne.

949. Τὴν.] Ταύτην. Θῆκε.] Ἔθηκε. Ἀγλαΐαν.] Ἀπηθανάτους, ejus indicat. Refert tamen Pausanias in Corinth. Ariadnam obiisse, & à Baccho sepultam esse in Creta prope templum ipsi Deo dicatum.

950. Ἡρακλῆα δ'.] Herculis cum Hebe connubium, ejusdemque ἀποθέωσις describitur his versibus. Quæ de Hercule à diversis memorantur auctoribus, uni Thebano ex Jove & Alcmena nato, tribui solent. Hic igitur Hercules ob eximiam virtutem & animi constantiam in monstris debellandis dictus est Jovis filius, quia fortitudo illa & invicta animi patientia, quæ per Herculem repræsentatur, Jovis, hoc est, divinæ bonitatis donum est, qua instructus heros ille gloriam sibi peperit immortalem apud universos homines, cælique se indigetem reddidit.

didit. Alcmena quoque natus fertur, quo nomine præter probitatem, singularis animi vis significatur, quæ summa fuit in Hercule. nam Ἀλκμήνη, quasi ἀλκὴν Ἔ μβίης, hoc est, animi strenuitatem constantiamque denotat, qua virtute vitia omnia & libidinum illecebras superavit. Physicè hanc rem considerando, ut Gentium Theologi solent, per Herculem signatur Sol, quo nihil potentius in rebus creatis. Hic propter imagines Zodiaci, sive duodecim signa cælestia, quæ quotannis percurrit, duodecim labores absolvisse dicitur. Cum vero Sol omnia accedens per signiferum ad ortum excitet, ac pubescere faciat, idcirco Heben illi uxorem à Junone, hoc est, ab aëris temperamento datam fuisse tradunt. Et quia idem Sol in eodem semper persistit vigore, ac quotannis, ubi orbitam absolvit, quasi novus ad nos revertitur, hinc felix & illæsus seniique expers in cælo habitare dicitur, & beatam agere vitam. Καλλιφόρῳ.] Καλῆς.

951. Στονόεντος ἄεθλος.] Ab effectu.

952. Χρυσοπέδιλος.] Junonis epitheton. de quo supra.

953. Νιφόεντι.] Respicit ad montem Olympi in Thessalia, cujus vertex semper nivosus.

954. Ἀνύσας.] Ἐπιτελέσας.

955. Ἀπήμονι Θ'.] Ἀλαοῦς. Ἀγήρῳ Θ'.] Herculis ἀθανασίαν innuit poeta.

956. Ἠελίῳ δ' ἀφίκανε.] Circes & Æëtæ regis ex Sole & Perseide nativitas refertur. Homerus item lib. 10. Odyss. illam Solis & Persis filiam esse ait: alii alios ipsi tribuunt parentes, de quibus videatur Natalis. Memorant historici Circen veneficia invenisse, & herbas venenatas sublegisse, quæ Sarmatarum rege, cui nupserat, veneno sublato, regnoque per scelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulsa in Italiam profugit. Unde & Circeium promontorium & oppidum, mons in eadem regione. Post mortem ut Dea religiosissimè culta fuit à Circeiensibus, & Marica dicta teste Lactantio. Hæc Ulyssem vi tempestatis ad se delatum hospitio excepit, sociosque ejus in porcos transmutasse fingitur à poëtis. Ad naturam refertur hæc fabula à quibusdam. Circe enim Solis & Perseidis Oceani filia esse traditur, quia ex humore & calore Solis omnia nascuntur. Est vero Perse seu Perseis Oceani humor, qui vel materiæ, vel fœminæ vicem obtinet: Sol artifex est vel mas, qui auctor est formæ in generatione rerum naturalium. Hanc

crediderunt antiqui homines in diversa animalium genera commutare, quoniam ex unius corruptione nunquam ejusdem formæ aliud nascitur, sed longè ab eo diversum. Ulyssem tamen mutare non potuit, quo animam immortalem designare voluerunt, quæ non ut corpus mutationi aut corruptioni est subjecta. Moralem verò ejusdem fabulæ sensum Erasmus suppeditat, cujus hæc sunt verba: *Quid immit Circes fabula veneficiis homines vertentis in feras, nisi eas, qui nequaquam ratione ducuntur, id quod hominis est proprium, sed totos se dediderunt turpibus affectibus, jam præter hominis vocabulum nihil hominis habere, sed ad pecudum degenerasse naturam, puta libidine in ursos, somnolentia ignaviaque in sues, ferocia in leones, atque ita de consimilibus? Quid Ulysses, qui solus epoto poculo, virgaque monstrifica percussus, non est mutatus? nisi firmum illum & constantem sapientis habitum, qui nec frangi terroribus, nec ullis affectuum illiciis ab honesto potest abduci.* Hæc ille. Perseis quoque Soli peperisse dicitur Æëten Colchorum regem, ad quem Phryxus Athamantis filius perveniisse & aureum vellus deposuisse fertur, quod cum vigilantissimè servaret, ejus gratia bellum gessit cum Argonautis, de quo postea commodior erit dicendi locus. Physici Æëten Solis filium vocari tradunt, ad rerum æternitatem designandam, λὰπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι. Licet enim res inter se permutentur, & sibi mutuo succedant: tamen elementa & materia prima, ex quibus componuntur, semper manent. Ἀκάμαντι.] Ob indefatigabilem Solis cursum. Ἀκάμας, ὁ μὴ κοπιῶν. Ὠκεανίνης.] Oceani filia.

957. Περσηΐς.] Nympha, cujus etiam supra meminit Hesiodus, quæ & Πέρση Homero. Κίρκην.] Sic dictam vel λὰπὸ τοῦ κίρνᾶν, *à miscendis poculis venenatis*: vel ut aliis visum, à κίρκος, *quæ est accipitris species*, cui comparatur merito saga illa & meretrix. Αἰήτην.] Vide supra.

958. Αἰήτης δ' ἦεν υἱός.] Æëtes Colchorum rex, Solis filius uxorem duxit Idyiam Oceani filiam, ex qua suscepit Medeam. Physiologi historiam sive fabulam ad Naturæ opificium referunt, ideoque Medeam Æëtæ Solis & Idyiæ Oceani filiam dici putant, quod Medea consilium sit λὰπὸ τοῦ μήδεσθαι, quod est *deliberare*. Cum enim Sol annua conversione hyemem, vel æstatem adducit, tunc consultare solent homines de iis, quæ vel victum vel amictum spectant vel instrumenta parant ad arationem, aut messem idonea, vel fruges colligunt in horreo, quæque alia

sunt

sunt providi agricolæ munia, sollicitè curant. Hæc consideratio sive prudentia, quæ singulorum est, effecit, ut Idyia mater sit Medeæ. Nam Εἰδυῖα Græcè *cognoscens*, quia cognitio mater est consilii. Sol autem dictus pater Æëtæ, ille Medeæ, quoniam nihil sine divina ope rectè fieri potest, quæ est animæ vis in bonis divinitus impressa. Hujus autem neptis Medea est, quo significatur prudentiam in nobis pro aëris temperie, & pro vi radiorum illius gigni. Nam licet prudentia Dei donum sit, tamen plurimum ad eam confert corporis temperamentum, quod modo ex aëris impressione, mox ex educatione, modo ex cibis, modo ex regionis, quam habitamus, natura incrementum capit. Φαεσιμβρότου.] Epitheton Solis, *quod lucem præbeat mortalibus*, à φάος, τὸ φαίνω, *luceo*, & βροτὸς, *mortalis*. Ἠελίοιο.] Ἥλιος.

959. Κούρῃ.] Θυγατρὶ. Τελήεντ' ποταμοῖο.] Vide supra vers. 242.

960. Γῆμε.] Ἔγημε. Βυλῇσιν.] Βυλῇ. Ἰδυίαν.] Nomen proprium nymphæ, quam & supra inter Oceani filias reposuit poëta, quasi εἰδυῖα, ab εἴδω, *scio*, *video*.

961. Ἣ δέ οἱ.] Αὖτη ἡ αὐτῷ. Alii legendum putant, ἣ δέ τοι, metri caussa, sed ε in particula δὲ sustentatur aspiratione vocis sequentis. Μήδειαν.] De Medea pluribus ἐν τοῖς ἐφεξῆς. Ἐϋστέφανον.] Τὰς πόδας καλλίν.

962. Ὑποδμηθεῖσα.] *Subacta, compressa.* Χρυσῷ Ἀφροδίτῃ.] Vide quæ supra notavimus ad vers. 822.

963. Ὑμῖν δ' νῦν.] Nunc per μετάβασιν ad heroum & heroidum genus recensendum pergit poëta, qui partim ex Deabus, partim ex hominibus procreati, Græcis ἡμίθεοι, quibus non tanta erat veneratio, & majestas, quanta Diis cælestibus. At hi cum utriusque naturæ consortes essent, nempe divinæ & humanæ, cæleste animas gerere credebantur, sacràsque mentes, cætera homines erant, quos sub humana effigie in totius mundi commoda natos existimabat antiquitas. Poëta Diis similem prolem vocat. Ex quibus liquet, genitales & animales credidisse Deos suos, nihilque nisi crassum & terrestre quid de iis cogitasse, cum promiscuo hominum concubitu gavisos ait. Quare valere jussis majorum Gentium Diis, ad eos transit Hesiodus, qui ex tali Dearum cum mortalibus contubernio geniti sunt. Quin & is ferè mos erat priscis gentibus heroum natales, qui supra vulgus eminebant, ob singularia merita, ad Deos

Deasve referre; quo principibus suis blandirentur, illustrioresque redderent familias ipsorum: vel aliis etiam de caussis. Χαίρεις.] Ἔρρωσο.

964. Νῆσοι.] Insularum præsides Dii. Metonymicè. Ἤπειροι.] Terrarum numina. Ἁλμυρός.] Maris epitheton à salsedine. ἅλμη, *salsugo*. Πόντου.] Ἡ θάλασσα. Virgilius:

Dii maris, & terræ, tempestatumque potentes.

965. Θεῶν.] Θεῶν. Φλεω. Τὸ χθόνιον. Ἠδυπάτας.] Παρὰ τὸ ἡδέως πίνειν, ἤτοι, ἄδειν.

967. Ὅσσαι.] Ὅσοι. Εὐπωλείαις.] Σωτηρίαις.

968. Ἐπιστήμας.] Οἰκίας.

969. Δημήτερος υἱόν.] Plutus, cui divitiarum distribuendarum munus concessit antiquitas, Cerere & Iasio heroë natus dicitur. Non sine ratione physica Cereris filius esse fingitur, quoniam opes, quæ Pluti nomine signantur, è prædiorum proventu & agricolarum diligentia nascuntur. Iasio item patre genitus traditur, quod cum Cerere congrediens, hoc est, terram laborans, inopiæ medeatur hominum. Est enim Iasius, ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, quod est *sanare*, ita ut Ceres sit terra: Iasius agricola, qui terram arat, semenque sulcis committit, ut fruges ferant, ex quibus parantur opes. Et hoc factum in Creta in pingui populo, id est, pingui solo & bene temperato, quale est insulæ illius. Cretam poetica Synecdoche pro quavis posuit terra fœcunda & frugifera. Cum vero tanta hominibus commoda afferant divitiæ, tantamque obtineant vim inter mortales, non mirum si pro Deo habitus sit Plutus, & quidem potentissimo, cum felicem repente & locupletem reddere possit eum, cui obviam fit, cujusque in manus inciderit, quod & pluribus argumentis, ostendere contendit Chremylus apud Aristophanem in cognomine fabula, & Lucianus in Timone, quos vise. Δῖος θεάων.] Ἡ θειοτάτη θεός.

970. Ἰάσιος.] Iasius Abantis Argivorum regis filius, frater Dardani, à Cerere adamatus, ex quo Plutum genuit, qui pecunias coacervare ac in usus custodire omnium primus docuit, ut testatur Diodorus lib. 6.

971. Νειῷ.] *Novali.* Sic dicitur *ager qui alternis annis non colitur.* Ἐν.] Ἐν. Τεσσόλῳ.] *Qui ter aratro versus est*, vere scil. æstate & circa seminandi tempus, ut docet alibi Hesiodus. τρόπις hic est τρίφειν. Ἐν πίονι δήμῳ.] Id est, ἐν ὀλβίῳ χώρᾳ, metonymicè: vel *in pingui populo*, hoc est, opulento ac potente.

972. Εἶσι.]

972. Εἶσι.] Πορεύεται. Εὐρίαι νῶτα θαλάσσης.] Hoc dicit quia non ex ſola agricultura, ſed & navigationibus diteſcunt homines.

973. Τῷ ὃ τυχόντι.] Τῷ ἀπροσδοκήτῳ. Dativus pro accuſativo poſitus.

974. Ἀφνειόν.] Πλούσιον. Ἔθηκε.] Aoriſtum loco præſentis. Ὤπασεν.] Ὀπαδίζει. Ὄλβον.] Εὐδαιμονίαν.

975. Κάδμῳ δ' Ἁρμονίη.] Cadmi & Harmoniæ progenies. Dicitur Cadmus Thebanorum rex uxorem duxiſſe Harmoniam Veneris filiam, ex qua item quatuor ſuſcepit filias, at filium unicum. Nomina filiarum ſunt Ino, Semele, Agaue, & Autonoë: filii, Polydorus. Hæc ſive fabula ſit, ſive hiſtoria, ad naturam referri poteſt. Nam Harmonia Cadmo nupta fertur, quia Muſicus concentus ſive harmonia domat & demulcet agreſtia pectora, homineſque mærore collapſos ad lætitiam & voluptatem excitat, quod & nominibus ipſis Cadmi & filiarum ejus non inſcitè videtur innui. Nam Cadmus, ut Scholiaſtæ ludere placet, ita dictus, quaſi καλεῖσθαι, *à domando*: Harmonia vero concentus Græcè, quæ Veneris filia ideo fingitur, quod lætitiæ omnis & tripudiorum præſes Venus. Tum Ino, Semele, Agaue & Autonoë quid ſibi volunt aliud, quam repræſentare vim Muſices, quæ dejectos præ triſtitia mortalium animos erigit, corporiſque membra ad choreas & lætitiam commovet, decuſque & facilitatem præbet cæteris artibus, & ſcientiis: tum etiam munificos reddit homines & πολυδώρους. Quotquot enim Muſico concentu capiuntur, eo ipſo excitantur etiam ad liberalitatem, & multa donandum. De Cadmo & Harmonie ſupra quoque dictum.

976. Ἰνώ.] Ab ἶς, ἰνὸς, id eſt, *robore*, q. d. *valida mulier*. Hæc Athamanti Thebanorum regi nupta, navigantibus præeſſe fuit exiſtimata & in Deorum marinorum ordinem relata: *Leucothea* Græcis, *Matuta* Latinis vocatur, quod mane oriretur, quo nomine Aurora deſignatur. Ἀγαυῆς.] A ſplendore. ἀγαυὸς enim λαμπρός. Echioni Thebano nupſiſſe dicitur, ex quo Pentheum ſuſcepit. Καλλιπάρῃον.] Εὐπρόσωπον.

977. Αὐτονόῃ.] Hæc Ariſtæi conjux fuiſſe traditur, quaſi ἡ ἐξ αὐτῆς νοοῦσα. Ἀρίστῳ.] Pénei regis Arcadiæ filius, qui primus apum & mellis uſum lactiſque coagulum demonſtraviſſe, uſumque olei & alia quamplurima adinveniſſe dicitur teſte Juſtino hiſtoriæ ſuæ lib. 14. cujus item meminit Virgi-

lius 4. Georg. Nomen illi datum Ariſtæi ab optimarum rerum inventis. Βαθυχαίτης.] Sic dicitur à denſa cæſarie, vel promiſſis capillis. χαίτη, *coma*, *cæſaries*.

978. Πολύδωρον.] Cui à liberalitate nomen inditum: vel quod in nuptiis Cadmi & Harmonies multa dona contuliſſent Dii. Εὐστεφάνῳ.] Id eſt, εὐπλόκῳ, vel *pulchrè mœnibus cincta*, vel *ob frequentes victorias*. Coronari enim ſolebant οἱ νικηφόροι.

979. Κέρη δ' Ὠκεανοῖο.] Geryonis procreatio, quem ex Chryſaore & Callirhoë Oceani filia fatum eſſe ſcribit Heſiodus. Hiſtoricam ejus ἔκθεσιν ſupra dedimus. Fuit enim Geryon trium Hiſpanicarum inſularum rex, Balearidum nempe duarum, & Ebuſi: quæ res locum fecit poëtarum fabulis, ut τρίσωμον eum ſive tricorporem eſſe fingerent. Alii tamen alias figmenti hujus rationes afferunt, quas alibi retulimus. Eum verò Hercules ut latrones alios juſſu Euryſthei Mycenarum regis interfecit, puniceoſque ejus boves, quod hoſpites devorarent, abſtulit. Hanc fabulam qui phyſicè interpretantur, per Geryonem deſignari ajunt, hyemem ſive tempeſtatem turbidam & ſonoram, fulmine & tonitru terribilem, ἀπὸ τοῦ γηρύειν, quod eſt, *fremere*, *vaciferari*: filius dicitur Chryſaoris ob materiem fulminis viſcoſam, quæ poſtea igneſcit. Callirhoën pro matre habet, Oceani filiam, quod nubes Oceano ortum debeant, quibus fulmina conſtringuntur. Hunc Geryonem dicitur Hercules occidere, quando Sol vi ſua attollit & diſſipat exhalationes, ex quibus conſtant nubes, fulmina & tonitrua: vel cum ignea illa vis nube rupta in terras vibratur. Boves tribuuntur Geryoni propter boatus & horrendos fragores tonitruum. Cum verò aliqua bobus illis aſſignanda eſſet ſedes, data eſt illa in Occidente, idque in inſula; partim quia ex locis humidis proveniunt vapores, materies nubium; partim, quoniam intra nubes fulmina continentur, donec eruperint. Inſulæ illi nomen Erythia, quæ inſula eſt Luſitaniæ, Γάδειρα Straboni, Latinis *Gades*, de cujus nominis origine, & incolis vide Plinium lib. 4. cap. 22. & Claudium Salmaſium in exercit. Plinianis ad Solinum. Χρυσάορος.] Chryſaor Meduſæ filius eſſe dicitur ex Neptuno, ut tradit Higynus fab. poët. cap. 152. Heſiodus ſine patre natum ait, uti & Pegaſum ex ſolo ſanguine Meduſæ, cui Perſeus Iovis & Danaës filius caput abſtulit, de quo ſupra.

981. Καλ-

981. Καλλιρόη.] Καλλιῤῥόη, filia Oceani, quasi καλῶς ῥέουσα. Καίλεσεν.] Legitur & κάλεσεν.

982. Γηρυονῆα.] Trifariam hoc nomen effertur, Γηρυονεύς, Γηρύων, & Γηρυόνης. Notetur & ſynizeſis in ῆα. Τόν.] Οὗ. Κτεῖνε.] Ἔκτεινε.

983. Βοῶν ἴνεσσι.] Coaleſcunt vocalis longa & brevis in voce βοῶν. Εἰλιπόδων.] Boum epitheton, *à pedibus flectendis inter eundum.* εἰλίω, *flecto*, & πούς, *pes*. Ἀμφιῤῥύτῳ.] Sic dicitur inſula, *quod fluctibus undequaque cingitur* : in ſoluta oratione, περιῤῥυτός. Εἰν.] Ἐν. Ἐρυθείῃ.] Geryonis regio, cujus armenta abſtulit Hercules. vide ſupra.

984. Τιθωνῷ δ' Ἠοῖ.] Aurora Tithono peperiſſe dicitur Memnonem Æthiopiæ regem, & fratrem ejus Emathionem, regia item dignitate præſtantem. At quorum rex fuerit Emathion, non exprimit poëta. Macedoniæ fuiſſe videtur, quæ propterea ab ejus nomine Emathia eſt appellata, teſte Plinio lib. 4. cap. 10. Fuit autem Memnon frater Laomedontis, qui cum maxima populorum Orientalium copia in auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille, vel (ut alii tradunt) à Theſſalis per inſidias occiſus eſt. Auroræ filius fuiſſe traditur, quoniam is in Orientis regionibus imperavit. Orientem *Auroræ* nomine vocari tam Græcis, quam Latinis uſitatum. Virgilius 8. Æneid.

Hinc ope barbarica, variiſque Antonius armis
Victor ab Auroræ populis.

Quod verò ad Trojam militaverit, quod cæſus fuerit ab Achille, quod honorificè ſepultus, id totum pertinet ad hiſtoriæ veritatem, uti & hoc quod Tithonum adamarit Aurora. Nam fuit Tithonus Laomedontis Trojanorum regis filius, frater Priami, qui cùm formâ præſtaret, ex oriente uxorem duxit, è qua ſupra dictos ſuſcepit filios. Is verò ad tantam pervenit ſenectutem, ut in cunis agitaretur infantum more. Hinc fabulæ datus eſt locus, quod Aurora illum amaverit, ob temperiem Orientalium locorum, qui illum & maritum & immortalem prope fecerunt. G. Sabinus in fab. XI. lib. 9. Metamorphoſ. paulo aliter exponit fabulam, cum inquit, Tithonum ideo ab Aurora deamatum, quod ante Solis ortum ſurgere, & matutina tempora non ſomno, ſed agendis rebus tribuere ſolitus fuerit : fingitur idem ad ſummam perveniſſe ſenectutem, & quidem Auroræ ſucco perfuſus, quia ad tuendam valetudinem

prodeſt ſummo mane, hoc eſt, ſimul cum ſole expergefieri. Hæc ille. Ἠὼς.] Aurora, quæ Titanis & Terræ filia: propriè *ſplendor matutinus*, quem cernimus ante Solem elevatum. Poëtæ *Tithoni filiam* appellant, non quia ex Tithono natam credunt, ſed ex ſole, quem ſæpiſſime ex nomine avi Tithonum vocant. Μέμνονα.] De hujus regia, cippo, ſtatua & avibus quæ ſtupenda memorantur ab hiſtoricis, vide ſi placet N. Comitem lib. 6. Mythol. cap. 3. Χαλκοκορυστήν.] *Ærea galea munitum*, hoc eſt, *bellicoſum*. χαλκὸς enim *æs*, & κορύσσω, *armo*, ſed propriè galeâ, quæ κόρυς Græcè.

985. Αἰθιόπων βασιλῆα.] Memnonem Æthiopiæ fuiſſe regem, & ex Æthiopibus ad bellum Trojanum aut potius è Suſis Perſarum civitate veniſſe ſcribit Pauſanias in Phocenſium rebus.

986. Αὐτὰρ τοι Κεφάλῳ.] Phaëthontis generationem deſcribit poëta, quem Auroræ & Cephali filium eſſe hic tradit Heſiodus, ita ut Memnon & Phaëthon fratres fuerint uterini, ex eadem matre, ſed diverſo patre nati. Alii tamen Clymenes nymphæ, & Solis filium eſſe ſcribunt, cujus fabulam artificioſiſſimè perſequitur Ovidius in primo Metamorphoſ. Hunc ab ætate & divinis animi corporiſque dotibus laudat vates, quod juvenis eſſet Diiſque ſimilis puer, quem repente ſurreptum Venus Deorum præfecit templis, ſacerdotemque conſtituit nocturnum, & dæmonem ſingularem. Pauſanias quoque Heſiodum ſecutus Phaëthontem è Cephalo & Aurora prognatum eſſe ſcribit in Atticis. Zetzes hiſtor. 127. filium regis cujuſdam fuiſſe prodit, qui, cum patris currum agitaret ad ripas Padi Celtarum fluvii, in flumen delapſus interierit. Lucianus verò in dialogo de Aſtrologia, Phaëthontem idcirco Solis filium, currumque ab eo accepiſſe credit, quod primus curſum Solis inveſtigarit, præventuſque morte artem reliquerit imperfectam. Hinc currum Solis patris infeliciter rexiſſe dicitur. Sunt qui φυσικῶς nomine Phaëthontis ſignificari putant, ardorem quendam inſolitum, vel inflammationem à Sole profectam. φαέθω enim *luceo*, *ardeo*. Qua de cauſſa & Solis filius dictus. nam Cephalus ipſe Sol eſt, aſtrorum omnium princeps, & quaſi caput. Naſcitur autem tantus ardor è Solis viribus per curſum ejus, qui celerrimus eſt. Quod verò currum à Sole patre impetravit, eo ſignificatur, quam latiſſimè pervagatum eſſe illud incendium, multaſque inſuetas provincias gravioribus caloribus

bus depopulatum. Matrem ejus Auroram dixerunt ob vapores terræ in altum ſublatos, qui per vim Solis attenuantur, quibus inflammatis vehementior exiſtit calor. Eſt enim Aurora Terræ Titaniſque filia. Sunt qui fabulam ad mores referunt, eoque fine excogitatam putant, ut ea doceretur, maximarum rerum adminiſtrationem, ac ſumma imperia Rerumpubl. juvenibus, quique nullam rerum experientiam habent, non eſſe concedendam, cum in cæteros imperium ſolis ſenioribus, ac prudentioribus conveniat. quod innuere etiam videtur Heſiodus, cum Phaëthontem ut puerum hic deſcribit,& juvenilia ſapientem, cui propter ætatem nihil minus competat, quam rerum adminiſtratio. A Venere raptus dicitur, templiſque præfectus, ut nocturnus eſſet flamen quidam & dæmon, qui in ſacris ædibus perpetuò verſans, & viſa cubantibus offerens velut ſingulare numen coleretur. At Veneris ſacra nocturno tempore celebrabantur, ut refert Scholiaſtes. *Α'ποθέωσιν* igitur ejus ſignificare voluit poëta. *Κεφάλῳ.*] Cephalus Eönis filius Procrin Erichthei regis filiam duxerat uxorem, qui ab Aurora dicitur amatus, quod ſummo mane ad venationem exire ſolitus eſſet. Xenophon in lib. de venatione, inter celeberrimos eum venatores reponit,cujus & fabulam lege apud Ovid. lib.7. ingenioſiſſimi operis. *Φυλήσατο.*] *Ε'γήνατο.* Alii legunt *φυτεύσατο*, quod uſitatius. Sic *δρῦς ἀλεξήσας φυτεύσαι* ſuprà dixit Heſiodus.

987. *Ι'φθιμον.*] *Ι'σχυρόν. Φαίθων.*] A poëtico *φαίθω*, *luceo*. *Εἴκελον.*] *Ὅμοιον.*

988. *Τόν.*] *Ὅν. Τέρεν ἄνθος*, &c.] Circumlocutio juvenilis ætatis.

989. *Α'παλὰ φρονέοντα.*] *Mollia*, hoc eſt, *juvenilia ſapientem*. Unde pater eum dehortatur à currus moderamine apud Ovid.

Magna petis Phaëthon, & quæ non viribus iſtis
Munera conveniunt, nec tam juvenilibus annis.

Φιλομμειδὴς.] Veneris adjectum,de quo alibi. Sunt qui legant, *φιλομμηδὴς*, id eſt, *genitalium amans*, quomodo etiam vocatur Venus.

990. *Α'νερεψαμένη.*] *Α'ρπάσασα. Νηοῖς.*] *Ναοῖς.*

991. *Νειπόλον.*] *Ædituum* vel ſacerdotem, *ἀπὸ δ' ἐν τοῖς νηοῖς πολεῖν, ἤτοι λατρεύειν. Νύχιον.*] *Νυκτερινόν.* Archilochus, *μύχιον* ſcribit, quaſi *in receſſu nulli adeundo ſe oſtendentem Cypriis*. *Δαίμονα.*] *Θεόν.*

992. *Κύ-*

992. Κέρλω δ'.] Fabula Jaſonis & Medeæ, quam pluribus perſequitur Ovidius 7. Metamorph. Narrat hic poëta noſter, quomodo Jaſon Medeam Æëtæ Colchorum regis filiam abduxerit, ſuperatis & exantlatis variis certaminibus ipſi à Pelia rege impoſitis. Hiſtorica veritas, ſed poëticis figmentis nonnihil incruſtata, breviter ita ſe habet. Fuit Jaſon Æſonis ex Alcimede filius, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendarat, tradito etiam regno, ea tamen lege, ut illud Jaſoni adulto reſtitueret. Itaque Jaſon ætate provectior cum à Chirone ad regnum paternum repetendum veniſſet, Pelias juvenem laudis avidum, cujus indolem formidabat, ad Colchicam expeditionem excitavit, ſperans futurum, ut periculi magnitudine ſuccumberet. Eò quum perveniſſet cum reliquo Argonautarum flore, Medea Colchorum regis filia ejus amore capta, rationem oſtendit, qua æripides tauros perdomare & pervigilem Draconem ſopire poſſet. Ejus itaque conſilia ſecutus Jaſon, aureum vellus ſuſtulit, & inde clam cum ſociis, & Medea fugam arripiens in patriam rediit. Ferunt Carolum Ducem Burgundiæ mirificè delectatum fuiſſe hac fabula, Jaſoniſque exemplo incenſum flagraſſe cupiditate maximarum rerum gerendarum, ideoque inſtituiſſe ſocietatem, cujus eſſet aureum vellus: quæ ſocietas inter Philippos Hiſpaniarum reges, & principes heroïca virtute præſtantes adhuc ſervatur. Allegoricam aurei velleris interpretationem dat Suidas, cum de arte exponit, quam Chymicam vocant. Ait enim Jaſonem abſtuliſſe Colchorum regi librum in pellicea membrana ſcriptum de auro conficiendo per Chymicam. Alii contra tradunt non procul à Caucaſo monte torrentes quoſdam eſſe aurum deferentes, quod tabulis perforatis ac lanoſis pellibus excipere ſolent Scythæ, indeque fabulæ locum datum, ut Strabo putat lib. 2. Verum probabilior eorum eſt ſententia, qui per aureum vellus intelligunt magnam auri vim apud Colchos à Phryxo Athamantis regis filio relictam, quam Jaſon prognatus Æſone, fratre Phryxi, patruelis jure repetitum ivit cum reliquis Argonautis. Veriſimile enim eſt, Phryxum novercæ inſidias fugientem unà ſecum abſtuliſſe theſauros patrios, eoſque apud Æëten depoſuiſſe: vel regis opes univerſas eo nomine intelligunt. Quare non dubium eſt, Jaſonem, aut bello repetiviſſe theſauros, quorum ipſe erat hæres: vel auri gratia bellum intuliſſe Colchis, quemadmodum ſuperiori ſeculo factum ab Hiſpanis

ſpanis in Indiam Occidentalem navigantibus, ut Peruanorum auro, quod multis exitio fuit, potirentur. Docet moraliter figmentum, opes invidiam ſequi, ut corpus umbram, omniaque bella & expeditiones ferè prædæ gratia ſuſcipi à principibus. Quod verò Jaſoni cum tauris ignivomis dimicandum fuerit aliaque pericula ſuperanda, eo ſignificant poëtæ magna facinora non niſi magno & conſtanti labore perfici: cumque Deorum immortalium conſilio hanc expeditionem ſuſceperit, feliciterque perfecerit Jaſon, docet Heſiodus, nihil temere in hoc mundo geri, ſed divinam providentiam in omnibus, præcipuè regum heroumque factis, agnoſcendam eſſe. *Κύρλω Αἰήτεω.*] *Κύρλω Αἰήτᾳ.*

993. *Αἰσονίδης.*] Jaſon. Patronymicum pro nomine proprio.

994. *Ἦγε.*] Pro *ἀπήγαγε.* *Τελίεσσι.*] *Διαπρεπεσιμβρότοις.* *Αἴθλους.*] *Ἀγῶνας.*

995. *Τὸν.*] *Οὗς.* *Μέγας βασιλεύς.*] Nempe Pelias. *Γαφήνων.*] *Γαφήνωνος.*

996. *Ὑβρισμός.*] Quia regnum quod fidei ejus commiſſum erat, legitimo hæredi non reſtitueret. *Πελίης.*] *Πελίας.* *Ὀθρεμοιρεύς.*] *Ὁ τὰ ὄθρεμμα ἐργαζόμενος.*

997. *Τὸν τελίεσσι.*] Hæc ſuperioribus annectenda. Narrat porrò Heſiodus, Jaſonem peractis omnibus laboribus Iolcum perveniſſe, ubi Medeam ſecum abduxit, quam & uxorem ſibi junxit. Hæc Jaſoni nupta Medeum peperit filium à ſuo nomine ſic appellatum, quem Chironi educandum tradidit. Erat Chiron ille Centaurus vir ſapientiſſimus & juſtiſſimus apud Theſſalos, Saturni & Phillyræ filius. unde *Phillyrides* à poëtis dictus, cui Jaſon in diſciplinam traditus fuit, à quo & nomen Jaſonis accepit, cum primò Dolomedes vocaretur, medendi artem ab eo edoctus. nam *ἴασις ſanationem* ſignificat. Ars quippe medica tunc temporis etiam principibus ſummo in pretio fuit. Unde illud magni vatis: *Εἷς ἰητὴρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.* Cujus dignitatem quoque oſtendunt multa heroum nomina, Pæon, Machaon, Podalirius & alia ob medicam ſcientiam celebrata. Nec corporis tantum medicus fuiſſe putandus eſt Chiron, ſed præcipuè animi. Docebat enim principes, qua animi moderatione uti conveniat, quod antidotum ſit adverſus impuras voluptates, quomodo ira placanda, ambitio proſternenda, avaritia ex animo ejicienda foret, aliaque

que ejus generis vitia profliganda. His nimirum præceptis instructus Iason dictus est periculosa & formidabilia monstra prudenter ope Medeæ, id est, consilio mentis & Diis adjuvantibus præteriisse ac domuisse: tum etiam navigatione Iasonis significare voluerunt antiqui, vitam humanam multis undique difficultatibus vexari, necesseque esse viro bono medicinam animo adhibere & pectori applicare scutum illud ἀπροσβόητον, *non moveri*. quod ut in omnibus, ita in principibus maximè locum habet, quibus non sine Dei voluntate concessa in homines potestas. Τοῦς.] Οὗς. Ἰωλκῷ.] Magnesiæ oppidum Iolcus, ubi post Cretheum Æoli filium regnavit Pelias. Μογήσας.] Πονήσας, παθών.

998. Ἐπὶ νηός.] Nempe Argus. Ἐλικώπιδα.] Μελανόφθαλμον, hoc est, *formosam*.

999. Αἰσονίδης.] Iason.

1000. Δμηθεῖσα.] Domita, hoc est, compressa in certamine Aphroditico. Ποιμένι λαῶν.] Sic & Agamemnonem suum appellat Homerus, quod de bono tantum rege dici testatur Plato in Minoë. Μήδειον.] Duos ex Medea filios suscepit Iason.

1001. Οὔρεσιν.] Ἐν ὄρεσι. Χείρων.] Vir apud Thessalos singulari doctrina & probitate, cui præter Iasonem in disciplinam quoque traditus Achilles. à quo & medicinam didicit Æsculapius: astrologiam Hercules.

1002. Φιλλυρίδης.] A matre sic dicitur, quæ fuit Philyra. Διὸς νόῳ ἐξεπλήσσετο.] Nam in fatis erat, ut Medis imperaret Medeæ filius, à quo & *Media* nomen accepit, testibus Diodor. lib. 5. & Plutarcho in vita Alexandri.

1003. Αὐτὰρ Νηρῆϊ.] Phoci genealogiam recenset poëta, quem Æaci & Psamathes filium esse ait. Fuit autem Psamathe Nereïdum una. Hæc immortalis cum mortali congressa filium peperit Phocum, quem Peleus occidit, de quo fabulatur etiam Ovidius 7. Metamorph. Fuit verò Æacus ex Ægina Asopi filia, & Iove natus, rex Oenopiæ vel Oenones, vir tantæ justitiæ & integritatis, ut apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus judex una cum Minoë & Rhadamantho, cujus fabulam eruditè expositam vide apud Natal. Comitem Mythol. lib. 3. cap. 9. Psamathe mater Phoci, cujus nymphæ supra meminit poëta in recensione filiarum Oceani. Sic dicta videtur quod littoreis arenis gauderet. Phocus item inter semi-

deos

deos ponitur, ut & Peleus, de quo in ſequentibus agit Heſiodus. A vitulis marinis forte nomen accepit, qui phocæ Græcis. Deſignatur communis hominum generatio ex humido & arido, doceturque ſimiles ex ſimilibus, contra ex diſſimilibus diſſimilem fætum procreari, qualis hic proponitur in promiſcua Dearum & mortalium virorum mixtura. Νηρῆϊ.] Perperam in nonnullis codicibus ſcriptum legitur, Νηρηΐδες. Κῦρας.] Elegans caſuum permutatio in κῦρας, pro κυρῶν, quod ſchema & Plutarchus notat in Homero. Ἁλίοιο.] Θαλασσίου. Γέροντος.] Cur ita vocetur Nereus, ſupra expoſitum.

1004. Φῶκος.] Nomen viri: φώκη, *bellua marina*. Ψαμάθη.] Nymphæ nomen ab arenis fictum. Ψάμαθος, *arena*.

1006. Πηλεῖ δέ.] Thetis Nerei item filia Peleo nupſiſſe dicitur, ex quo connubio natus eſt Achilles Græcorum omnium fortiſſimus. Et hoc matrimonium ad maris & terræ conjunctionem pertinet. Nomen Peleus à πηλὸς fictum, quo *lutum* ſignificatur. Thetis pro *mari* accipitur, ut in illo Virgilii:

Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida.

Clemens Romanus in lib. x. recognitionum, ideo Achillem Pelei & Thetidis filium dici ait, quia homines cuncti componantur ex ſicco & humido, ex quibus duobus fit lutum, unde & πλάσματα πηλοῦ ab Ariſtophane vocantur homines. Nam alioquin ridiculum foret, mare etiam uxorem habere, niſi Thetis ut materia conſideretur ad generationem concreta, ex qua cuncta gignuntur. Et hæc cauſſa eſt, cur Deorum omnium & animalium mater ſit dicta, quia per eam deſignatur ipſa aquæ moles, quæ ad generationem concurrit. Ariſtoteles ad veterem hiſtoriam reducit ſcribitque Thetidem filiam fuiſſe Chironis Centauri, ex qua & Peleo natus eſt Achilles. At Staphylus in lib. de Theſſalia, memoriæ prodidit, Chironem, cum rerum aſtronomicarum eſſet peritiſſimus, Peleumque vellet illuſtrare, tempus obſervaſſe, quo futuri eſſent magni imbres, atque famam in homines ſparſiſſe, quod Jove concedente Peleus Thetin eſſet uxorem ductarus, ad quas nuptias Dii cum pluvia & magna tempeſtate forent venturi. Cum tempus igitur hujuſmodi adventaſſet, Peleus duxit Philomelam Actoris Myrmidonis filiam. Tamen de Thetide ita invaluit opinio, ut ex eo rumore à Sacerdotibus in majus aucto, non parum gloriæ laudiſque Peleo nuptiiſque ejus acceſſerit. Πηλεΐ.] Peleus

leus Æaci & Æginæ filius, pater Achillis, qui & ab eo *Pelides* dictus. Δμηθείσα.] Unde ſubacta: δάμαρ pro *uxore*. & Gallicum, *Dame*. Θέτις.] Nerei filia, mulierum omnium ut fertur, præſtantiſſima, cujus nuptias etiam ambivit ipſe Iupiter. Ἀργυρόπεζα.] Epitheton Thetidis, de quo alibi.

1007. Ἀχιλῆα.] De nominis illius origine videatur Euſtathius ad Iliad. lib. 1. Ῥηξήνορα.] Πολεμικόν. Sic & de eo Homerus Iliad. η. Καὶ μεῖ Ἀχιλῆα ῥηξήνορα, θυμολέοντα. ῥηξήνωρ dictus ὡσεὶ τὸ ῥῆξαι τὰς πολεμίων τάξεις, *à perrumpendis hoſtium agminibus*. Θυμολέοντα.] *Animo leonino*, hoc eſt, *magno & interrito præditum*.

1008. Αἰνείαν ἄρ'.] Veneris cum Anchiſe deſcribitur concubitus in Ida monte Trojano, ex quo natus Æneas. Eo ſignificatur amorem, qui Veneris nomine repræſentatur, latebras quærere. In eodem monte Paris ſententiam tulit pro Venere. De eo ſic Dido apud Maronem lib. 1. Æneid.

Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchiſe
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?

Eſt autem Simois fluvius ex Ida monte delabens per campum Trojanum, ubi Anchiſes ante bellum Trojanum paſcebat armenta, in quibus priſcorum heroum conſiſtebat opulentia. Tum etiam moris fuit heroum natales, ſi probro lecti eſſent, in Deos Deaſve referre, ut ſupra dictum. Ut igitur Anchiſæ gratificarentur vates, cum Venere eum concubuiſſe jactabant, ex eoque ſuſceptum Æneam. De cujus Δηθείσῃ ſic Ovidius:

Quicquid in Æneа fuerat mortale, repurgat,
Et reſperſit aquis: pars optima reſtitit. illi
Luſtratum genitrix divino corpus odore
Vnxit, & ambroſia cum dulci nectare miſta
Contigit os fecitque Deum, quem turba Quirini
Nuncupat indigetem, templiſque ariſque recepit.

Unde & Venus *Æneadum genitrix* appellatur à Lucretio ob filium Æneam. Nomen illi inditum ab αἶνος, *à laude*, quod laudabilis eſſet ob prudentiam, pietatem, & fortitudinem. Euſtathius ad φεόνησιν reſtringit. Nam ut Romani, inquit, Fabio prudenti Metellum pugnacem conjunxerunt, quorum ille clypeus, iſte imperii enſis habebatur: ita Græci Hectorem χεῖρας τῶν Τρώων: Æneam verò νοῦν appellarunt. Εὐσίφρονα.] Cereris ferè epitheton, quæ frugibus velut corona pulchrè redimitur. hic Veneris adjunctum, ut reginæ Cypri.

1009. Ἀϊσύ-

1009. *Ἀγχίσῃ ἥρωϊ.*] Heroicos quoque honores post obitum nactus Anchises. Sic Æneas 7. Æneid,

Nunc pateras libate Iovi, precibusque vocate
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.

1010. *Ἴδης.*] Ida mons Troadis, quem à fontium multitudine *πολυπίδακα* vocat Homerus: & *μετέωρα θηρῶν*, ob ferarum copiam. *Πολυπτύχου.*] Quod multos haberet anfractus & recessus. *πτύξ, υχὸς, plica, recessus.*

1011. *Κίρκη δ'.*] Circe Solis & Perseidis filia, Ulyssis per annum consuetudine usa peperit ei Agrium & Latinum, qui Tyrrhenis imperarunt. Scriptum reliquit Herodianus Circen à patre Sole fuisse in Hesperiam curru deportatum, atque in insula juxta Tyrrheniam in mari Siculo posita consedisse. Dea fuit habita à Circiensibus, ut supra dictum. Alii plures ex ea liberos suscepisse Ulyssem memorant, nempe Telegonum, Ausonem, à quo Ausonia dicta est, & Casiphonem, quibus addunt nonnulli Marsum & Romanum. Sed cum verisimile non sit, Circen unius anni spatio tot Ulyssi peperisse filios, merito ut falsum ab aliis rejicitur. Hesiodus duorum hic mentionem facit Agrii & Latini regum Hetruriæ, & insularum sacrarum, quæ *Electrides* dictæ. Circes expositionem physicam & moralem supra dedimus. Fœda voluptas eo nomine designatur, quæ Solis, & Perses Oceani nymphæ filia vocatur, quia ex humore & calore cælesti libido nascitur. quæ cum moderata est, bonos procreat & Latino regi similes: sin immodica & effrenata, homines edit *ἀγρίους*, hoc est, *sævos* & *agrestes*. Plura alibi. *Ὑπερονίδου.*] Æol. pro *ὑπεριονίδου*. Hyperion pater Solis, de quo alibi.

1012. *Ὀδυσῆϊ.*] Ionicè, *Ὀδυσσῆϊ*, ab *ὀδύζομαι, iratscor*, quoniam iratus ei fuerit Neptunus ob Polyphemum filium ab eo excæcatum. *Τηλεπόρῳ.*] Hic *πολύτλας* eadem de causa dictus Homero, quod multa passus sit terraque marique.

1013. *Ἄγριον.*] Nomen proprium regis. *Λατῖνον.*] Latinus rex Laurentum, cujus filia Lavinia spreto Turno Æneæ in matrimonium data, de quo Virgilius lib. 12. *Ἀμύμονα.*] Incepti sunt, qui Amymonem, & Craterum nomina propria esse putarunt, cum *ἐπιθέτως* hic ponantur à poëta.

1014. *Τῆλε μυχῶν.*] Scholiastes exponit, *εἰς τὰ ἑσπέρια μέρη. Ἠεροέων.*] Pro *ἑσπερίων*. Insulas Electridas dici ait Scholiastes, quæ sitæ sunt juxta ostia Eridani, sic dictæ *ab electro*, quod ibi colligitur.

1015. Τυρσηνοῖς.] Τυρσηνοῖς. Latini *Hetruſcos*, vel *Tuſcos* vocant. Olim reges ſuos habuere, nunc magno Hetruriæ Duci parent. Ἀγακλυτοῖσι.] Vel quod ab Hercule oriundi, vel quod armis & opibus ſemper floruerint in Italia, teſtibus Diodoro & Livio. Ἄνασσον.] Pro ἤνασσον, neglecto augmento.

1016. Ναυσίθοον δ'.] Calypſo nympha Oceani & Thetyos filia, vel ut aliis videtur, Atlantis fuit, quæ cum in Ogygia inſula regnaret, Ulyſſem naufragum hoſpitaliter ſuſcepit, cujus amore capta duos illi peperit filios Nauſithoum & Nauſinoum, ut refert Heſiodus. Alii tamen Nauſithoum Neptuni & Peribeæ filium fuiſſe dicunt, regem nempe Phæacum, patrem Alcinoi, qui ei in regno ſucceſſit. Calypſus inſulam juxta Puteolos deſcribit Philoſtratus lib. 8. de vita Apollonii, quæ & Ogygia creditur Plinio, à Calypſone ſic denominata. Calypſo phyſicè conſiderata Oceani filia dicitur ἀπὸ τῆ καλύπτειν, *à tegendo*, quod aqua terras tegit. Præſtantiſſima nympharum appellatur, cum inter elementa nihil præſtantius ſit aqua. Notum illud Pindari: ἄριστον ὕδωρ. Nauſithous ex ea genitus perhibetur, quod per aquam naves currunt. Eadem & Nauſinoum peperit, quo nihil aliud ſignificatur, quam navigationis peritia ὁ νοῦν τὰ τῆς ναυτιλίας. Tum ad mores quoque refertur hæc Deorum cum hominibus συνουσία, naturamque docet libidinis, quæ talis eſt, ut parum referat, utrum pares an impares appetat nuptias, cum inter mortalem & immortalem ſuapte natura parvum ſit commercium, & raro felices deprehendantur ejuſmodi concubitus, qui clam & cum diſſimilibus ineuntur. Patet id in nuptiis Pelei & Thetidis, à quibus ipſe Jupiter monitus eſt abſtinere, ut refert Lucianus in Dialogo Promethei, & Jovis. Nec felicior Anchiſes, qui cum ſe Veneris amplexu temere jactaſſet, ab eodem oculis eſt privatus. Idem de Circe & Calypſone dici poteſt, quarum altera Ulyſſem ſocioſque ejus in ſummas calamitates conjecit: altera per ſeptem annos detentum captivumque ſuis voluptatibus ita circumduxit, ut vix ab ipſa divelli ſine periculo, inque patriam reverti licuerit. Ναυσίθοον.] Ναυσίθοος ὁ ναῶν θεῖν. Καλυψώ.] Ut Λητώ. Vide Scholia.

1018. Εὐνηθεῖσαν.] Συνουσιάζουσαν.

1019. Γείνατο.] Ἔτικτον. Ἐπιείκελαι.] Ὅμοιαι. Τέκνα.] Υἱὸς. Synecd.

1020. Νῦν ᾗ γυναικῶν.] Concludit Theogoniam ſuam Heſiodus, cohortaturque Muſas, ut mulierum quoque illuſtrium decan-

decantent laudes. Nam auctor est Chrysostomus, Hesiodum de mulieribus etiam scripsisse, quod Homero palmam concederet, qui de heroibus ante scripsisset. Lucianus quoque in dissertatione sua cum Hesiodo testatur, poëtam nostrum mulierum laudes concinuisse eo opere, quod *μεγάλας ἠοίας* vocant Græci, ut tradit etiam Pausanias, ex quo fragmenta quædam extant apud Strabonem, & veteres Pindari & Æschyli Scholiastes. Sed hæc ut & alia multa poëtæ scripta intercidere, quorum nec vola nec vestigium hodie extat. Exclamare hic libeat cum summo vate: *Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.*

Μοῦνα τῷ Θεῷ ἡ δόξα.



1867